Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres


FLAVII IOSEPHI OPERVM SECVNDVS TOMVS

*

Decem posteriores Antiquitatum Iudaicarũ libros, vnà cum Ioſephi vita per ipſum cõſcripta, cõplectens. Sigiſmundo Gelenio interprete.



APVD SEB. GRY-
PHIVM LV-
GDVNI.
1555.



FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER VNDECIMVS.

Cyrus Persarum rex Iudæos Babylone dimissos Pristinas sedes permittit repetere, collata ei ad ædificationem templi pecunia. CAP. I.

PRIMO autē anno regni Cyri, qui fuit trāsmigrationis nostræ Babylonicæ septuagesimus, misertus est Deus captiuitatē et calamitatē erūnosi illius populi: & sicut illis per Hieremiā prophetā ante diruta urbē prædixerat, quòd postquā seruierint Nabuchodonosori eiusq; posteris per annos septuaginta, rursum eos restituturus esset in patriā, & ædificato tēplo rediturí essent ad felicitatē pristinā, ita eis omnia præstitit. Excitato enim ad id Cyri animo, effecit ut ille in hūc modum per uniuersam Asiā scriberet: Hæc dicit Cyrus rex, Quoniam me Deus maximus orbis regē constituit, hunc illū esse credo quē Israëlitarum adorat populus. Is enim meum nomē per suos prophetas prædixit, & quòd tēplum eius ædificaturus sim Hierosolymis in terra Iudæa. Hoc autem Cyrus cognouit ex lectione libri qui Esaiæ prophetias cōtinet, ducentis & decē annis ante ipsius ætatē cōscriptas. Hic enim scere-

1. Esd. 1.
3. Esd. 2.

tum hoc Deum sibi indicasse dixit, quòd uellet Cyrum, quē multarum ac magnarū gētium regē declaraturus esset, remittere populū suū in terram Iudeā, et tēplum suū ædificare denuo. Hæc Esaias prædixit centū quadraginta annis antequā tēplum dcuastatū est. Quibus lectis rex admiratus uatis diuinitatē, correptus est cupidine exsequēdi quæ scripta legerat: cōuocatisq; clarioribus apud Babylonem Iudæis, ait se illis permittere ut proficiscātur in patriā, urbemq; Hierosolyma & Dei tēplū ædificent denuo. nā & ipsum Deū futurū illis auxilio, & se scripturū uicinis Iudeæ ducibus ac satrapis, ut cōferāt eis aurū et argētum ad tēpli fabricam, & uictimas ad sacrificia. Hoc mādato à Cyro accepto, duarum tribuū principes, Iudæ & Beniamitica, simulq; leuita & sacerdotes, properè Hierosolyma se cōferunt: multi enim maluerūt manere apud Babylonē, non sustinētes possessiones suas relinquere. Quò cum peruenissent, omnes amici regij fuerunt eis auxilio, conferebantq; ad templi structurā alij aurū, argentum alij, nonnulli pecudū & equorum multitudinē: soluentesq; uota quibus damnati fuerāt, offerebant solennes uictimas, quasi urbē denuo conderent, & pristinum patrij ritus usum reciperent. Nam & uasa quibus olim tēplum spoliauerat Nabuchodonosorus, per Cyrū tunc è Babylone remissa fuerāt; ea Mithridati erarij regij

gij præfecto tradita sunt perferenda ad Abassarē, asseruanda apud eum dum templum ædificaretur: cui mādatū est quā primum id absolutum esset, mox ea sacerdotibus & magistratibus populi redderet in templum restituenda: quin & epistolā ad Syriæ satrapas in hæc verba scripsit: Rex Cyrus Sisine & Sarabasane S. Iudæis qui regionē meam habitant permisi, ut quicunq; uellent in propriā patriā reuersi urbē denuo conderent, & tēplum Dei Hierosolymis ædificarent eodē quo prius loco: misi autem eò etiā erarij mei præfectū Mithridatē, & Zorobabelē principē Iudæorū, ut fundamentis iactis templum superstruant altitudine cubitorū LX. & totidē latitudine, faciantq; tres ordines è lapide polito. & unum ligneū è materie quā ferat ea regio: similiter & altare super quo sacrificent Deo: quos sumptus omnes de meo uolo fieri. Vasa quoq; quæ Nabuchodonosorus rex de tēplo prædatus est, mitto per Mithridatē erarij præfectum & Zorobabelē Iudæorum principem, ut ea perferāt Hierosolyma, & in tēplum Dei restituāt, quorū numerus est hic: pyxideres aurei L. argentei CCCC. thericlea pocula aurea L. argentea CCCC. situlæ aureæ L. argēteæ D. libatoria aurea XXX. argentea CCC. phialæ aureæ XXX. argēteæ MMCCCC. præterea uasa alia magnā mollē. Concedo etiā eis eosdem reditus quos maiores eorū soliti sunt accipere.

in precium pecudũ, & uini & olei drachmas ducentaquinq; millia quingentas, & in similã artabas duo millia quingentas. atq; hac è Samaria tribueis præberi uolo: immolabunteq; sacerdotes has uictimas iuxta Moysis legẽ Hierosolymis, & inter sacra precabuntur Deũ pro salute regis eiusq; generis, ut regnũ Persarum incolume maneat. Qui uerò per inobedientiam hæc mandata nostra irrita habuerint, eos in crucem agi uolo, & facultates ipsorum fisco nostro attribui. Atq; hoc fuit epistolæ argumentum. Numerus autem eorum qui è captiuitate conuenerant Hierosolyma XLIII. millia fuere, & insuper CCCCLXII.

Regii duces & satrapæ Iudæos ab ædificatione templi prohibent. CAP. II.

II. Esd. 4. *HIdum templi fundamenta iaciunt, & in hoc ædificando toti sunt, circùm finitimæ gẽtes, præcipuè Chuthæi, quibus olim è Perside ac Media traductis Salmanasar Assyriorum rex in Samaria Israëlitis inde sublatis nouas sedes dederat, rogabãt satrapas, & eos quibus ea cõmendata erat hæc ædificatio, ut Iudæos impediret, quo minus urbẽ ac tẽplum instaurare ualeant. Illi uerò pecuniis etiã corrupti nẽdiderũt Chuthæis suã circa demandatũ officiũ cessationẽ et negligentiã, Cyro nesciente utpote distracto in alia negotia, qui demũ Massagetico bello periit, Cambyse deinde in paternũ principatũ suc-*

succedẽte, ex Syria & Phœnice Ammanitarumq; & Moabitarũ ac Samaritarũ regionibus redditur ei talis epistola: Domine, serui tui. Rathymus cõmentariensis, & Semelius scriba, & magistratus Phœnices ac Cyriæ. Cognoscere te oportet rex, q̃ Iudæi qui Babylonẽ traducti fuerãt, in regionẽ nostrã uenerunt, & ciuitatẽ ob defectionẽ meritò deletã restituunt, forumq; rerũ uenaliũ: reparãt etiã mœnia, & tẽplũ exstruũt: quod si ità pgere sinãtur, scito eos nec tributa persoluturos amplius, nec imperata facturos: opponẽtes enim seipsos regibus, imperare potius, quàm seruire conabuntur. Quando ìgitur iam seruet tẽpli ædificatio, uisum est nostri officij nõ dißimulare hoc negotiũ, & admonere ut inspicias maiorũ tuorũ cõmentarios, inuenturus in eis Iudæos regũ desertores & hostes, urbemq; ipsorũ ob hoc crimen desolatã ac diruatam. Quin hoc quoq; admonẽdus es, quòd si hæc urbs incolatur denuò, mœniumq; ambitũ absolnat, intercludetur tibi uia in Phœnicen & Canam Syriam.

Cambyses Iudæos ab ædificando templo omnino prohibet. CAP. III.

Cambyses autẽ lecta epistola, cũ esset alioquin etiã natus ad malitiã, grauiter cõmotus rescripsit hoc modo: Rex Cambyses Rathymo cõmentariensi, & Belsemo, & Semelio scribæ, et reliquis Samariæ ac Phœnices habi-

tatoribus hæc dicit: Lectis quas miſiſtis literis iuſſi inſpici maiorũ meorũ cõmentarios, ubi inuentũ eſt, urbẽ iſtã ſemper inimicã fuiſſe regibus, habitatoreſq; eius ſeditioſos perpetuò ſtuduiſſe cõcitandis bellis & rerum nouitatibus: quodq; reges habuerint potẽtes ac uiolẽtos, qui cõtinuis tributorũ exactionibus Phœnicen & cauã Syriã uexauerint. Ego igitur iubeo non permutti Iudæos urbẽ denuo cõdere, ne per hãc occaſionẽ creſcat eorũ malitia, qua cõcitati hactenus rebelles fuerũt regibus. His literis perlectis Rathymus & ſcriba Semelius cum collegis eueſtigio cõſcenſis equis properarũt Hieroſolyma, ducẽtes ſecũ magnã hominũ multitudinẽ, prohibueruntq; Iudæos ne urbẽ & tẽplũ ædificare pergerẽt. Itaq; dilatũ eſt id opus per annos
1 X. uſq; in ſecundũ annũ regni Darij Perſarũ
regis. Cambyſes enim cũ per ſexennium regnaſſet,
ſubacta interim Ægypto, reuertens ab ea ex-
1 I I. peditiõe apud Damaſcũ eſt mortuus. Sublatis deinde Magis qui poſt eius obitũ regnũ per integrũ annũ occupauerant, ſeptẽ illæ Perſarũ familiæ Hyſtaſpis filium Darium communibus ſuffragijs regem declarauerunt.

Darius Hyſtaſpis filius Iudæis templum ædificat. CAP. IIII.

1.Eſd.5.6 IS adhuc priuatus uouerat Deo ſi regnum adipiſceretur, quicquid ſacrorum uaſorum apud Babylonẽ eſſet, remiſſurum ſe in templum

Hier

Hierosolyma: & forte fortuna per illud tẽpus uenerat ad eũ à Hierosolymis Zorobabel, q captiuorũ Iudæorũ dux declaratus fuerat, nã erat uetus regis amicus: quamobrem inter satellites cũ aliis duobus assumptus, speratũ honorem cõsecutus est. Primo autẽ sui regni anno Darius splendido ac magnifico apparatu excepit tam domesticos suos, quã Medorum ac Persarũ satrapas, prouinciarũq; præsides ab Indis usq; ad Aethiopas, et præfectos copijs per CXXVII, satrapias. Cũq; ad satietatẽ epulati, discessissent cubitũ ad suum quisq; diuersoriũ. Darius posse breuẽ in lecto quietẽ à somno relictus, nec ualens redormiscere, cœpit fabulari eũ tribus satellitibus: & qui proponendã à se quæstionem uerius ac prudentius soluerit, ei præmium fore promisit usum purpuræ & aurei poculi: in cubatu quoq; ac uectatione usurũ instrumẽto aureo, & tiara byssina, ac torque aureo: & in cõsessu habiturũ locũ regi proximum, annumeratũ inter gentiles regios. Post hæc promissa quærit ex primo, num uinũ maximè polleat, ex secũdo num reges, ex tertio num mulieres, an fortè ueritas magis quã hæc omnia: his ad inquirendum proposita soluit. Mane uerò accersitis megistanac & satrapas ac toparchas, residẽsq; ubi solebat iura reddere, iubet satellitũ illorum quenq; coram toto cœtu respondere ad quæstionẽ sibi propositã, quid ipsi uideatur uerius. Tũ

primus eorum sic exorsus est nini praedicare potentiã, Viri illustrissimi, equidem nino potentiæ palmã tribuere haud dubito, dum eius uirium hinc conjecturã capio. Animaduerto enim q̃ quorũuis potantiũ mentẽ subuertit, et uel regis animũ sic afficit, ut non secus quã puer aliquis parentibus orbus æratoris egeat: seruũ quoq; sua cõditionis oblitũ ad dicẽdi libertatẽ concitat, & pauperi addit animos diuitis: mutat enim et regenerat animas quas subingreditur: nã & calamitosorũ extinguit tristitiã, & ære alieno atq; usuris oppressos facit aliquãtisper nideri sibi omniũ ditissimos, ut obliti sui nihil somniet humile, sed talẽta crepẽt, & alia fortunatorũ uerba magnifica: præterea tam ducũ q̃ regũ illis sensum ac metũ eximit, & omnẽ amicorũ ac familiariũ memoriã: armat enim homines uel aduersus charissimos, eosq; facit uideri alienissimos: cumq; edormito temeto per noctẽ sobrij fuerint redditi, surgũt omnino insci quæ eis per ebrietatem patrata sunt: quò fit, ut his argumẽtis persuasus, ninũ ducã rem omniũ longe potentissimã simul & uiolentissimã. Postq̃ primus prolata sua de nino sententia dicẽdi finem fecit, tũ secũdus cœpit extollere potestatẽ regiam, huius uires asseuerans esse maximas omniũ quæ intellectu ac potentia præditæ sunt: id conatus est probare his rationibus: Omnium rerũ penes homines esse imperiũ, qui & terras

& ma

& maria ad quoſcũq; uſus ſeruire ſibi adigũt: at ipſis hominibus reges imperitare, eisq; quidlibet pro ſuo mandare arbitrio: proinde qui in fortiſſimũ animaliũ habẽt dominiũ, eorum uim ac uirtutẽ meritò exiſtimandã inſuperabilem: quid q dum ad bella et pericula ſubditos mittunt, omnes eorũ imperata obſequẽter faciũt, ſiue dũ per eos obiiciũtur hoſtibus, ſiue dũ cogũtur cũ mœnibus ac turribus, atq; adeo cũ montib⁹ ipſaq; rerũ natura bellũ gerere, ipſorũ inſſu parati uel occidi uel occidere, dũ ne nideantur à regijs mãdatis uſquã digredi? parata deinde victoria, belli commoda uniuerſa ad regem redeunt. Iam uerò qui alieni à militia dant agris colendis operam, poſt longos labores & ſudores comparatis fructibus regi tributa perſoluunt: & quicquid ille iuſſerit, hoc neceſſariò ſine mora perficitur. Interim ille expletus omnibus delicijs & uoluptatibus dormit in cubiculo, excubantibus ante fores ſatellitibus, & ceu uinctis metu nuſquam diſcedentibus: nemo enim audet dormiente illo relicto abire ad curanda propria negotia, ſed unam hanc curam putans neceſſariam, in hac una eſt aſſiduus. Et quî fieri poteſt, ut non is ſit omnium potentiſſimus, cui tanta hominũ multitudo paret per omnia? His peroratis ſucceſſit tertius Zorobabel, dicturus de mulieribus & ueritate, quarũ uis quanta ſit, quamq; pre-

polleat

polleat cæteris rebus omnibus, sic docere aggressus est: Confessum est & ninum pollere plurimum, & regē cui omnes obtemperant, maior tamen est potentia mulierū: nā & rex per mulierē in lucē hāc productus est, & eos qui nites colendo ninum nobis asserūt, mulieres & educant & pariunt, & nihil est omnino quod non illis acceptum ferendum sit: nam & uestimēta nobis texuntur harum opera, & rei domestica cura his est cōcredita, nec ullo pacto possumus carere fœminis: sed licet argēto multo abundemus & auro, pretiosisq; rebus alijs, simul atq; mulierem formosam cōspexerimus, neglectis illis omnibus inhiamus in uisæ pulchritudinē, et libēter ei bonis cedimus, modò adamata forma frui liceat. Relinquimus etiā parētes ac patriā, & uel amicissimorum sæpenumero propter mulieres obliuiscimur, ac ne cōmori quidē cum illis refugimus. Addam & aliud argumentū earum potentiæ non minimum: quicquid terra mari'ue lōgo labore quæsitum, nónne totū hoc mulieribus cōmittimus? Ipsum etiā regem tantarum rerū dominū uidi aliquando ab Apame Rapsacis Themasini filia, cōcubina sua cædi alapis, nec hoc tantū ferre, sed ut sibi detractū diadema capiti illa suo imponeret, ridentē cum ridente, & irata illa mœrentē, & adulatoriè se ad affectus illius attemperando humiliter satisfacientē si quid eam offensam animaduerteret.

rex. Interim dum ſatrapæ mirabundi alij in aliorum multus inter ſe mutuo coniecũt oculos, Zorobabel ad ueritatis laudes fecit tranſitum: Dixi, inquit, et declaraui quantũ mulieres polleant, uerũ tamen nec hæ, nec rex ueritati ullo modo conferendus eſt. Nam cùm terra ſit maxima, cælum item immenſæ altitudinis, & ſol celeritatis ineffabilis, eumq; hæc Dei uoluntas gubernet ac moueat, qui Deus iuſtus eſt & uerax, cõſequitur ut ueritas ſit rerũ omnium longe potẽtiſſima, cõtra quã iniuſtitiæ nihil omnino ualeat: præterea reliqua omnia quantumuis pollere uideãtur, mortalia ſunt, & celeres habent exitus: ueritas uerò immortalis eſt atq; ſempiterna. Quin & ea quæ ab illis percipimus, nec mortalia ſunt, nec iniuriæ temporum aut fortunæ reciprocis uicibus obnoxia, ſed iuſta & legitima, ſecretaq; ab omni labe iniuſtitiæ: his dictis Zorobabel ſermoni finem impoſuit. Acclamãte uerò auditorio quòd dixiſſet optimè, & quòd ſola ueritas uim omnis ſenij uel mutationis expertẽ habeat, iuſſit eum rex poſtulare aliquid ex his quæ paulo ante ultrò fuerat pollicitus. Libenter enim ſe cõceſſurũ, ut uiro ſapienti, & qui prudentia uincat cæteros: quare poſthac, inquit, aſſeſſor meus eris, receptus inter cognatas mihi neceſſitudines. His auditis admonuit eum uotiꝰ quo ſe obligauerat ſi adipiſceretur poteſtatẽ regiam: id autẽ erat,

denuo

denuo condere Hierosolyma, & ibi Dei templum instaurare, ac deinde sacra uasa olim per Nabuchodonosorũ inde sublata, & Babylonẽ perlata, restituere. Hac est, inquit, mea postulatio, quã nunc mihi permittis, sapientẽ me nirũ
XXII. *iudicans. Tum rex latus assurgẽs excepit eũ osculo, moxq; scripsit toparchis & satrapis, iubens eos deducere Zorobabelem, eosq; qui unà profecturi erãt ad instituendam & absoluendam tẽpli fabricã. Mandauit etiam per literas Phœnices ac Syria magistratibus, ut materiem cedrinã in Libano excisam deportarẽt Hierosolyma, & instauramtẽ eam urbẽ adiutarent: in quibus literis hoc quoq; adscripsũ erat, iubere & nelle regẽ liberos esse omnes Iudæos quotquot ex captiuitate Hierosolyma postliminio redierint: & procuratores suos ac satrapas nequit quicquã in regios usus à Iudæis exigere: et quantumcunq; agrorũ occupare ualeãt, permisit eos immunes à tributis colere. Idumæis etiã & Samaritis atq; Syriæ cauæ habitatoribus imperauit, ut agros, qui aliquando Iudæorũ iuuis fuissent, antiquis possessoribus redderẽt, atq; insuper L. talẽta in fabricã tẽpli cõferrent. Ipsis autẽ iuxta patrias leges sacra facere permisit, & quæ in hunc usum essent necessaria, sacrasq; uestes in quibus pontifex & cæteri sacerdotes rem diuinã faciũt, de suo præberi uoluit, necnõ etiã organa quibus leuitæ sacros hymnos accinunt:*

munt: & cuſtodibus urbis atq; templi certas terræ portiones aſsignari iuſsit, ac in ſingulos annos pro alimentis certã pecuniã: deniq; de remittendis ſacris uaſis, deq; Iudæorum reſtitutione, confirmauit omnia quæ prius Cyrus decreuerat. Zorobabel autẽ hãc gratiã à rege cõſecutus, quã primũ egreſſus eſt regiã, ſuſpiciens in cælũ gratias agit Deo, quòd corã rege inter cõcertatores niſus ſit ſapiẽtior, cõfitens totũ hoc diuini eſſe beneficij: peractaq; gratiarũ actione, precatus ut & in poſterũ propitius eſſe pergeret, Babylonẽ profectus eſt, latũ popularibus ſuis nuntiũ afferẽs. Quo audito primũ gratias egerunt Deo pro reddita ſibi patria: deinde ad ẽpulas et cõpotationes uerſi, per huiuſmodi hilaritates cõtinuos ſeptẽ dies exegerunt, ob receptam patriã ceu natalitiã feſtinitatẽ denuo celebrãtes. Deinde duces Hieroſolymitanæ profectionis ex ſua quẽq; tribu elegerunt, cõparatis & iumentis quæ uxores ac liberos ueherẽt: deducentibuſq; quos Darius ad hoc ipſum miſerat, genialiter niam emetiebãtur hilares, perſonantibus omnia tibijs, & cymbalis perſtrepẽtibus, proſequẽte per luſum ac lætitiã & reliqua Iudæorũ multitudine: nam certus numerus è ſingulis cognationibus ſelectus proficiſcebatur: quas nominatim percenſere nõ libet, ne interrupta narrationis ſerie lectori tædiũ afferam: hoc tantũ dicã cõpendio, fuiſſe pubertatẽ egreſſo

egressorũ quater mille millia, et sexcẽta uiginti octo millia, duntaxat ex tribu Iudæ & Beniamitica. Leuitarum enim sequebantur quatuor millia & septuaginta: promiscue uerò multitudinis puerorũ ac mulierũ numerus erat quadraginta millia DCCXLII. præterea Leuitici generis cantores aderãt CXXVIII. ianitores CX. sacri serui CCCXXII. ad hæc qui dicebant se Israelitas, nec tamẽ poterãt approbare genus suũ, sexcẽti quinquaginta duo: reiecti sunt etiã ex ordine & honore sacerdotali quotquot duxerant uxores, quarum genus nec ipsi indicare poterãt, nec in Leiticis & sacerdotalibus genealogijs inueniebatur: erat autem numero DXXV. Sequebatur etiã seruitiorum multitudo septem millium CCCXXXVII. cantores etiã & cantatrices CCXLV. cameli CCCCXXXV. iumenta DXXV. Dux autem multitudinis quã modò recẽsui, fuit Salathielis filius Zorobabel, ex tribu Iudæ & stirpe Dauidis natus, & cum eo Iesus Iosedeci pontificis filius, & Mardocheus ac Serebeus: hi duo tribulium suffragijs ad ducatum electi, qui etiã contulerunt in sumptus huius profectionis minas auri centum, argenti uerò quinquies mille. Atq; in hunc modum sacerdotes ac Leuitæ & pars quadã populi Iudæorũ, qui tum apud Babylonẽ erat, ad habitãdã Hierosolyma sunt deducti: reliqua uerò multitudo

paulò

paulisper discedentes, proscenia, domos quisq; suas rediit. Septimo autē mense postquā Babylonē exiuerāt, Iesua pōtifex & Zorobabel princeps dimissis circūquaq; oppida nōnūlis è tota regione populū Hierosolyma conuocauerunt, cupidè ad mādatū eorū cōuenientē: & edificauerūt altare in quo prius fuerat loco, ad offerēda Deo sacrificia iuxta leges per Moysem traditas. Quæ dum faciunt, nō aquis oculis aspiciebātur à finitimis gētibus, quibus exosi erāt omnibus. Celebrauerāt autē etiā Scenopegiā per idē tēpus, iuxta legislatoris præscriptū, & post hæc oblationes & quotidiana sacrificia, victimas q; sabbatorū atq; omniū sanctarū festiuitatū: tum qui nota nouerāt, reddebant ea sacrificantes à nouilunio mensis septimi. Deinde tēpli ædificationē sunt aggressi, expēdentes multas pecunias in cæmētarios & fabros, & multū alimentorum in cibos eorū qui cōuehebant materiē. Hoc enim Sidonij facile ac libēter faciebāt, trabes cedrinas de Libano deferētes, quibus mox in rates cōpactis, in Ioppensem portū eas perducebant, ita ut primū à Cyro, et tum iterū à Dario iussi fuerant. Hæc fiebant anno à reditu Iudaorum secūdo, mēse secūdo, quādo iactis templi fundamentis prima die Decēbris cœperunt superstruere: præposuerunt q; operi curādo Leuitarum quotquot uigesimum annū attigerāt, & Iesum eū filijs ac tribus fratribus, & Zoli-

mielem Iudæ fratrẽ, Aminadabi filium, ẽjusq; filios: quibus summa cura & diligẽtia cõmissum negotiũ tractantibus, celerius opinione crescebat tẽpli ædificiũ. Id ubi factũ est, accedentes sacerdotes ornatu suo cũ tubis, & Leuitæ Asaphiq; progenies, canebant sacros hymnos, in Dei laudẽ à Dauide quondã institutos. Sacerdotes autẽ et Leuitæ cognationumq; principes ætate prouectiores, qui & illud prius templum uidere meminerãt magnũ & opulentũ, & hoc recẽs pro præsentiũ fortunarũ tenuitate deterius fieri animaduertebãt, reputãtes quantũ ab illa prisca felicitate abesset, obortæ inde mœstitia tẽperare à lacrymis nõ poterãt: uulgus autẽ cõtentũ erat præsenti tẽplo, ut quod nulla priorum tẽporũ cõparatione seipsum cruciabat, nec ullũ detrimentũ factũ quibus animaduertere: cõtrà seniorũ ac sacerdotũ multo deteriore conditione res suas esse existimantiũ gemitus, nec cõcẽtu tubarũ obscurari poterat. Samaritæ aũt inimici auditis tubis, & lætantiũ atq; dolentiũ promiscuis uociferationibus, accurrerũt uolẽtes causam discere: & cognito q Iudæi è captiuitate Babylonia postliminio reuersi templũ instaurarent, adeũt Zorobabelẽ ac Iesum, principesq; cognationũ, postulantes ut eos admitterẽt ad templum cõmuni sumptu ædificandũ. Nam se quoq; aiebãt Deũ colere, & eius gloriari nomine, religionisq; eius studiosos fuisse iam inde

ab illo

ab illo tẽpore quo Salmanaſar Aſſyriorũ rex è Chutia & Media gentẽ eã in loca illa tranſtulerat. Ad qua poſtulata illi de cõmuni ſententia reſpõderunt, ad ſimul ædificandũ admitti eos nõ poſſe, cùm & prius Cyrus, & nũc Darius ipſos ædificare inſſerint: licere tamẽ eis ibi adorare: idq; facere uetari eorũ neminẽ, ac ne exterarũ quidẽ gentiũ quenquã, cùm omnibus hominibus cò uenientibus templũ ad adorandũ pateat. His auditis Chuthai, ſic enim nos Samaritas appellamus, indignè tulerũt: & inſtigauerũt Syriæ gẽtes, ut Satrapas rogarent quemadmodũ ſub Cyro primũ, ac mox ſub Cambyſe, ut tẽpli ædificationẽ impediret, Iudeorũq; conatus & diligentẽ circa hoc opus operã quoad liceret de induſtria remoraretur. Per idẽ tẽpus aſcendit Hieroſolyma Siſines Syriæ ac Phœnices præfectus, & Sarabazanes eũ quibuſdam alijs, rogauerũtq; Iudeorũ principes, cuius permiſſu templũ ſic ædificaret, ut arx potius quàm fanũ exiſtimari poſſit, & cur tam firmis mœnibus & porticibus urbẽ cinxiſſent. Reſponderunt Zorobabel & Ieſus, ſeruos ſe eſſe Dei maximi, cui tẽplũ hoc exſtructũ à quodã eius gentis rege fortunatiſſimo, & in omni uirtute excellentiſſimo, per multas ætates incolume ſteterit. Deinde ob maiorũ ſuorum impietatẽ per Nabuchodonoſorũ Babyloniorũ et Chaldæorũ regẽ expugnata et delata urbe, tẽploq; ſpoliato

ac incẽſo, & populo in captiuitatẽ Babylonicã abducto, Cyrũ qui Perſidis et Babyloniæ regno potitus ſit, regio diplomate mãdaſſe tẽpli inſtauratiõnẽ, & donaria uaſaq; per Nabuchodonoſorũ ſublata tradidiſſe Zorobabeli & Mithridati erarij ſui præfecto, ut ea deportarẽt Hierosolyma, rurſumq; in tẽplũ inſtauratũ reponerẽt: eiuſdẽ enim regis mandato Abaſſarũ miſſum ad eã urbẽ, ut daret operã, ut id tẽplum primo quoq; tẽpore abſolueretur: cũ acceptis regijs literis cõfeſtim ueniſſe, & fundamẽta iecisſe: atq; ex eo tẽpore nũquã inimicas gẽtes interturbare ædificationẽ, atq; impedire deſtitiſſe. Quare ſi illis ita uideretur, ſcriberẽt Dario, ut inſpectis regijs cõmentarijs manifeſtũ fiat uera ipſos omnia dicere. His auditis Siſines & alij cum eo, noluerunt ædificationẽ inhibere incõſulto Dario, ſed cõfeſtim ei de hac re ſcripſerunt. Iudæis autẽ ſolicitis & metuentibus ne regẽ pœniteat iuſſiſſe reparari Hieroſolyma, duo ꝓphetæ qui tum erãt in populo, Aggæus & Zacharias, bono animo eos eſſe iubebãt, nec à Perſis quicquã timere: quãdoquidẽ ipſi cõpertã haberent ſuper hac re Dei uoluntatẽ: quibus credẽs populus aſſiduus erat in opere, nulla die id intermittẽs. Cũq; Samaritæ Dario ſcripſiſſent, accuſantes Iudæos q urbẽ muniãt, tẽplũq; arci quã fano ſimilius exſtruãt: aſſeuerãtes nõ eſſe hoc in rẽ regis, & oſtẽdentes Cãbyſis epiſtolã, per quã

eam

eam ædificationē impediuerat & uetuerat, ratus non esse rebus suis tutam aut utilem: postquàm etiam Sisinnis & collegarū de eodē negotio literas accepit, iussit regios cōmentarios super hac re cōsuli: & inuentus est apud Ecbatana castrū Mediæ liber, in quo hæc scripta continebantur. Anno primo regni sui Cyrus rex decreuit, ut templū Dei cū altari Hierosolymis ædificaretur altitudine cubitorū LX, et totidem latitudine, quod haberet ordines è lapidibus politis tres, & ligneum unū è materie quā fert ea regio: & sumptus in hoc ex erario regis præberentur. Sed & uasa templi quæ Nabuchodonosorus sustulerat, reddantur & reportentur Hierosolyma. Vtq; cura eius negotij sit penes Abassarem Syriæ ac Phœnices præfectū eiusq; collegas, qui abstinerēt quidē ipsi ab eis locis, seruos uerò Dei Iudæos & eorū principes sinerēt templum struere: ipsi uerò adiuuarēt eos in hoc opere de tributis suæ prouinciæ, & ad sacrificia quoq; suppeditarēt, tauros, arietes, agnos, hædos, similā, oleū, uinū, et cætera quæ sacerdotes postulauerint, q depreeaturi sint Deū pro salute regis atq; Persarū. Quicunq; autē cōtra mādatū hoc facere ausus fuerit, is ut cōprehēsus in crucē agatur, & facultates eius fisco addicātur. Inibi etiā addita erat execratio, ut q̄cunq; eius templi ædificationē uetare uoluerit, Deus eū feriat, atq; hoc modo iniquitatē eius cohibeat. Hæc cū Darius

in Cyri cõmentarijs inuenisset, reſcripſit Siſinni & collegis eius hoc modo. Rex Darius Siſinni magiſtro equitũ & Sarabazani cæteriſq; magiſtratibus ſ. Mitto ad uos exẽplar epiſtolæ Cyri, quã in ipſius cõmẽtarijs inueni: uoloq; ut omnia fiãt, quẽadmodũ in ea cõtinẽtur. Valete. Ergo cognita ex his literis uolũtate regis, Siſinnes & reliqui decreuerũt eã per omnia ſequi: itaq; ſuſcepta cura ſacræ fabricæ, adiuuabãt Iudæos magiſtratuſq; illorũ & principes, & magnis omniũ ſtudijs proficiebant tẽpli ædificatio iuxta mãdata Cyri et Darij, prophetãtibus interim Aggæo & Zachariæ: abſolutũq; eſt intra ſeptennũ. Anno autẽ regni Darij nono, uigeſimatertia die mẽſis undecimi, qui noſtris dicitur Adar, Macedonibus Dyſtrus, ſacerdotes ac Leuitæ cũ reliqua Iſraëlitarũ multitudine obtulerũt ſacrificia pro renouata poſt captiuitatẽ priſtina felicitate, proq; recepto nouo tẽplo, tauros cẽtũ, arietes ducẽtos, agnos CCCC. hircos XII. pro peccatis totidẽ tribuũ: conſtituerũtq; Leuitæ iuxta Moyſis leges ex ordine ſuo ianitores per ſingulas portas: ædificauerant enim Iudæi porticus quoq; quibus tẽplũ circũquaq; includebat. Inſtãte dein de azymorũ feſto, mẽſe primo, qui Macedonibus eſt Xãthicus, nobis uerò Niſan, cõfluxit totus populus ex oppidis in urbẽ, celebrauerũtq; id feſtũ caſti ac purimà cũ cõiugibus ac liberis ritu patrio, et nõcli-

mam

mam paſchalem immolãtes decimaquarta luna epulati ſunt per cõtinuos dies ſeptẽ, nullis ſumptibus parcẽtes, holocaustoma etiam offerẽtes, & agẽtes gratias Deo, qui eos tandẽ antiquæ patriæ & eius legibus ac ritibus reſtituerit, deflexo ad benignitatẽ ac clementiam regis Perſici animo: atq; ita ſumma liberalitate in re diuina uſi incoluerunt Hieroſolyma, inſtituta ea Reip. forma, quæ per optimates adminiſtratur: penes põtifices enim fuit ſumma autoritas, donec Aſamonæorũ gens mutato rerũ ſtatu regnũ obtinuit. ante captiuitatẽ enim iam inde à Saulí & Dauidis tẽporibus egerunt ſub regibus per annos D. XXXII. menſes ſex, dies decẽ. & ante hos æquè monarcha res adminiſtrauerũt appellati Iudices, qui Reip. ſtatus plus q̃ quingentis annis duranit poſt Moyſis et Ieſu imperiũ. Hoc igitur modo habebãt ſe Iudæi in patriam reſtituti ſub Cyro & Dario regib⁹. Samarita autẽ, infenſa gens & inuida, multis moleſtijs eos afficiebãt, freti opibus, & affectãtes cognati Perſarũ uideri, quod inde eſſent oriundi: nam quæ inſti erãt, ex tributis in ſacrificia cõferre grauabantur, magiſtris equitũ interim cõniuentibus: & quæcunq; in re uel per ſe uel per alios poterant noſtrã gentem ladere, nullã occaſionẽ præmittebant. Viſum eſt itaq; ſenatui populoq; Hieroſolymitano legationẽ ad regẽ Dariũ mittere, & Samaritas accuſare: cuius legationis

caput fuit Zorobabel, assumptis aliis quatuor collegis. Caterùm rex cognitis criminibus quæ per legatos Samaritis obijciebantur, dedit eis literas perferendas ad magistros equitũ eius prouinciæ, & ad senatũ Samaritanũ, in quibus hæc continebantur. Rex Darius Tangare & Sambabæ magistris equitũ apud Samariam, & Sadracæ ac Bobeloni reliquisq; eorũ cõseruis. Zorobabel, Ananias, & Mardochæus Iudæorum legati accusauerũt nos, q̃ molesti fueritis tẽplum ædificãtibus, quodq; nõ prębeatis impẽsas in sacrificia, quas me iubẽte prębere illis debueratis. Volo igitur ut lecta hac epistola prębeatis eis ex regio ærario, in quo tributa Samariæ seruantur, quicquid sacrificiorum usus postulat, ut non desinentes quotidie sacrificare, tam pro me, quàm pro Persarum gente deprecentur.

Xerxis Darii filii in Iudæorum gentem beneficia. CAP. V.

V. 1.Esd.7. *DEfuncto autẽ Dario successit Xerxes filius, sicut regni ita & pietatis paterna hæres: nihil enim ex patris institutis circa diuinum cultũ mutauit & Iudæos summa benenolentia prosecutus est. Hoc regnãte pontifex erat Ioacimus Iesu filius: apud Babylonẽ uerò degentium Iudæorũ primarius sacerdos erat Esdras, uir iustus, & de quo optimus rumor fuit apud populum. Is cùm esset legũ Mosaicarũ peritissimus, in regis amicitiã peruenit: & cùm decreuisset*

uisset proficisci Hierosolyma, secumq; aliquos è Babylonijs Iudæis ducere, petijt à rege commendatitias ad Syriæ satrapas literas, quas & impetrauit hoc modo scriptas: Rex regum Xerxes Esdræ sacerdoti, & lectori legis Dei.S. Decretum est à me, & septẽ meis cõsiliarijs, ut quicunq; in regno meo de Israëlitis & sacerdotibus eorum ac leuitis uoluerit tecũ Hierosolyma petere, per meam benignitatẽ hoc ei liceat facere, & inuisere Iudæam iuxta Dei legẽ: utq; Israëlitarum Deo dona perferatis, quæ ego & amici nouimus. Præterea facio tibi potestatem auferendi omne aurũ & argentũ quantumcunq; populus tuus per totã Babyloniã degẽs offerre uoluerit, quo emãtur uictima super altare Dei uestri immolanda: & fabricãdi ex auro ac argẽto uasa quæcunq; tu & fratres tui uolueritis. Sacra quoq; uasa quæ tibi dãtur, Deo tuo dedicabis: & si qd aliud in hũc usum opus fuerit, pro tua prudẽtia fieri curabis, et de nostro fisco eos sumptus facies: quin & præfectis ararij apud Syriam & Phœnicen te cõmendaui, scribens eis, ut quicquid Esdras sacerdos & lector legis Dei petierit, sine mora dent. Et ut Deus propitius sit mihi et meis liberis, uolo usq; centũ coros tritici Deo secundũ legẽ dari. Vobis quoq; magistratib' præcipio, ut a nemine sacerdotũ, leuitarum, sacrorũ cantorũ, ianitorũ, sacrorũ seruorũ quicquã exigatis, néue ulla onera eis imponatis.

Tu uerò Eſdra iuxta conceſſam tibi diuinitus ſapientiam conſtitue iudices, qui per Syriam ac Phœnicen iura reddant populo legẽ tuam ſcienti: quin & neſcientes doce liberè, ut quiſquis legem Dei uel legẽ regiam uiolauerit, mulctetur pecuniis, aut etiam damnetur capite, utpote qui non per ignorantiam, ſed per contumaciam peccauerit. Vale. His literis acceptis, Eſdras gauiſus adorauit Deum, et gratias egit, illi benignitatem regiam acceptã referendam, & illum maximè dignum cui gratiæ agantur exiſtimans. Aduocata deinde Iudæorũ concione, qui apud Babylonẽ degebant, & perlecta epiſtola, ipſam quidẽ retinuit, exemplar uerò eius in Mediam ad omnes ſuæ gentis homines tranſmiſit: qui cognita regis erga Deũ pietate, & erga Eſdram beneuolẽtia, omnes uehemẽter ſunt lætati: multi uerò ex eis aſſumptis ſuis facultatibus Babylonem uenerũt, cupientes reuerti Hieroſolyma: reliqua Iſraëlitarũ multitudo aſſuetũ iam domicilium noluit relinquere: quapropter duæ tantum tribus per Aſiam & Europã ſub Romano degunt imperio: decem antẽ tribus nunc quoq; ultra Euphratẽ ſunt, infinita hominũ millia, quæ nix eſt numero comprehẽdere. Cæterùm ad Eſdram magna multitudo cõuenit tã ſacerdotum & leuitarũ, quàm ianitorũ ſacrorumq; uel cantorum uel miniſtrorũ, ille uerò omnes qui ex captiuitate in patriã reuerti nolebãt ad Euphra-

tem

tem congregauit: ubi peracto triduano ieiunio, notisq; pro incolumitate & felici itinere conceptis (recusauerat enim deductores equites, dicẽs Deo salutẽ suorũ curæ futurã) iter ingressi die duodecima primi mensis anno regni Xerxis septimo, peruenerunt Hierosolyma eiusdem anni mense quinto. & cõtinuò sacerdotibus gazophylacij custodibus Esdras sacrã pecuniam tradidit, argenti talenta sexcẽta quinquaginta, nasa argentea talentorũ centum, nasa aurea talentorum viginti, nasa area auro meliora pondo talentorũ XII. Hæc enim erant dona regis eiusq; amicorũ, & Israëlitarũ Babylone manentium: quo facto obtulit Deo secũdum legẽ holocaustoma, tauros XII. pro cõmuni salute populi, arietes & agnos LXXII. hircos p peccatis XII. procuratoribus etiã regijs, & præfectis Phœnices ac Syriæ scriptas à rege reddidit epistolas: qui cùm eis nõ parere nõ possent, oĩ honore gentem nostrã prosecuti sunt, & in oĩbus necessitatibus eis fuerũt auxilio. Et consiliũ quidẽ huius migrationis ab Esdra profectũ est, successũ autem felicẽ Deus addidit, ut equidẽ reor, uiri huius uirtutẽ ac pietatẽ respiciens. Aliquãto deinde pòst cõperit quorundã indicio, q̃ quidam è uulgo sacerdotũ & Leuitarũ parũ seruauerint institutа & leges patrias, & ductis alienigenis uxoribus ordinẽ sacerdotalẽ confuderint: rogatusq; ab eis ut ferret auxilium legibus, ne Deus

prop

propter paucos iratus omnes denuo communi clade feriat, scidit uestē pra tristitia, uellens capillos & barbā, & humi se prosternēs, eo quòd primores populi deprehēsi essent in tali crimine: & cogitās nō esse audituros, si iuberet eos uxores cū liberis eijcere, nolebat se à terra attollere. Itaq; cōcurrerunt ad eum quotquot erant bonæ mētis, & unà flebant addētes se socios eius tristitiæ. Esdras autē sublatis ad cælum manibus, Me quidē, inquit, pudet ad cælum oculos attollere, dum cogito quòd populus ne maiorū quidem suorū cladibus admonitus à peccādo abstinet: tu tamē clementissime Deus nostri miserus seminariū aliquod & reliquias superstites conserua, quas Hierosolyma in antiquā patriā reducere dignatus es: & da ueniam præsentis erroti, mortē quidem cōmeritis, uerūtamen in tua bonitate sperātibus. Dum ita pius sacerdos lacrymatur cū eo cœtu qui ad eum cōuenerat maximus ex uiris & mulieribus atq; pueris, accessit eò quidā primarius Hierosolymita nōie Achonius, cōfitens se peccasse qui alienigenas uxores duxerint: suasitq; ei ut oēs adiuraret, ut uxores cum nata ex illis prole abijcerent, & si quis legi parêre nollet in eū animaduerteret: qui secutus uiri cōsilium, exegit super hac re iusiurādum à principibus Leuitarū & sacerdotū & tribunum Israeliticarū: quo facto exiuit templū & cōtulit se in domicilium Ioannis & Elyasibi, ibiq; totam

eam

eam diem ieiunus præ mœrore exegit. Proposito deinde edicto, ut omnes è captiuitate reuersi intra biduũ aut triduũ Hierosolyma cõmenirent, & quisquis per cõtemptum non adfuerit intra præscriptum tempus, ut excõmunicetur, bonaq; eius sacro ærario addicãtur. Intra triduum conuenerunt utriusq; tribus homines, vigesima die noni mẽsis, quẽ Hebræi Thebethũ, Macedones Apellæum nominãt: eumq; cõsedissent in superiore parte tẽpli, præsentibus etiã senioribus, & frigus propter anni tẽpus esset molestũ, surgens Esdras accusauit eos qui contra leges duxissent uxores alienigenas. nunc si uelint rem Deo gratam, & sibimetipsis utilẽ facere, ablegãdas esse uxores eiusmodi: acclamatum est facturos id omnes æquo animo, sed esse earũ non paruũ numerum, & tẽpus esse hibernũ, nec posse rem eam intra unã aut alterã diem perfici: itaq; opus esse ut negotiũ hoc differatur aliquantisper, & tum demum principes aliquot qui sint alieni ab hac culpa, eũ selectis undecunq; senioribus inquisitionẽ faciant eorũ qui contra legis præscriptum uxores duxerint. Consenserũt omnes in eam sententiã, & prima die mẽsis decimi cœpta inquisitione, quæ durauit usq; primã diem mensis sequentis, inuenerũt multos tam ex Iesu pontificis cognatione, quàm ex cæteris sacerdotibus ac Leuitis & alijs Israëlitis, qui & uxores & natos ex eis liberos sine mora abiecerũt, pluris facientes 1. Esd. 10.

legum

legum obſeruantiam, quàm naturales affectus quãtumuis uiolẽtos: moxq; ad placandũ Deum arietes immolauerunt, quorũ nomina recenſere non eſt neceſſe: atq; ita Eſdras hoc erratũ circa connubia correxit, & malã in hoc conſuetudinem emẽdauit, ut in poſterũ hæc reformatio ſtabilis ac firma permaneat. Septimo autem menſe dum ſcenopegia feſtũ celebratur, & fermè totus populus conuenit, accedentes ad patentẽ templi partẽ quæ orientalem portã ſpectat, rogauerunt Eſdram ut eis legẽ Moyſis legeret: quod & fecit, ſtãs in medio multitudinis, à mane uſq; meridiem. Ex qua lectione nõ ſolùm in præſens & futurum diſcebant quid eſſet iuſtum, ſed etiam præteritorũ memoriam retractãtes lacrymabantur, ſic cogitantes, quòd nullas calamitates fuiſſent perpeſſi, ſi præſcripta legis diligẽter obſeruaſſent. Eſdras autẽ uidens eos ad hũc modum affectos, iuſſit ut domũ abirent: eſſe enim feſtum, nec licere ea die flere: quin potius hortabatur ut ad epulas uerſi, ita ut feſto die decet, hilariter agerent: & hac anteactorũ pœnitentia in futurum ſe munirẽt, ne in ſimiles caſus incurrerent. At illi ſequentes eius monita, experũt re uera feſtum agere: quod cum per octo dies feciſſent, digreſſi ſunt in proprias patrias, magnam gratiam Eſdræ habentes ob reformatam Rempub. quo factum eſt ut poſt cõparatam ſibi apud populum egregiam gloriam, ſenex uita defunctus

apud

apud Hierosolyma sit magnificè sepultus. Quo tempore cùm etiam Ioacimus pontifex esset mortuus, filius eius Eliasimus in sacerdotium ei succeßit. Cæterùm quidam ex captiuis Iudæis, pincerna regis Xerxis, Neemias nomine, deambulans ante primariam Persarum urbem Susa, cum hospites quosdam post longum iter exactum in urbem aduentantes Hebraicè inter se confabulari animaduertisset, accedens ad eos, rogabat undenam uenirent: & audito quòd è Iudæa, rursum scitatus est, quomodo se haberet ille populus, & caput eorum Hierosolyma. Quibus malè se habere dicentibus, quòd eius mœnia diruta essent, & circumuicinæ gentes multa mala Iudæis inferrent, die noctéq; agros excursionibus ac rapinis populantes, & multos ex ea regione atq; adeò ex urbe ipsa captiuos abducentes, ita ut paßim per uias reperiantur cadauera: flenit Neemias motus populariũ suorum miseriæ: & sublatis oculis ad cælum, Quousq;, inquit, patieris domine gentem nostram tantis malis opprimi, ne simus præda omnium? cunctante uerò illo apud portam & ob hæc lamentante, accedens quidam nuntiauit ei, regem iam accubitum ire: ille confestim ita ut erat, non ablutæ facie, ad ministerij sui functionẽ properat. Rex uerò post 2. Esd. 2.
cœnã iam hilarior, uidens Neemiam subuultum, 2. Esd. 2.

rogab

rogabat quid esset in causa. Tum ille Deũ prius precatus ut suadæ gratiã prius uerbis suis adderet: Qui possum, inquit, rex alium multũ sumere, aut mœrorẽ è corde ponere, quãdo audio patriæ meæ Hierosolymorũ, in qua exstant sepulcra maiorũ meorũ ac monumẽta, & portas incẽsas esse & disiecta mœnia? Sed oro hãc unam gratiã mihi cõcede, permitte mihi ut profectus illò muros eius exstruam, & quod deest ad fabricam templi suppleam. At rex petitioni eius annuit, simulq; literas ad satrapas cõmendatitias, ut et honorẽ ei haberent, et præberẽt quicquid operæ: Quare desine, inquit, tristari, & posthac libens nobis ministra. Ibi Neemias adorato Deo, actisq; regi pro tam ampla pollicitatione gratijs, abstersa à nullu omni mœrore, frõtẽ exporrexit præ lætitia. Sequẽti uerò die accitus, accepit literas regias, quas Sadæo Syriæ, Phœnices, ac Samariæ præfecto redderet: in quibus mãdabatur de honore Neemiæ habendo, et de præbendis ei quibus ad ædificãdam opus sit. Cùm igitur Babylonẽ uenisset, & multos à populoribus ultrò se adiungentes comites assumpsisset, tandẽ pervenit Hierosolyma, anno regni Xerxis nigesimoquinto, & ostendens prius suis literas Sadæo magistro equitum collegisq; eius reddidit: conuocato deinde Hierosolyma uniuerso populo, stans in medio tẽpli sic eos est alloc[u]tus. Viri Iudæi scitis quòd Deus opt. max.

memor

memor maiorũ nostrorũ Abrahami, Isaaci, & Iacobi, eorũq; pietatis, qua illos quõda, cadẽ nos quoq; prouidẽtia dignatur: & ecce illius fauore nunc apud regẽ obtinui, ut mihi permitteret mœnia restituere, & quod supereſt ad absolnendum tẽplum perficere. Quamobrẽ nunc ita faciendũ censeo, ut quoniã non ignoratis q̃ infensas habeamus gentes uicinas, & quòd cognita uestra in ædificãdo diligẽtia, nihil nõ moliẽtur, quo uestros conatus quantũ in se erit impediant: primũ forti animo sitis, & omnẽ fiduciam collocetis in Deo, qui facilè resistet illorũ importunis inimicitijs: deinde nec die nec noctu operis structurã intermittatis, sed omni cura id opus cõtinuetis, quãdoquidẽ nũc maximè tẽpestiuũ est hoc facere. Hac locutus cõtinuò iussit magistratus dimetiri mœnia, & operas partiri in populũ, attributo certo modo in singulos uicos & oppida: pollicitusq; se quoq; cũ domesticis uelle adiuuare impigrè, concionẽ dimisit. Iudæi uerò eius autoritate permoti ad opus se expediebãt: quæ appellatio tum primũ illis & regioni est indita, quãdo à Babylonia sunt reuersi, quia Iudæ tribus iam olim ea loca occupauerat. Eius rei fama ubi ad Ammanitas, ac 2.Esd.4
Moabitas, Samaritasq;, & Syriæ Cœlæ incolas perlata est, iniquissimè tulerũt, nec unquã cessauerũt insidiari, & conatus ipsorũ impedire: interceptisq; multis Iudæis, tẽtauerũt ipsum Nee-

miam per conductitios ſicarios tollere crebros etiã terrores eis incutiebãt, rumores ſpargẽtes, quaſi magni diuerſarũ gentiũ exercitus eos eſſent ĩuaſuri, ita ut parũ abfuerit, quin hoc metu ab incepto opere deſiſterẽt. Neemiã uerò nihil horũ ab inſtituto deterrere potuit, ſed ſtipatus aliquot ſatellitib. intrepidus pergebat, præ nimio ſtudio nullũ laborẽ ſentiẽs: eã antẽ ſaluti propriæ curã non ideo habuit, quòd mortem timeret, ſed quia certò ſciebat ſe extincto ciues ſuos nõ repæraturos mœnia: iuſſitq; in poſterũ ædificatores accinctos opus facere: & cæmentarius quidẽ nõ ſine gladio erat, ſimiliterq; qui materiã ei ſuggerebat: ſcuta uerò nõ longe inde in promptu eſſe uoluit, & tubicines interuallo quingentorũ paſſuũ, ut ſicubi ſe hoſtes aperuiſſent, ſigna canerent, ut populus arreptis armis reſiſteret, néue inermis ab hoſte poſſet opprimi. Ipſe uero noctu circunquaq; urbẽ obibat, nunquam defeſſus aut opere aut duritia uictus & excubijs, nec cibo nec ſomno mẽs, niſi quãtũ poſtularet neceſſitas: atq; ad hũc modũ perduranit duobus annis et tribus mẽſibus, tantũ enim cẽporis elapſum eſt donec abſoluerẽtur mœnia, uigeſimo octauo regni Xerxis anno, menſe nono. Permunita deinde urbe Neemias & populus Deo ſacrificauerunt, & octo dies in epulis trãſegerũt: quæ res ubi Syria gẽtibus eſt audita, graues indignatiões in eis cõmouit. Neemias

autem

autem uidens nõ ſatis magnam in urbe populi frequẽtiã, perſuaſit circũquaq; uicinis ſacerdotibus & Leuitis ut migrarẽt in urbẽ inibi habitaturi, exſtructis eis de ſuo domicilijs: et agricolarũ plebem decimas in urbẽ cõferre iußit, ut eſſet unde ſacerdotes ac Leuitæ uiuerẽt, nec ano carẽtur à diuino cultu ac cæremonijs: quod qdẽ illi perlibẽter fecerũt: & hoc pacto factũ eſt, ut urbs magis frequentaretur in poſterũ. Poſt hæc & alia multa honeſta & laude digna opera Neemias iam ſenex defunctus eſt, uir ad uirtutem & iuſtitiã natus, & in populares ſuos beneficentiſſimus, relicto ſempiterno ſui momento in Hieroſolymitanis mœnibus: atq; hæc ſunt quæ Xerxe regnante geſta ſunt.

Qũo Artaxerxe regnãte parũ abfuit quin tota Iudæorũ gẽs Amani dolo extingueretur. CAP. VI.

EO mortuo regnũ ad filium eius Cyrũ quem Græci Artaxerxẽ nominãt, peruenit: quo apud Perſas regnante in maximũ periculũ genus Iudæorũ adductũ eſt, ne cũ uxoribus ac liberis deleretur, ob cauſam quã paulò pòſt referemus: prius enim quedã de ipſo rege dicenda ſunt, qui factũ ſit, ut uxorẽ duceret Iudæã fœminã ex regio genere natã, quã etiã noſtræ gentis ſeruatricẽ fuiſſe ferunt. Artaxerxes enim poſt ſuſceptũ imperiũ, & conſtitutos ab India uſq; Aethiopiam CXXVII. ſatrapas, anno regni tertio amicos & duces gentium ſuſis accepi- VI. Eſth. 1.

epulo ſumptuoſiſſimo, ut decebat regẽ opulentum, magnificos centũ octuaginta dierũ apparatus oſtentantẽ: cui plurimæ gẽtes, & earũ legati, per cõtinuos ſeptẽ dies interfuerũt: id erat inſtructũ in hunc modũ. Tabernaculũ fixit ſuffultũ aureis et argẽteis columellis, prætextũ telis linteis & purpureis, multorũ milliũ capax: in eo miniſtrabatur aureis & gẽmeis poculis: ad delectationẽ ſimul & miraculũ factis. Mãdauit etiã miniſtris: ne quẽ more Perſarum ad bibendũ cogerent, ſed arbitratu ſuo quenq; appoſitis frui ſineret: dimiſſis etiã per totã ditionem nuntijs, edixit ut feriati ab operibus feſtũ pro incolumitate regni diebus aliquot agerent. Regina quoq; Vaſte pari modo mulierũ in regia celebrauit cõuiuium: quã rex oſtẽdere conuiuis cupiens ad ſe accerſiuit, pulchritudine omnes mulieres ſuperantẽ. Illa uero uolẽs Perſarũ leges ſeruare, quæ uxores uetãt ab alijs præter domeſticos cõſpici, non iuit ad regẽ: & cùm nõ ſemel ad eã eunuchos ea decauſa miſiſſet, nihilominus in negãdo fuit peruicax: qua obſtinatione mulieris offenſus rex, dimiſſo conuiuio ſeptẽuiros illos, penes quos apud Perſas legũ eſt interpretatio, cõuocat: & apud eos uxorẽ cõtumaciæ ream peragit, quòd toties uocata ab ipſo in cõuiuium, ne ſemel quidẽ paruiſſet: iubetq;, quid ſit iuris, proferre ſententiã. Quorum unus Mucheus eum pro ſententia diceret, non ipſi

ſoli

Ioli factam iniuriã, uerumetiã Perſis omnibus, quibus periculum inſtet, ne deſpecti ab uxoribus inhoneſtã uitam degant in poſterũ: quando nulla poſthac maritorũ futura ſit reuerentia, dũ cætera exẽplum à regina ſuperbia ſumunt, nihil ueriti contra omnipotentẽ regem cõtumaciter agere: ſuadereq́; tam cõtumacẽ erga ipſum multari grauiſſimè, idq́; decretum per omnes gentes promulgari: uiſum eſt repudiari Vaſten & honorem transferri in aliam mulierem. Rex uerò qui uehementer eam amabat, nec diſiungi ab ea ferebat, nec tamen retinere propter legem poterat, mœrens & uoluntati ſuæ non liceret ſatisfacere. Qua in anxietate uidentes eũ amici, Eſth. 2.
conſulunt ut inutilem mulieris amorẽ ex animo eiiciat, & facta per totum orbem formoſarum uirginum perquiſitione, quã aliis prætulerit optet ſibi coniugem: noua enim inducta prioris aboleri poſſe deſiderium, & eius receti conſuetudine amorem paulatim diſtractũ in totum poſſe euaneſcere. Probauit rex conſilium, mox́q; mandauit certis hominibus ut forma celebres uirgines ex toto regno ſelectas ad eum adducerent. Id mandatum illis diligenter exſequẽtibus inuenta eſt Babylone Eſther puella utroq; parente orbata, quæ apud patruũ Mardochæum educabatur: is erat tribus Beniamitica, unus ex Iudæorum primatibus: hæc puella præ cæteris omnibus excellebat pulchritudine,

& gratijs nullius in se oculos conuertebat: itaq; ani eunuchorũ cõmendata, tractata est apud eũ delicatissimè, odoramentis atq; unguentis precioſissimis quibus principes fœmina corpus curare solent, quotidie delibuta: atq; hac tractatione per sex menses usæ sunt quadringenta numero uirgines: quando uerò satis iam curatas existimabat, & regis lecto tẽpestiuas, unã singulis diebus mittebat ad eũ qui post complexus eam ad eundẽ eunuchum remittebat. Perducta uerò Esthere delectatus eius consuetudine, & amore correptus, legitimã coniugẽ eam sibi adiunxit, nuptiasq; celebrauit anno regni sui septimo, mẽse XII. qui Ader dicitur: dimisitq; quos angaros uocant, per omnes gentes nuptiale festũ eis indicens. Ipse uerò Persas & Medos, & primates aliarũ gentium accepit cõuiuio nuptiali per mensem integrum: & ingressa regiã uxori diadema imposuit: atq; ita cum ea conuixit, nunquã interrogata quónã esset nata genere: patruus uerò eius et ipse Babylone Susa migrauit, ibiq; degẽs obuersabatur quotidie circa regiã, sciscitans de puella quomodo se habeat: diligebat enim eã haud secus quã propriã filiam. Rex autẽ legẽ tulit, ut nemo è domesticis, innocatus eum accederet, tantisper dum sederet in regio solio: adhibitis in hoc etiam lictoribus cũ securibus, ut si quis cõtrà faceret, plecteretur capite: rex interim uirgã tenebat aureã, quam

quot

quoties aliquē ex inuocatis uenientibus ſeruare uellet, porrigebat ad eū: iſq; uirga cōtactu eximebatur periculo. Et de his quidē hactenus dixiſſe ſufficit. Aliquanto deinde poſt cū Bagathous & Theodeſtes eunuchi cōſpiraſſent cōtra regem, Barnabazus alterius ſeruus genere Iudeus, deprehenſas inſidias patruo regine indicat: at Mardocheus per ipſam regi inſidiatores prodidit: rex uerò territus, ueritatē per quaſtiones inuenit: & illis in crucē ſuffixis, Mardochæo tunc quidē pro ſalute ſua quā ei debebat præmij nihil perſoluit, tantum nomen eius in cōmentarios ſuos referri iuſſit & annotari, ipſum uerò uerſari in regia, receptū inter amicos regis neceſſarios. In eam regiam quoties Aman filius Amadathis genere Amalecita ad regē ueniebat, adorabāt eum omnes tam Perſæ q̄ exteri, idq; ipſius Artaxerxis iuſſu. Mardochæo uerò ꝓpter patriā inſtitutionē non adorāte hominē, ille cùm hoc obſeruaſſet, percontatus eſt cuias eſſet: & audito eſſe Iudæum, iratus exclamauit, Rem indignā, cum ingenui Perſæ adorarent eum, ſeruū iſtiū dedignari idē facere: nolensq; pœnas de Mardochæo ſumere, parū putauit ipſum ad ſuppliciū depoſcere, niſi gentem eius uniuerſam perderet, q̄ eſſet natura Iudæis infeſtus: quandoquidē Amalecitarum gēs, ex qua ipſe erat, à Iudæis victoribus extincta fuerat. Igitur adito rege orſus eſt accuſatio- Eſth. 3.

nem esse gentẽ quandã malã, sparsam per uniuersum ipsius regnũ, insociabilem, abhorrentẽ à ceteru hominibus, diuersis ceremonijs & legibus utentẽ, infensam & moribus & studijs reliquorũ populorũ, & totius mortalium generis. Hanc gentẽ, inquit, si uis subditis tuis gratũ facere, exstirpabis fundit⁹, nemine uel captiuo uel seruo superstite relicto: & ne qd inde tuis tributis decedat, de meis bonis promitto tibi X L. talẽtorũ argẽti millia, libẽter tanta pecunia cariturus, modò regnũ tuũ repurgetur ab ista hominũ colluuie. Hac Amano poscẽte, rex et argentũ illud ei se remittere dixit, et homines eos cõcedere, ut de illis ipse arbitratu suo statueret. Aman autẽ uoto potitus, confestim edictũ nomine regis per oẽs nationes euulgat in hãc sententiã. Rex magnus Artaxerxes CXXXII. satrapis qui Indiam inter & Aethiopiã prouincijs praesunt, hac scribit: Cõsecut⁹ imperiũ tot gẽtiũ, & orbis q̃ late uolui dominio potitus, cũ nihil superbũ aut sauũ in subditos admiserẽ, sed mã sueto ac miti moderarer eos regimine, & pacẽ in primis ac iuris tutelã pensarẽ, cogitaui qũo hac bona possent eis manere perpetua. Admonitus igitur ab amico propter prudẽtiã et iustitiã mihi semper pra ceteris honorato, & ob egregiã fidẽ secundũ post me locũ obtinẽte Amane, esse permixtã hominũ generi gentẽ inimicã, & suis quibusdã legibus utentẽ à ceteris

din

diuersis, inobedientiē regibus, & deprauatā moribus ac ritibus, nec monarchiā nec negotia nostra probantē, uolo ac edico, ut hos ab Amane mihi parētis loco habito indicatos cū uxoribus & liberis perdatis, nemini eorū parcentes, neq; miserationi plus q̄ nostro edicto tribuētes: idq; fieri iubeo decimatertia die duodecimi mensis praesentis anni: ut una die deletis in totū nostris hostibus, imposterū pace ac securitate frui nos liceat. Hoc edicto oppidatim per totā regionem sparso, oēs ad Iudaeorū internecionē in diē praescriptū sese expediebāt, idēq; studiū erat & Susis in urbe regia. Rex interim & Aman cōuiuijs uacabāt & cōpotationibus, pturbata ciuitate & futuri exspectatione suspēsa. At Mardocheus re cognita, sciſsis uestibus, opertus sacco & sparsus cinere ferebatur per urbē iniquū facinus clamitās, maximā gentem internecioni esse addictā: & uociferādo talia usq; regiū palatiū delatus, ibi domū cōstitit: nō enim fas erat illū tali habitu in regiā ingredi. nec alius erat Iudaeorū habitus aut affectio in ceteris urbibus quacūq; regia litera perlata fuerāt, omnibus ob denuntiatam sibi cladem lugentibus & lamētantibus. Vt uerò regina nuntiatū est, Mardocheum in tam miserabili habitu stare pro foribus palatij, perturbata hoc rumore misit qui ei uestimenta mutarent. Qui cū id recusaret facere, q̄ nōdum cessasset causa propter quam eum Esth. 4.

habitum ſumpſerat, nocatum ad ſe eunuchum Achrathæum, qui tum fortè aderat, miſit ad eum, ſcitatum quid mali accidiſſet homini, ut talem cultum ſumeret, ac ne ipſa quidē rogāte uellet deponere: ibi Mardochæus omnē cauſam eunucho exponit ordine, et q̄ edictum regium per uniuerſam ditionem eſſet diuulgatum, & quantam uim pecuniæ pollicitus ſit Aman, ut internecionem eius gentis à rege redimeret: ad hæc exemplar edicti Suſis propoſiti ad reginam perferendum ei tradidit, adiectis mandatis, ut ſupplex regē adiret ſuper hoc negotio, nec grauaretur pro incolumitate ſua gentis ad tempus infra dignitatem ſeſe demittere, & deprecari eius periculum. Amanē enim, cuius ſecunda ſit poſt regē dignitas, incitare eum crebris contra Iudæos accuſationibus. Hoc cognito regina rurſum Mardochæo nūtiat, nec uocatā ſe à rege, & capitale eſſe inuocatum ad eum irrumpere, niſi ipſe incolumitatem donare uolens, uirgam auream protēderet. his enim ſolis impune eſſe, quibus hoc forte cōtingeret. Quibus ille auditis rurſum per eundē eunuchum orat eadē, dicens, non oportere eam reſpectū habere ſuæ uitæ proprię, ſed potius uniuerſi generis: ſi enim hoc nunc facere negligat, Deum quidē omnino laturum ſuis auxilium, ipſam uerò cum ſua familia dauna pœnas eis quos tūc contēneret. Tum Eſther nō mutato nuntio iubet patruum

Suſis

Iussis cõcionẽ Iudaeorũ aduocare, & pro regina salute triduanũ ieiuniũ indicere: se quoq; idem facturã pollicita cũ ancillis domesticis, ac tũ demum uel cõtra legẽ aditurã regẽ, et mortẽ etiã libenter perlaturã si ita usus ueniat. Paruit ille regina et indicto suis publico ieiunio, ipse quoque supplex Deũ precatus est, ne populũ suum deleri permitteret, sed quemadmodũ antea sepe saluti eorũ prospexisset, et indulsisset peccatorũ ueniã, eum quoq; eos à denũtiato liberaret periculo. nõ enim sua culpa se uenisse in discrimẽ infamis supplicij, sed ideo sanire Amanẽ ira perciti, q̃ soli Deo debitũ adorationis honorẽ à se nõ tulerit, & propter diuinarũ legũ reuerentiã integrè seruatã, uniuerso generi moliri pernicie. Similes erant preces totius populi, rogantis Deũ ut eorũ saluti prospiciat, & totum genus Israëliticũ imminenti cladi eximat, quã uidebãtur sibi habere pra oculis. Regina quoq; supplicabat more patrio humi in faciẽ prostrata, & amicta uestitu lugubri, per triduũ abdicato cibo & potu & omnibus delicijs: rogabatq; ut miseratus daret ei apud regẽ quali maximè opus esset facundiã, & maiorẽ quã unquã antea forma gratiã, ut modo utroq; permotus rex ad clemẽtiã, & in ipsam fiat indulgentior, & popularibus suis in extremo periculo cõstitutis patrocinantẽ aquis oculis aspiciat. Vtq; in rege odiũ inimicorũ ingeneret, omniumq; imminen

minentium in eorũ perniciẽ, ni ipſe auertat in-
Eſth. 5. fortunium. His precibus ſolicitata per triduum
diuina miſeratione, denuo mutat habitum: &
ſumpto eulu qui reginã deceat, eũ duabus pe-
diſequis, quarũ altera ſuſtinebat innixã leni-
ter, altera à tergo ſinuoſam & fluentẽ in terrã
neſtẽ ſummis attollebat digitis, ad regẽ uenit,
rubore genas ſuffuſa, & maieſtate mixtã ne-
nuſtatem præferens, nec omnino à metu libera.
Quem ubi cõſpexit ſublimẽ in ſolio, inſignẽq;
eulu diſtincto auro & gemmis ac unionibus,
horror quidã eã repẽte ſubijt: & forte toruius
eam ac ſubirato uultu inſpexerat: moxq; atto-
nita fluẽtibus mẽbris in ſuſtinentẽ ad latus to-
tam ſe reiecit. Rex autẽ non dubiũ quin uolun-
tate Dei mutatus extimuit, & ſolicitus ne
quid grauius cõingi accideret, è ſolio ſe prori-
puit, blandeq; in ulnas exceptã reſouebat ſuauí
alloquio, iubens bono animo eſſe, ſecurã q; in-
uocata uenerit: legẽ enim illã latã eſſe in ſubdi-
tos, ipſi uerò, ut regni ſociæ, licere omnia. Hæc
locutus ſceptrũ in manũ eius inſeruit, & cerui-
cem eius uirga permulcens aurea, à legis metu
omnino ſecu liberã. Illa hoc pacto refocillata:
Domine, inquit, eloqui non poſſum, quid mihi
repẽte acciderit: ut enim te cõſpexi tãta maie-
ſtate uerendũ, cõtinuò refugiẽs interius defecit
me animus: & cùm hæc uerba ægrè lãguida et
exili uoce protuliſſet, magis etiã ſolicitus ſolari

eam

eam cœpit prolixius, paratũ ſe quiduis gratificari pollicens, uel ſi dimidiũ regni ſibi depoſceret. Eſther autẽ hoc tantũ rogauit, ut ad cœnã ſibi paratã cõuiua cũ Amane amico ueniret. Quod cũ annuiſſet, amboq; uenisſent, inter pocula uxorem iubet dicere quidnã peteret: nihil enim nõ impetraturã, etiãſi regnì partẽ cuperet: illa in craſtinũ differre ſe petitionẽ dixit, ſi modò liberet ei redire cũ Amane ad cõuiuiũ. Id uerò libẽter annuẽte rege, Aman admodũ lætus abijt, q ſolus tali honore dignatus ſit, ut cũ rege uocaretur à regina ad cõuiuium, quod neminì alterì cõtigerat, & cùm obiter in palatio uideret Mardochæũ exeãduit, q nullus ab eo ſibi honor exhiberetur: reuerſusq; domũ aduocata uxore Zaraza, & amicorũ cohorte, apud eos denarrauit honorẽ, in quo eſſet tã apud regẽ, q apud reginã. nã cũ ea die ſolus cũ rege apud eã cœnaſſet, in craſtinũ quoq; ſe uocatũ eſſe: unũ ſibi eſſe permoleſtũ, q Mardocheum Iudæum uideret in palatio: cumq; Zaraza diceret, oportere eum trabẽ quinquaginta cubitorum parare, & mane petita à rege poteſtate Mardochæũ in eam crucẽ tollere: cõprobata ea ſententia iußit familiares curare ut eiuſmodi trabs erigeretur in ſuo palatio, parata ad Mardochæi ſupplicium: id quod etiã mox factum eſt. Deus autẽ irriſit Amanis ſpem improbã, cui ſciebat euenturũ lõge aliud. Nam ea ipſa nocte Eſth. 6.

ſomnum

ſomnum regi ademit: qui nolens uigilia tẽpus perdere, ſed malens in aliquod regni negotium id impẽdere, iußit ſcribã allatis cõmentarijs res tam á ſe q̃ à maioribus geſtas legere: quo legente, intellexit quendã ob rem egregiè geſtã donatum amplis poſſeßionibus in regione cuius nomẽ erat aſcriptũ: alium ob fidẽ munera accepiſſe pretij maximi: tandẽ uentũ eſt ad eũ locũ, qui cõtinebat Bagathoi & Theodeßis eunuchorum coniurationẽ, Mardochai detectã indicio: quo lecto cùm ſcriba ad aliud deinceps trãſiret, inhibuit eum rex, percõtatus an nõ ſit adſcriptũ redditũ ei aliquod præmium. Illo uerò negãte quicquã tale ſcriptũ, iußit eum deſinere, & quota noctis hora eſſet, ſciatus eſt ab eo cuius hoc erat officiũ: & audito q̃ eſſet iam diluculũ, mãdauit ut uiſerẽt quiſnã amicorum adeſſet pro palatij foribus, ſibiq; renuntiarent. Forte autẽ Amã aderat, qui ſolito citius uenerat, rogaturus Mardochai ſupplicium. Famulis uerò renũtiãtibus Amanẽ eſſe pro foribus, iußit eum intro uocari: cui ingreſſo, cùm ſciã, inquit, amicũ te mihi præ cunctis beneuolum, rogo da mihi cõſiliũ, quomodo poßim pro mea magnificẽtia honorare quendã mihi admodũ carũ hominẽ: tum Aman cogitãs quancunq; ſententiã protuliſſet, in rem ſuã fore, q̃ ipſe præ cæteris regi carus eſſet: indicauit ei quod putabat optimũ his uerbis: Si uis hominẽ, quẽ tibi

ait

ais dilectũ, cumulare insigni gloria, fac ut equo uehatur uestitus sicut tu, & aureo torque ornatus: & unus aliquis ex intimis tuis amicis præconis specie præcedat, clamãs per totã urbẽ. & sic honorabitur quẽ rex honorare uoluerit. Id cõsuluit Aman putãs hunc honorẽ nõ alij deberi q̃ sibi. Rex uerò lætus: Ergo, inquit, uade, & sumpto equo, ueste ac torque, Mardochæum Iudæum quære, & sic ornatũ equo insidentẽ ipse præcede, agẽs præconẽ interim: nam tu amicus es intimus, & cõsilium quod dedisti exsequêris optimè: debetur enim honor hic meæ uitæ cõseruatori. His præter omnẽ spem auditis, nix fuit cõpos animi, & cùm non haberet quid aliud faceret, exiuit cum equo, purpura & torque aureo: inuẽtumq; ante aulã Mardochæum sacco amictũ, iussit eo depoſito induere purpuram. Qui ueritatẽ rei nescies, sed illudi sibi putans: Sceleſtiſsime, inquit, adeóne calamitati nostræ insultas? Persuasus tãdẽ q̃ rex hoc ei præmium pro accepta salute redderet, proq; detectis eunuchorũ insidijs, induit purpurã qua rex ipse uti cst solitus: & ornatus torque, cõscẽsoq; equo urbẽ obequitabat, præcedẽte Amane & clamãte, Sic honorabitur quẽ res honorare uoluerit. Perlustrata deinde urbe, Mardochæus ad regẽ ingreditur. Amã uerò præ pudore domum se cõtulit, et cũ fletu uxori ac amicis quæ cõtigerãt narrauit. Respõderunt illi, ademptam

iam

iam ei omnẽ occaſionem uindicãdi in Mardocheum, quandoquidem illi manifeſtè Deus ſit propitius. Hæc illis adhuc colloquẽtibus, uenerunt Eſtheris eunuchi, Amanẽ ſine mora ad cœnã uocaturi: quorũ unus Sabuchadas uiſa cruce defixa in ipſius ædibus, quæ parata erat Mardochæo, ſcitatusq; è quodã famulo in quẽ uſum parata ſit: ut cognouit q̃ regina patruo. quẽ Aman nolebat à rege ad ſuppliciũ depo-
Eſth.7. ſcere, tunc quidẽ ſiluit. Cæterũ poſtquã rex cum Amane ſuauiter epulis acceptus, inſſit reginã indicare quidnã eum ſibi largiri cuperet, accepturam quicquid petierit: cœpit deplorare periculum ſui populi, dicẽs ſe ad interitũ cũ tota ſua gente deditã, & ideo nunc ea de re uerba facere. Neq; enim ſe negotia eius interpellaturam fuiſſe, ſi in amarã ſeruitutẽ uendi eos inſſiſſet, q̃ mediocrẽ hanc calamitatẽ duceret: nũc uerò orare, ut ſe ab imminenti clade eripiat. Quærente autẽ rege, quiſnã hoc moliretur, iam apertè accuſando in Amanẽ inuecta eſt, dicẽs hunc, q̃ peſſimè erga eos affectus eſſet, autorem talis cõſilij. Tum rex turbatus recepit ſe in hortos è cõuiuio: & Aman paratum ſibi iam intelligens infortunium, cœpit apud reginã erratum ſuũ agnoſcere, et precari ueniã: ſimulq; in lectũ eius procubuit. Interim ſuperueniẽs rex, & hoc uiſo magis etiã cõmotus: Sceleſtiſſime, inquit, etiã uim uxori meæ inferre uis? Amane

autem

autẽ ad hanc uocẽ exterrito, & ne hiſcere quidem ualẽte, ibi uerò Sabuchades eunuchus accedens accuſabat Amanẽ, quòd in ædibus eius inueniſſet crucem Mardochæo paratã: id enim ſibi cõpertum ex ipſius famulo, cùm ad inuitandũ eũ uenisſet: eſſeq; eã crucẽ altã quinquaginta cubitos. Quo audito rex decreuit non alio ipſum afficere ſupplicio, q̃ quod in Mardochaũ excogitauerat: iuſſitq; ut cõfeſtim in eã crucẽ ſublatus necaretur. Subit hic mihi admirari diuinã potentiã iuſtitiãq; ac ſapientiã uel ex hoc facto colligere, qui nõ ſolùm Amanem merito ſupplicio tradidit, uerumetiã pœnã in alterum excogitatã, in caput inuẽtoris illo inſcio cõuertit. Atq; ita Aman immodicè amicitia regis uſus periit, & facultates eius reginæ donatæ ſunt. Mardochæus autẽ à rege accitus, qui iam cognatum eſſe cõiugis ex ipſa didicerat, anulũ accepit ab eo q̃ prius Amani fuerat cõcreditus, regina uerò poſſeſſiones Amanis ei largita eſt: roganit deinde regẽ ut Iudæis præſentem dedit ametũ adimeret, docẽs eum de Amanis Amadathis filij literis, ſparſis quã laiè pateret imperium: neq; enim ſe poſſe uiuere, niſi & patria ſalua, & ſuis popularibus. Rex autẽ pollicitus eſt nihil ipſa inuita ſe mãdaturũ, neq; uoluntati eius ullã in re cõtra iturũ. Permiſit etiã ut ipſius nomine quicquid uellet de Iudæis ſcriberet, et regio ſigillo obſignatas literas q̃ omnes Eſth. 8.

prouincias dimitteret : confirmatas enim regio ſignaculo, autoritatem habituras apud omnes qui eas legerint, & cõtradicturũ eis neminem. Accitis igitur ſcribis regijs, iußit eos pro Iudais ſcribere ad magiſtratus omniũ gentiũ, quæ ſita ſunt Indiã inter & Aethiopiã ſub centũ XXVII. *ſatrapis: quarũ literarũ exemplũ hoc fuit: Rex magnus Artaxerxes magiſtratibus noſtris fidelibus* S. *Multi elati magnitudine honoris et beneficiorũ quæ ex nimia cõferentiũ bonitate percipiũt, nõ ſolũ erga inferiores exercent ſuperbiam, uerumetiã cõtra ipſos autores beneficij nõ uerẽtur inſoleſcere, quantũ in ſe eſt tollentes omnẽ omnino gratitudinẽ quæ uſquã eſt inter homines: & corrupti inopinata felicitate, abutũtur ea cõtra illos per quos eã adepti ſunt, nec Deũ quidẽ timẽtes, cuius numẽ putãt ſe poſſe fallere. Ex his quidã propter amicitiã præpoſiti cũ poteſtate adminiſtrãdis publicis negotijs, priuatis indulgent odijs: & decipiẽtes eos quos penes ſummũ eſt imperiũ, falſis criminibus ac calumnijs efficiũt ut indignẽtur innoxijs, atq; ita miſeros adducũt in ſaluis periculum: id quod nõ è priſcis exẽplis aut fama auditis nobis poteſt eſſe perſpicuũ, ſed ex facinore quod ſub noſtris admiſſum eſt oculis: ut poſthac nõ oporteat mentẽ adhibere qualibuſcunq; criminibus, uel potius calumnijs, ſed de cognitis cauſis iudicare: & ſi quidẽ peccatum ſit ſeuerè*

animad

animaduertere: ſin cõtrà, abſoluere: & rebus, non uerbis credere. Namq; Aman filius Amadatis, genere Amalecita, & externi non Perſici ſanguinis, hoſpitij iure primũ receptus, deinde per noſtrã bonitatẽ in tãto honore habitus, ut patris appellatione eũ dignaremur, et adorari iuberemus, atq; ſecundũ poſt nos locum obtinere, felicitatẽ ſuam ferre non potuit, neq; ſobria mẽte magnitudinem honoris metiri: ſed regno meo ſtruxit inſidias, & eo cui uitam & imperiũ debeo, benefactore ac ſeruatore Mardochæo priuare me uoluit, ſimulq; uitæ ac regni ſocia Eſthere, malis artibus petitis ad interitũ. Sic enim orbato mihi hominibus amiciſſimis, imperium poſtremo uoluit adimere. Ego uerò quoniã à ſceleſto homine deſtinatos neci Iudæos nõ malos eſſe cõpertũ habeo, ſed optimis inſtitutis uiuere, ac Deũ colere eũ qui & maioribus meis & mihi largitus eſt & ſeruat hoc imperiũ, nõ ſolũ abſoluo eos à pœna quæ prioribus cõtinetur literis, per Amanẽ ad uos tranſmiſſis, quibus mentẽ adhibere nõ debetis: uerũ etiã uolo ut eos omni honore proſequamini: nã eum qui his perniciẽ molitus eſt, cũ tota familia portis Suſorũ in cruces ſuffixi, omnipotẽte Deo inſtiſſimas pœnas à ſceleſto exigẽte. Iubeoq; ut tranſcriptis in plurima exempla & per totam noſtram ditionẽ uulgatis his literis, Iudæos ſuauis ſuis legibus in pace uiuere: eisq; ſuis au-

xilio, ut poſsint pœnas ſumere de illis qui eorũ aduerſis tẽporibus iniurias eis facere auſi ſunt: idq; decimatertia die mẽſis duodecimi qui eſt Adar: quãdoquidẽ Deus eã diem pro internecina ſalutarẽ eis eſſe uoluit: qua quidẽ felix ſit ijs qui nobis bene cupiunt, & monumentum ultionis de inſidiarũ machinatoribus. Notum eſſe uolo omnibus & urbibus et gẽtibus, quòd quacunq; aliquid ex his quæ nũc mãdamus per inobedientiam facere neglexerit, ferro & igni uaſtabitur: atq; hæ literæ proponãtur per uniuerſam noſtrã ditionẽ, & accingãt ſe utiq; in præſcriptã diẽ, ut ſe de inimicis ſuis uindicent. Cũ his literis cõtinuo ueredarij per omnes uias dimiſsi ſunt: Mardocheũ uerò cultu regio coronaq; aurea & torque ornatũ è palatio prodeuntẽ ut uidere Iudæi, felicitatẽ eã ſibi quoq; cõmunẽ interpretati ſunt. Ingens præterea gaudium, quaſi noua ſalutis luce oborta, dum per ſingulas urbes proponũtur regiæ literæ, Iudæos omnes quotquot uel oppida uel agros habitarent occupauit: ita ut multi aliarũ gentiũ, metu eorũ circũcidentes uerenda, ſecuritatẽ ſibi hoc pacto quæreret: nam ad decimãtertiã diem mẽſis duodecimi, qui Hebræis Adar, Macedonibus Dyſtrus dicitur, perlata regia litera animabãt Iudæos, ut qua die ipſis imminebat exitium, ea in inimicos impunè ſæuirẽt: quo factũ eſt ut procuratores, magiſtratus, ſatrapæ: tyranni, re

ni, reges in pretio Iudæos haberẽt, omnibus mo deſtiã indente metu ex Mardochæo: poſt diuul gatas enim ubiq; regias literas, etiã apud Suſa interfecerunt Iudæi ex inimicis ſuis circiter D. homines: et cùm rex cõiugi indicaret exſorum intra mœnia numerũ: nã incõpertũ eſſe quãtus ſit in alijs ciuitatib⁹: rogaretq; ec quid amplius nellet, potiturã enim cupitus: roganit illa ut permitteret Iudæis ſequẽti quoq; die in reliquias inimicorũ ad eundẽ modũ deſæuire, & decem Amani filios in crucẽ agere: & id quoq; Iudæis cõceſſum eſt, rege nolente Eſtheri in ulla re cõtradicere. At illi rurſum cæteruatim decimaquarta Dyſtri diſcurrẽtes, occiderũt fermè trecẽtos ex aduerſarijs, ne minimũ quidẽ attingendo ex eorũ facultatibus: per alia uerò oppida eodẽ Iudæorũ incurſu perierũt LXXV. millia eorũ qui pro inimicis ſunt habiti: quæ cædes decimatertia die patrata eſt, ſequẽtẽ uerò feſtis attribuerũt epulis: apud Suſa quoq; quartamdecimã ſequẽtis mẽſis per feſtos cœtus celebrauerunt: unde hodie quoq; per totũ orbẽ Iudæis hi dies feſti ſunt, & partes de cõuiuijs ſibi mittunt inuicẽ. Scripſitq; Mardochæus oĩbus ſub Artaxerxis dominio degẽtib⁹ Iudæis, ut uniuerſi hos dies feſtos agerẽt, & poſteritati quoq; traderẽt, ut ſempiternũ id feſtũ ad perpetuã rei memoriã maneat. Æquũ nãq; eſſe, ut eũ p eos dies dolio Amanis in ſalutis diſcrimẽ adducti

ſint, tam ſuæ liberationis, quàm de inimicis uindictæ memoriæ celebrent, & pro tanto beneficio Deo agant gratias. Quamobrẽ ea feſta per eos dies obſeruant, Phrurea uocantes, quaſi conſeruatoria. Caterùm Mardocheus illuſtri loco apud regem fuit, uir prepotens, regi adminiſtrationis, reginæ uerò etiam uitæ ſocius: quorum opera Iudæorum res floruerunt ſuprà quàm uel ſperare poterant. Atq; hæc ferè ſunt quæ ſub hoc rege genti noſtræ euenere memorabilia.

Bagoſes, penes quẽ Artaxerxis iunioris exercitus fuit imperium, multis iniuriis Iudæos affecit. C. VII.

POſt Eliaſibi autẽ pontificis obitum, ſacerdotium eius Iudas filius iure ſuſcepit hæreditario: & huic quoq; defuncto ſucceſſit Ioannes filius, qui in cauſa fuit, ut Bagoſes Artaxerxis copiarum imperator templum pollueret: idem dux etiã tributa Iudæis impoſuit, ut prius quàm quotidianas hoſtias offerrent, in ſingulos annos ex publico quinquaginta drachmas penderent: idq; ita ob hanc cauſam accidit. Erat Ioanni frater Ieſus, huic quòd amicus eſſet Bagoſes, pontificatũ ſe daturum eſt pollicitus: hac fiducia Ieſus cum liberius cum fratre in templo altercaretur, re uſq; rixam progreſſa, tantam bilem mouit fratri, ut ab eo per iracundiã interficeretur: quæ quidẽ impietas fuit longe maxima, præſertim in homine ſacerdote: & quod grauius eſt, nullum tale impietatis exemplũ exſtat uel apud

Græcos

Græcos uel apud Barbaros. Deus certè hãc iniuriam non diſſimulauit, ſed & populus hac de cauſa libertatẽ amiſit, & templum pollutũ eſt à Perſis. Nam Bagoſes dux cognito quòd pontifex proprium fratrẽ in templo interemiſſet, ſuperueniens Iudæis iratus clamitabat, An ſi eſtis ſceleſti in templo neſtro eadem perpetrare? & cum conatus templum ingredi arceretur: Quid, inquit, an me putatis impuriorẽ quàm cadauer quod iacet in templo? & his dictis ingreſſus eſt, atq; hac occaſione per ſeptenniũ eius cædis pœnas à Iudæis exegit. Mortuo deinde Ioanne, pontificatum accepit filius eius Iaddus: huic quoq; frater fuit Manaſſes nomine, cui Sanaballetes miſſus in Samariam à Dario rege ultimo ſatrapa, Chuthæus genere, unde & Samaritis origo eſt, ſciens inſignem eſſe urbem Hieroſolyma, regesq; eius multa negotia tam Aſſyrijs quàm Syris exhibuiſſe, libenter nuptum dedit filiam Nicaſo, ratus connubium hoc ceu uadem futura cum Iudæorum gente amicitiæ.

Quanta Alexander Macedonum rex in Iudæos beneficia contulerit. CAP. VIII.

PEr idem tempus Philippus Macedonum rex apud Ægeas oppidum à Pauſania Cerastæ filio ex Oreſtarum gente inſidijs interceptus perijt. Eius filius Alexander paternum regnum adeptus traiecto Helleſponto cõgreſſus ad Granicum flumen cum Darij ducibus uicit

egregie : ſubacta deinde Lydia & Ionia, ducto q; per Cariam exercitu inuaſit in Pamphyliam ſicut alibi dictum eſt. Hieroſolymorũ autem ſeniores agreferentes, Iaddi pontificis fratrem, & quodammodo collegã, duxiſſe externi generis fœminam tumultuabãtur, rati gradum factum ad antiquandas patrias leges de connubijs, atq; ita fore ut paulatim miſceantur profanis gentibus: nã & prioris captiuitatis & malorum quæ ſecuta ſunt cauſam fuiſſe, quòd quidam cõtra legem peccãtes duxiſſent uxores non ſui generis: poſtulabant igitur ut Manaſſes aut dimitteret uxorẽ, aut non amplius ad altare accederet. Et cùm põtifex quoq; ab altari eum arceret, profectus Manaſſes ad Sanaballetem ſocerum, ſe quidẽ amare dixit filiam eius Nicaſo, nolle tamen propter eam priuari ſacerdotio, qui honor & gentilitius ſit ipſi, & apud Iudæos ſemper in maxima exiſtimatione fuerit. Ad hæc cum Sanaballetes reſpondiſſet, ſe illi non ſacerdotium tãtum ſeruaturum, ſed & pontificatum paraturum, & totius ſuæ prouinciæ principem eum facturũ, modò filiam ſuam uxorem retineat: ædificaturumq; tẽplum Hieroſolymitano ſimile in monte Garizin, qui imminet Samariæ reliquis mõtibus celſior, idq; pollicereturex conſenſu regis Darij ſe facturũ: elatus tali ſpe Manaſſes manſit apud ſocerũ, putans ſe põtificatum dante rege cõſecuturum, iam enim Sanaballetes

erat

erat ſenior. Cumq; multi ſacerdotes & Iſraëlita intricati eſſent eiuſmodi cõiugijs, nõ leuiter turbabatur Hieroſolymorũ Reſpub. omnes enim hi defecerunt ad Manaſſem, Sanaballete præbente eis & pecuniã, & agros ad colendũ, & domicilia, ac modis omnibus adiutãte ambitionẽ generi. Quo tẽpore Darius audito quòd Alexander traiecisſet Helleſpontũ, & prælio victis ad Granicum ſuis ſatrapis ulterius procederet, contractis tam pedeſtribus q̃ equeſtribus copijs decreuit Macedonibus occurrere, priuſquã totam Aſiam ſibi ſubijceret. Itaq; ultra Euphratem traducto exercitu, & ſuperato Tauro mõte Ciliciæ, ſtatuit in ea prouincia hoſtem excipere prælio. Sanaballetes autẽ lætus deſcenſu Darij, aiebat ſe mox præſtiturum Manaſſi pollicita, quàm primum rex reuerteretur poſt victoriam: perſuaſum enim erat nõ ipſi tantũ, ſed & omnibus Aſiaticis, ne primũ quidem cõgreſſum expectaturos Macedonas, tãto inferiores numero: ſed longe alius fuit euentus q̃ ipſorũ opinio. Rex enim collatis cũ Macedonibus ſignis victus eſt, & magna exercitus parte amiſſa, matre etiam & uxore cum liberis in hoſtium poteſtatẽ redactis, fugit in Perſidem. Alexander uerò in Syriam ueniens cepit Damaſcũ, & occupata Sidone Tyrũ quoq; oppugnabat: ſcriptisq; ad Iudeorũ pontificem literis petebat auxilium, et ut ſorũ rerum uenalium præberet exercitui: & ut VIII.

qua prius Dario conferre ſit ſolitus, nunc det Macedonibus, prælata eorũ amicitia, fore enim ut illum nõ pœniteat: cumq; põtifex nuntijs reſpondiſſet, ſacramento ſe obligatũ Dario, ne arma contra eum ſumeret, idq; ratũ fore q̃ diu ille uixerit: iratus Alexãder Tyri quidẽ oppugnationẽ nõ omiſit, qua breui potiturus uidebatur: minatus eſt tamẽ hac capta mox ſe ducturũ contra pontificẽ, ut omnes diſcant, cui iuſiurandum ſeruari oporteat: quare non parcens labori tandem Tyrum expugnauit, & conſtitutis in ea rebus Gazam profectus, in ea Babemeſem Perſici præſidij præfectum obſedit. Interea Sanaballetes ratus iam adeſſe tempus, à Dario defecit, & aſſumptis octo millibus de ſua prouincia, in Alexandri caſtra ſe contulit: cumq; offendiſſet eum Tyri oppugnationẽ aggredientẽ, & ſuam prouinciam eius fidei cõmiſit, & hunc pro Dario dominũ libenter agnouit: à quo obuijs manibus exceptus, liberè iam quid uellet elocutus, ait ſe generũ habere Manaſſem, Iaddi Iudaorũ pontificis fratrẽ: eum ſequi multos illius gentis homines, et uelle in ſua prouincia tẽplum exſtruere, idq; fore in rem ipſius regis, ſi diuidatur Iudæorũ potentia: ne fortè de cõmuni ſententia rebellantes multũ negotij regibus faceſſant, quemadmodum ſoliti ſunt Aſſyrijs imperantibus. Quod ubi impetratũ eſt, omni ope adnitens tẽplum ædificauit, & Manaſſem eius ſacerdotem

conſti

conſtituit, ampliſſimum hunc honorem filiæ ſuæ poſteris relicturũ ſe exiſtimans. Septẽ autẽ menſibus in Tyri oppugnatione, & Gazæ duobus abſumptis, Sanaballetes fato functus eſt: Alexãder uerò expugnata Gaza Hieroſolyma propere petijt. Iaddus uerò pontifex poſtquam hoc audiuit, ſolicitus hærebat inops cõſilij, nec inueniens quomodo regem deberet excipere, iratum eo quòd antea neglexiſſet imperata eius facere. Ergo indictis populo ſupplicationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem eius cõfugit, illi publicam ſalutem commendans. Proxima deinde poſt ſacrificium nocte, in ſomnis ei Deus apparuit, iubens ut bono eſſet animo, & coronata urbe portas aperiret, utq; populus in albis veſtibus prodiret obuiam, ipſe uerò cũ reliquis ſacerdotibus ſolenni cultu ſui ordinis, ſecuri de Dei prouidentia. Experrectus autem è ſomno latus ciuibus hoc oraculum indicat, & paratis omnibus ut in ſomnis præmonitus fuerat, regis aduentũ præſtolabatur: & cùm renuntiatũ eſſet eum iam nõ procul ab urbe adeſſe, progreſſus eſt cum ſacerdotibus & urbana multitudine pompa quadam noua & uenerabili uſq; ad locum qui dicitur Sapha, quæ nox ſpeculam ſignificat, quòd ibi & urbs & tẽplum in proſpectu ſit. Et cùm Phœnices ac Chaldæi ſperarent ſibi licere quicquid iratus rex poſſet permittere, direptionem urbis, & pontificis exquiſitũ ſupplicium,

plane

planè contrarium euenit. Alexander enim ut uidit è longinquo candidatũ populum, & ſacerdotes ante agmẽ in amictu byſſino, pontificemq; in ſtola hyacinthina auro diſtincta, tiarã in capite geſtantẽ cum præfixa aurea lamina inſculpta Dei nomine, ſolus ad eum accedens nomen illud adorauit, & ſalutauit pontificem. Iudæis autẽ omnibus uno ore Alexandrũ conſalutantibus, & in orbẽ cingẽtibus, Syriæ reges & reliqui obſtupuerũt, uix credẽtes regẽ mentis compotem: ſolus Parmenio propius accedẽs rogauit familiariter, quid ita cum ipſe adoraretur ab omnibus, nũc adoraret Iudæorũ pontificem. At ille nõ hunc ſe adoraſſe reſpõdit, ſed Deo, cuius pontifex eſſet, honorem eum exhibuiſſe; Hunc enim, inquit, uidi & antea hoc ipſo habitu, cum adhuc eſſem in Dio Macedoniæ, qui me deliberantẽ quomodo Aſiam poſſem ſubigere, hortatus eſt forti eſſe animo, & ſine mora exercitum traijcere, nã ſuo ductu potiturũ me Perſarũ imperio. Quapropter quia nunc primũ talem habitũ uidi, agnoſcens hũc & uiſionis memor quæ me ad hanc expeditionẽ impulit, puto me nõ ſine numine in Darium exercitũ ducere, et breui fore victoriæ cõpotem: & ſublato Perſarũ imperio, ceſſura mihi omnia ex ſententia. Hæc locutus ad Parmenionẽ, & comiter cõplexus pontificem, deducẽtibus ſacerdotibus in urbem peruenit: & aſcẽdens in templum immolauit Deo ex

ſacer

ſacerdotu præſcripto, ac pontifici quoq; ſuũ honorem exhibuit. Oſtenſoq; ſibi Danielis libro, in quo Græcũ quendam Perſas debellaturũ ſignificat, hũc ipſum ſe eſſe interpretatus, lætus dimiſit multitudinẽ. Sequẽti uerò die uocatis eis iuſſit ut quicquid uellent peterẽt. Pontifice autem petente ut patrijs legibus uiuere ſibi liceat, utq; ſeptimo quoq; anno cõcederetur eis tributorum immunitas, cõceſſit omnia. Rogãtibus deinde ut eos quoq; Iudæos, qui Babyloniam ac Mediam colerent, ſineret uti inſtitutis proprijs, hic etiam poſtulatis eorũ ſatisfacturum ſe eſſe pollicitus. Et cùm feciſſet eis poteſtatẽ, ſi qui uellet ſaluis ſuis ritibus ſequi eius militiam, multi in eam expeditionẽ dederunt nomina. Atq; his apud Hieroſolyma actis, mouit inde in alias propinquas urbes exercitum: cumq; ab omnibus amicè excipe retur, Samaritæ quorũ tunc caput erat Sicima, ſita ad montẽ Garizin, & habitata à deſertoribus gentis Iudaicæ, uidentes quòd Alexander Iudæos tractaret tam magnificè, decreuerũt ſe quoq; Iudæos profiteri. Sunt enim Samaritæ hoc ingenio, ut & ante diximus, in rebus Iudæorũ afflictis, negant ſe cognatos, ueritatẽ tunc dicendo: cùm uero affulgere eis fortunam uiderint, confeſtim in ſocietatẽ irruunt, attinere ad ſe affirmãdo, & à Ioſepho eiusq; filijs Manaſſe & Ephræmo ſeriem generis ſui deducẽdo. Igitur ſplendido paratu & magnam alacritatem

præ

præ ſe ferentes regi occurrunt penè in Hieroſolymitano agro: collaudatisq; ab Alexandro omnibus, Sicimitæ eum adeunt, aſſumptis ſecum militibus quos Sanaballetes miſerat, rogantes ut inuiſat ipſorum urbem, & illud quoq; templum præſentia ſua honoret: ille pollicitus eſt hoc in reditu ſe facturum. Cumq; poſtularent ut ſeptimi anni tributum ſibi remitteretur, nam ne ſe quidem in eo ſeminare: quæſiuit, qui nam eſſent qui hoc rogarent: illis uerò dicentibus, Hebræos quidem ſe eſſe, ſed Sicimitas uocari à Sidonijs: iterum quæſiuit an Iudæi eſſent: negantibus illis, Equidem, inquit, Iudæis id conceſſi. Reuerſus tamen & re diligentius cognita, faciam quod æquum uidebitur: atq; hoc pacto Sicimitas dimiſit. Sanaballetis autem milites iußit ut ſe in Ægyptum ſequantur, ibi enim ſe agros eis diuiſurum: id quod paulò poſt fecit in Thebaide, iußus ei regioni eſſe præſidio. Poſt obitum autem Alexandri, imperium quidem eius inter ſucceſſores eſt diuiſum: templum uerò in Garizin monte ſitum manſit incolume: & ſi quis apud Hieroſolymitas aut illiciti cibi ſumpti, aut uiolati ſabbati, aut ſimilis criminis reus ageretur, ad Sicimitas confugiebat, calumniam ſe paſſum dictitans. Eodem uerò tempore etiam Iaddus pontifex obierat, Onia filio ſucceſſore: atque in eo ſtatu res Hieroſolymitanæ tunc fuere.

FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DVODECIMVS.

Ptolemæus Lagi dolo occupatis Hierosolymis cum reliqua Iudæa, multos inde in Aegyptum traduxit. CAP. I.

ALEXANDER *Macedonum rex in suã potestatẽ redacto Persarũ imperio, et cõstitutis, ut iam dictũ est, Iudæorũ rebus, uitã finiit. Imperio uerò in multos successores distracto, Antigonus Asiã occupat, Seleucus Babylonẽ cũ uicinis gẽtibus, Lysimachus Hellespontũ, Macedoniã Casander, Ptolemæus Lagi Aegyptũ. Quj dũ seditionibus agitantur, & de imperio cõtendunt, durãte longo bello, & urbes multæ afflictæ sunt, & habitatores earũ plurimi per diuersa præliorũ certamina desiderati sunt: id quod tota Syria tum passa est sub Ptolemæo Lagi, quẽ præter meritũ Soterem appellabant. & Hierosolyma occupauit, dolo tamẽ circumuenta: ingressus enim urbẽ sabbato uelut sacrorũ gratia, Iudæis nec arcẽtibus, quòd nihil hostile suspicarẽtur, & alioquin eũ diem in otio & quiete agentibus, sine difficultate potitus dominio, acerbè eam & inclementer tractauit. Attestatur nobis Agatharchides Cnidius, qui successorum Alexandri res gestas conscripsit, superstitionem nobis exprobrans,*

quòd propter eam libertatem amiſerimus. Sic enim ſcribit: Eſt gens quæ Iudæorũ dicitur, urbem incolens magnã & bene munitam, nomine Hieroſolyma: hanc paſsi ſunt in Ptolemæi poteſtatem peruenire: & dum propter ſuperſtitionem grauantur arma ſumere, grauem dominum receperũt. Et Agatharchides quidẽ de noſtris hominibus hæc prodidit. Cæterùm Ptolemæus multos captiuos ex montano Iudææ tractu & Hieroſolymorũ uicinia, Samariaq; & Garizin monte in Ægyptũ traductos iuſsit ſedes ibi figere: & cùm Hieroſolymitas pertinaciſsimè iuriſiurandi fidẽ ſeruare cõpertum haberet ex reſponſo quod Alexandri legatis poſt Darij cladem dederãt, multa ex eis præſidia diſpoſuit per arces: & cùm eis apud Alexandriam ius ciuitatis pari cũ Macedonibus conditione dediſſet, ſacramẽto omnes deuinxit, ſeruaturos fidem poſteris eius qui tam multa ipſis crediderat. Non pauci præterea reliquorum Iudæorum ſponte in Ægyptum migrauerũt, partim ubertate terræ allecti, partim Ptolemæi erga ſuam gentẽ liberalitate. Seditiones tamen cõtinuæ fuerunt inter eorum poſteros & Samaritas inſtituta patria peruicaciter retinẽtes: pugnabantq; inter ſe iugiter, dum Hieroſolymitani ſuum tẽplum ſacroſanctum eſſe affirmãt, & uictimas à Iudæis non aliò mittendas: Samaritæ contrà in montem Garizin eas mitti debere contendunt.

Ptolem

Ptolemæus Philadelphus Iudæorũ legem in Græcã linguã uertit, & multis eius gẽtis captiuis dimissis, donaria multa deo in tẽplo eius dedicat. C. II.

POst hunc Philadelphus assumpto Aegypti regno, quod per annos undequadraginta tenuit, & legẽ transferri in Græcã linguam curauit, & Hierosolymitas in Aegypto seruientes liberos dimisit, numero centum uiginti millia, idq; ex huiusmodi causa: Demetrius Phalereus regiarũ bibliothecarũ præfectus dabat operã ut si fieri posset omnes totius orbis libros colligeret, coëmens quoquot ubicunq; audisset cognitu dignos, aut cupiditati regis gratos, cuius præcipuũ erat in cõgerendis codicibus studium. Hic rogatus aliquando à rege q̃ multa millia iam cõparasset, ait se iam habere circiter ducẽta millia, sed breui habiturum quingenta millia: præterea compertum sibi certis indicijs multos esse apud Iudæos, qui leges eorũ scriptas cõtineãt, dignos cognitu & bibliotheca regia, esseq; scriptos ipsorũ lingua & literis, et exhibituros negotiũ his, qui uelint eos in Græcũ sermonem uertere. Videri quidẽ quandã cum Syrorum lingua & characterе similitudinẽ, habere tamen multa peculiaria. Nihil igitur uetare, quin & illa ex Hebræo traducta, cùm non desint sumptus, in bibliothecã suã referat. Tum rex collaudato Demetrij circa conquirendos libros studio, scribit Iudæorũ pontifici, ut curet

II.

e e hoc

hoc negotiũ ex ſententia ſua cõfici. Interea quidam Ariſtæus ex intimis regis amicis, & ob modeſtiã admodum carus, cùm iamdudũ animũ haberet rogare eum ut Iudæos in ſuo regno libertati reſtitueret: ratus adeſſe iam optimã occaſionẽ ſupplicandi, primùm cum præfectis ſatellitibus Soſibio Tarentino & Andræa cõſilium hoc cõmunicat, multum obteſtatus ut preces ſuas apud regẽ quantum poſſunt adiuuent: & poſtquã intellexit ipſis quoq; rem cordi eſſe, adito rege ſic eum alloquutus eſt. Quia nõ decet nos rex uerum diſſimulare, ſed ingenuè proloqui: eum hoc agamus ut Iudæorum leges non tranſcribãtur tantũ, uerumetiã uertantur, quóniam honeſto prætextu id facere poſſumus, dum tam multi huius hominũ generis in regno tuo ſeruiunt? Quos certè non alienũ fuerit à tua bonitate ac magnificentia, liberare à preſenti miſeria: quandoquidẽ is qui tuum gubernat imperiũ, earum legũ autor noſcitur, quantũ mihi ſanè de ea re inquirẽti perueſtigari potuit. Cõditorem enim huius uniuerſitatis eundem quẽ illi nos quoq; colimus, Iouem nominãtes, nimirum qui iuuet uitam omnium. Quapropter uel Deũ reueritus, quẽ illi eximio præ ceteris mortalibus cultu uenerantur, redde eis patriã, ut in natali ſolo liceat eis uitã exigere. Nec eſt quod ſuſpiceris rex, me uel genere, uel tribu eis propinquũ, has preces offerre in illorũ gratiã atq;

commodum: sed quũ omnium hominum idem Deus sit opifex, & sciã illi placere beneficentiam, ideo tibi nunc supplico. Ibi rex libenti ac hilari uultu illum aspiciens, & quot tandẽ putas millia, quibus opus sit hoc beneficio? Tum Andreas, qui et ipse aderat, dixit esse circiter centũ uiginti millia. Ad hæc rex, Paruáne igitur tibi Aristæe uidetur hæc quã poscis liberalitas? Sosibio uerò & ceteris præsentibus, dignum esse ipsius magnificentia dicentibus, pro accepto regno hanc Deo reponere gratiã: lætus hoc eorũ consensu iussit, ut quãdo militi stipendium numeraucrint, pro singulis captiuis quæ apud eos sint drachmas centũ uiginti annumerẽt. atq; hoc suũ decretum publico edicto propositurum se est pollicitus, quo tam Aristæi petitio quàm Dei uoluntas fiat cõfirmatior. In eo cõprehendebantur non hi solùm quos pater aut eius exercitus abduxerat, sed illi quoq; qui uel antè uel pòst in seruitutẽ abstracti fuerant: & eũ eam uindictã libertatis dicerẽt, plusquam quadringẽta talenta poscere, ne hæc quidẽ impendere grauatus est. Eius edicti exemplar, quo illustrior fiat regis magnanimitas, libet hoc loco adscribere: Quicũq; ex militia patris nostri Syriã ac Phœnicen incursauerunt, & subacta Iudæa mãcipia inde in regionẽ nostrã ciusq; urbes abducta diuendiderunt: atq; etiã quicunq; uel antè uel pòst diuẽditi sunt, hos omnes libe-

ros uolo fieri: proq; singulis mancipijs centũ niginti drachmas recipere, milites quidẽ unà cũ cætero stipendio. reliquos uerò à mẽsarijs regijs. Censeo enim hos præter patris mei uoluntatẽ, et præter omnẽ æquitatẽ in captiuitatẽ abductos militum licentia, qui uastata Iudæa sui cõmodi causa in Ægyptũ abstraxerũt hanc multitudinẽ. Quapropter iustitiæ respectu, & cõmiseratione eorũ qui à potẽtioribus per uim opprimuntur, iubeo Iudæos omnes qui seruituẽ seruiunt dimitti liberos, iam dicta summa heris eorũ pro libertate reddita, & absq; dolo malo huic nostro mãdato satisfieri. Volo autẽ hoc edictum proponi per triduũ ex quo allatũ fuerit, & interim heros profiteri huiusmodi mãcipiorum numerũ: id enim & mihijpsi profuturum existimo. Eum uerò qui parêre noluerit, cuiuis deferre liceat, mulctandũ facultatibus quæ fisco nostro debẽt cedere. Hoc edictũ cũ primũ oblatum esset regi, nec tamẽ disertè cautũ esset illis quoq;, qui uel antè, uel pòst capti fuerãt, liberaliter & illis indultũ est eadẽ regis beneficentia: iussitq; ut ex collectis iam tributis distribueretur pecunia in militẽ, & in mensarios regios. Quo facto, intra septẽ dies peractũ est quicquid rex iusserat, impensis in redemptionẽ quadringentis sexaginta talentis: quia domini exigebant & pro infantibus illas centũ niginti drachmas, quasi regis edictum etiã hos cõplecteretur.

vetur, ubi adscriptũ erat pro singulis mãcipiorũ capitibus eam summã numerandã. Hæc ubi ex sententia regis magnificè sunt peracta, iussit Demetriũ euulgare decretũ de transferendis Iudæorum codicibus: nihil enim temerè fiebat à regibus, sed omnia diligẽter præmeditata; quapropter & suggestionis exẽplar & epistolarũ in cõmentarios relatũ est, & multitudo mussorũ donariorũ, & quod à quoq; factũ est, ut primo aspectu pateat ex ipsis operibus tam autorum quàm artificum præstantia. Suggestionis sanè exẽplar fuit tale. Regi magno Demetrius. Quia mãdasti rex ut quod deest tuæ bibliothecæ suppleamus, & libros qui hactenus nostrã inquisitionem effugerunt perquiramus, nihil mihi ad summã circa hoc negotiũ diligentiã reliquum faciens, scire te uelim inter eos quos adhuc desideramus esse Iudæorũ legis codices. Hebraicis enim characteribus & uernacula ipsorum lingua scripti eũ sint, intelligi à nobis nõ possunt: sunt etiã negligentius quàm par est habiti, eo ꝙ nondum eis regia prouidẽtia cõtigit: necesse est autẽ ut & hos habeas diligenter accuratos. Sapientiorẽ enim & sinceriorẽ legislationẽ continent, utpote diuinitus proditã. Et hæc est causa, ut Hecataeus Abderita refert, cur nullus uel poëta uel historicus mentionẽ eius legis faciat, aut uirorum qui iuxta eius præscriptũ res suas administrauerũt: quòd sacrosancta sit, & pro-

ſeno ore tractari non debeat. Itaq; ſi idē tibi ui debitur rex, ſcribes Iudæorū pontifici, ut mittat ſenos ex ſingulis tribubus ſeniores, legū earum peritiſſimos, ex quorū interpretatione apertum ac conſonū ſenſum corū librorum accipientes, dignum aliquid tuo deſiderio colligamus. Ad hanc igitur ſuggeſtionem iuſſit rex ſuos ut ad Eleazarū Iudæorum pontificē de hac re ſcriberent, ſimulq; per eaſdē literas certiorē facerēt de Iudæis per Ægyptū priſtinæ libertati redditis: præterea ad faciēdos crateres & phialas ac libatoria, miſit auri talenta quinquaginta, & gēmarum copioſam multitudinē: iuſſitq; eu ſtodes arcarum in quibus gēmæ ſeruabantur, liberā artificibus electionē permittere: mādauit etiā pecuniæ pro ſacrificijs & reliquis tēpli uſibus cētum talēta erogari. Dicā autem & opera & eorum ornatum, ubi primum expoſuero exēplar epiſtolæ ſcriptæ ad Eleazarū pontificē, qui hoc ſacerdotij faſtigiū hoc modo cōſecutus eſt. Onia pontifice defuncto filius ei Simon ſucceſſit, Iuſtus cognominatus, quòd & Deū pie coleret, & eius ſummā potiretur beneuolentia. Quo mortuo, ſuperſtite unico filio paruulo, frater eius Eleazarus, de quo nunc eſt mentio, pōtificatū aſſumpſit, cui Ptolemæus hoc modo ſcripſit. Rex Ptolemæus Eleazaro pontifici ſalutē. Multis Iudæis in regno meo degentibus, quos Perſæ dum rerū potirentur captiuos eò pertraxerant,

xerant,

xerãt, pater meus eos in precio habuit, aliorum opera in militia usus amplis stipendijs conductorũ, alijs etiã castellorum custodia per Aegyptũ assignata, ut esset terrori indigenis. Ego uerò postquã principatum adeptus sum, cùm in cateros benignitate sum usus, tum maximè in tuos ciues: quorum supra centũ millia in libertatẽ uindicaui, restitutis de meo pretijs eorũ possessoribus: ex his per etatẽ idoneos allegi in militiam, nõnullos quorũ fides id mereri uidebatur, inter aulicos meos accẽsui, ratus nullum gratius me Deo posse offerre donarium, pro ea prouidentia qua me dignatus est rebus præficere. Ergo ut & his & reliquis per totum orbem Iudæis gratum faciã, uisum est mihi legem uestram in Græcam linguã uertere, et ita uersam in bibliothecã meam reponere. Bene igitur facies, si idoneorum delectu per tribus habito, ex unaquaq; sex uiros bonos iam seniores ad nos miseris, qui per etatẽ legũ periti, possint præstare bonos interpretes. Spero enim si hoc ex sententia successerit, maximã gloriam nos inde acquisituros. Mitto autẽ qui tecũ de hac re agãt, Andream præfectum satellitum, & Aristæũ, mihi charissimos: per quos etiã primitias donariorum tẽpli & uictimarũ misimus, talẽta argẽti centũ. Rescribes autẽ quicquid uolueris, facturus nobis rem gratissimam. Hac epistola accepta, Eleazarus rescripsit quàm potuit

honorificentißimè. Pontifex Eleazarus regi
Ptolemæo s. Si uales cum regina Aſinoë cõ-
munibuſq; liberis, noſtra quoq; res ſe habent
optimè: Acceptis tuis literis gauiſi ſumus plu
rimũ ob egregiã tuã uoluntatẽ: aduocataq; cõ-
cione eas legimus, teſtes pietatis qua colis Deũ
maximũ: oſtẽdimus etiã phialas quas miſiſti an
reas uiginti, argẽteas triginta, et crateras quin-
que, & mẽſam dedicandã, centumq; illa talẽta
que in uictimas & alios tẽpli uſus attulerunt
Andreas & Ariſtæus amici tui chariſſimi,
uiri boni ac docti, tuaq; amicitia digniſſimi.
Quare ſcito nos tibi gratificaturos, etiã ſi quid
præter ingeniũ noſtrũ facere oporteat: prouocati
enim beneficijs, in cives noſtros collatis, non de-
bemus ſegnes eſſe ad referẽdã gratiã. Quãobrẽ
cõtinuò pro te, ſororeq; tua, & liberis, & ami-
eis hoſtias obtulimus, & populus nota fecit pro
felici rerũ tuarum ſucceſſu, & pro pacato regni
tui ſtatu: utq; hac legis uerſio tã felix tibi ſit, q̃
cupis maximè. Delegimus etiã ſenos per trib⁹
presbyteros, quos ad te cũ lege miſimus: tuæ au-
tẽ pietatis erit ac iuſtitiæ, ut trãſcripta lege ad
nos eã tuto remittas una cũ eius deportatori-
bus. Bene uale. Hæc ſunt quæ reſcripſit põtifex.
Supernacaneũ autẽ uiſum eſt apponere LXX.
ſeniorũ nomina, qui cũ lege ab Eleazaro miſſi
ſunt, licet adſcripta fuerint in epiſtola: dona-
riorũ tamen, quæ rex Deo miſit, ornatũ & ma-

gniſi

gnificẽtiã, ſilẽtio prætereire nõ poſſum, ut omnibus nota fiat eius regis erga Deũ pietas ac liberalitas: abũdè enim ſumptus ſuppeditãs, et præſentia ſua exſtimulans artifices, opera eorũ aſſiduè uiſendo, nullã eis ſegnitiæ aut negligẽtiæ relinquebat occaſionẽ: quæ nũc recẽſebo ſingula, nõ q̃ hiſtoriæ cõtextus hoc admodũ poſtulet, ſed q̃ digna ſit quæ prædicetur regis liberalitas: primumq́; mẽſam conabor deſcribere. Cupiens enim lõgè maiorẽ facere mãdauit explorari eiꝰ quæ cũ Hieroſolymis erat magnitudinẽ, quãta eſſet, & an maior poſſet fieri: & comperta eius mẽſura, quodq́; maior etiã eſſe poſſet: ait ſe eius uel quincuplã magnitudinẽ redditurũ, ni uereretur, ne per hoc ad quotidiana miniſteria minus poſthac eſſet utilis. Cupere enim ſe ea donaria nõ ſolũ ad oſtentationẽ, ſed ad uſum etiam eſſe accõmoda: itaq; uolẽs declarare ſe non auri penuria uel parſimõia parẽ priori facere: quod nõ erat integrũ addere magnitudini, id cõpẽſauit uarietate ornatus & operis pulchritudine. eũ enim eſſet ingenioſus in cõtẽplandis rerũ naturis, et in excogitãdis nouis et inuſitatis opibꝰ, q̃ ſua ſapiẽtia præſcribebat artificibꝰ exigẽs ne quid à præſcriptis formulis diſcederẽt: ac primũ cõſtituto menſæ modo in lõgitudinẽ cubitorum duorũ & ſemis, in latitudinẽ unius, altitudine ſeſquicubitali, totũ opus ex auro facientes, loricã ei palmũ latam circũdederunt: cuius cyma

uersatiles sculpturã habebant resticulatã indistincta imitatione per tria latera: cũ enim essẽt triangula, per singulos angulos eadẽ erãt figurationes, ut cõuersa nõ alia sed eadẽ specie oculis occurrerẽt. Loricæ uerò pars interior ad mẽsam uergens egregias sculpturas habebat: sed exterior eius facies longè pulchriores, uidelicet q̃ hæ totæ essent cõspicuæ. quin & cymæ illæ facile & cito uertebãtur, & quẽuis è tribus angulis pari mensura oculis subijciebãt. resticulis autẽ illis sculptilibus inserta erãt gẽmæ pretiosæ paribus interualis distãtes, fibulis aureis per foramina cõprehẽsæ: exterior autẽ loricæ facies gẽmis pulchris ouali specie distinguebatur, intercurrẽte densa sculptura uirgarũ quæ per circuitũ mensæ uoluebãtur: huic subiecta erat corona per circuitũ, omne genus fructuũ repræsentans, depẽdentibus racemis, & spicis emergẽtibus, & malis punicis interseruis: quæ omnia eõsthabãt è lapillis etiã colorẽ natiuũ fructuũ referentibus, & auro circũ totã mensam reuinctis. Sub hac corona rursum alia series ouorũ priori similis cũ uirgatis pereq̃ sculpturis uisebatur: ut ex uraq; parte spectaretur eadẽ operũ uarietas ac elegantia, etiã in lorica & cymarũ ordine: ac ne inuersis quidẽ mẽsæ lateribus ulla sentiretur diuersitas, sed idẽ artificium usq; imos pedes pertẽderet: subdita enim lamina aurea quatuor digitos lata per transuersam

mensæ

mensæ latitudinẽ, in eam pedes eius inseruerũt, quos fibulis ac clausuris astrinxerunt mensæ iuxta loricã, ut his insistẽs quaqua uerteretur, eandẽ speciẽ ostenderet. In mensæ autẽ sculptus erat Mæãder, magni precij gẽmis per mediũ tãquã stellis uariegatus, carbũculo & smaragdo suauissimè radiantibus, alijsq; generibus quæ ubiq; grata sunt propter pretiũ. Præter Mæãdrũ uerò resticulati quidã nexus circũquaq; discurrebãt, rombo circa medium similes, in quo crystallus & sucinũ per interstitia paria cõiunctim cũ magna gratia spectabãtur: pedum autẽ capitella liliorũ similitudinẽ referebant, solijs sub mensa se reflectentibus, cùm germen alioquin rectũ uideretur: basis autẽ facta erat è carbunculo palmum lata crepidinis speciẽ, quà uero pedes innitebantur, octo digitorũ latitudinẽ: erantq; sculpti singuli pedes opere subtilissimo, hederis & palmitibus mixtà cum racemis per eos discurrẽtibus, indiscreta uerorũ similitudine: tanta enim erat artis subtilitas, ut per flatũ uento agitata, natura nõ artis opus uiderentur: constabatq; totũ opus trimembri cõpositione, sed tanto artificio, ut cõmissura nec oculis nec cogitatione deprehendi possent: crassitudo autẽ mensæ erat semicubitalis. Tanta fuit in hoc dono regis magnificentia, opulentia materiæ, artis pulchritudo ac uarietas ad naturæ imitationẽ expressa: quandoquidẽ hoc erat eius

ſtudium, ut ſi nõ magnitudine hæc priorẽ illam mẽſam ſuperaret, certè nouitate cõmenti, & ornamentorũ ſplẽdore magis eſſet cõſpiciẽda. Cratera aũt aurea fuerũt duo, ſquamata, à baſi uſq; præcinctura, ſpiras habẽtes uarijs gẽmis diſtinctas: deinde Maandrum cubitali altitudine ex omnigenis gẽmis cõpoſitũ: & ſuper eum uirgatam ſculpturã, & deinceps uſq; labrũ plexile quiddã reti ſimile, crebra romborũ ſpecie interueniente: addebãt gratiã, inſerta gẽmea ſeuula, quatuor digitorũ amplitudine. Labrũ uerò crateris in orbẽ ornatũ erat liliis et floribus, atq; implexis inter ſe palmitibus uuas ferentibus: & ornatus quidẽ utriuſq; erat hic, amplitudo uerò qua amphorã caperet. Argentea uerò quæuis ſpecula ſplendore uincebãt, certius etiã reddentes inſpectãtium effigies. His addidit rex triginta phialas, in quibus quicquid ſpatij gẽmis erat uacuum, frondibus edere & pãpinis ſculptilibus adumbrabatur. atq; hæc omnia nõ ſolum artificum ingenijs ornabãtur uſq; ad miraculũ, ſed quadam etiã regis circa hæc ambitione diligẽtius accurabantur: qui nõ ſatis putãs q ſine parſimonia ſumptus præberet, relictis etiã ſerijs negotijs ſæpe adibat officinas & inuiſebat artificũ opera, id quod magis etiã accendebat eorum diligentiã: uidentes enim q cordi ſit ei hoc negotium, maiore attentione uerſabantur in opere. Atq; hæc ſunt donaria

maria ab hoc rege ad Hieroſolymitanum templũ trãſmiſſa. Quibus cõſecratis põtifex Eleazarus, & honorificè tractatis qui attulerãt, nõ ſine muneribus ad regẽ eos remiſit. Hi poſtquã Alexandriã ſunt reuerſi, rex cognito eorũ ſimul & ſeptuaginta ſeniorũ aduẽtu, confeſtim legatos Andreã & Ariſtaũ acciuit: ab eisq; & epiſtolã põtificis recepit, & multa præterea ſciſcitãdo didicit. Et cũ uehemẽter cuperet congredi cũ ſeptuagĩta ſenioribus q Hieroſolymis ad interpretandã legẽ uenerãt, quicũq; priuatorũ negotiorũ cauſa expetebãt eius colloquiũ, præter morẽ ſuũ dimitti iußit. hos enim quinto quoq; die ſolebat admittere, ſicut legatos ſemel in menſe: tum uerò illis dimiſſis ab Eleazaro miſſos expectabat. Vt uerò ſenes illi uenerunt cum muneribus à põtifice miſſis, & cũ mẽbranis quæ legẽ aureis literis inſcriptã cõtinebant, primũ de libris eos rogauit. ut uerò ex inuoluceris deprõptos obtulerunt, multũ diuq; miratus mẽbranæ ſubtilitatẽ, & cõmiſſuras quæ ita latebant, ut uiſu diſcerni nõ poſſent, gratias ſe illis habere dixit q uenerint, & maiores etiã ei qui miſerit, ſed lõge maximas Deo, cuius leges attulerint. Cumq; ſeniores eorũq; comites uno ore omnia fauſta regi acclamaſſent, præ nimia lætitia lacrymas nõ cõtinuit, quæ quidẽ mœroris inſignia etiã magnum gaudium conſequi natura noluit: iußitq; libros accipere quorum hoc erat

erat officium, tum demũ uiros ſalutauit, præfatus æquũ fuiſſe ut prius de ea re ꝓpter quã acciti fuerãt percũctatus, deinde illos quoq; cõpellaret. Diem quidẽ aduẽtus eorũ tam gratũ ſibi confeſſus eſt, ut quoad uiueret, per ſingulos annos redeuntẽ eius memoriã colere ſe uelle promitteret: forte enim eadẽ erat qua Antigonũ nauali prælio uicerat: uoluitq; ut conuiua ſibi eſſent, & diuerſoria mãdauit eis aſſignari ſub ipſa arce pulcherrima. Nicanor autẽ qui excipiendis hoſpitibus præerat, Dorotheũ eos curare ſolitũ iuſſit parare cuiq; ad uictum pertinentia. Sic enim rex diſpoſuerat, ut ex eis ciuitatibus quæ in ratione uictus aliquid peculiare habent uenientibus, more ipſorũ omnia pararẽtur, ut tractati more cõſueto ſuauius uiuerẽt, et nulla in hoc nouitate offenderentur: quod honoris his quoq; exhibitũ eſt, Dorotheo hac cura cõmiſſa, quòd is callebat morẽ quo ſolerẽt uiuere: quãobrẽ omnia per ſe adminiſtrauit quæ ad illos accipiendos facerẽt. Ac primũ duos accubitus ſtrauit, rege ita iubente, qui nolebat dimidiam eorũ partẽ ad dextrã ſuã diſcumbere, reliquã nerò poſt ipſum ordine, nihil omittẽs ad honorẽ eorum pertinẽs. Poſtquã autẽ diſcubitum eſt, iũſſit Dorotheum illis miniſtrare, ſicut ſolet hoſpitibus ad ſe à Iudæa uenientibus: quapropter præconibus & ſacrificulis, alijſq; id genus quorũ eſt à ſuis precatiũculis auſpicari cõuiuium

diuinum, locus hic nõ fuit: ſed unũ ex cõuiuarũ numero ſacerdotẽ Eliſæum nomine precatione mẽſam cõſecrare ipſe rex iuſſit: qui ſtãs in medio precatus eſt omnia fauſta regi ſimul atq; ſubditis: applauſumq; & acclamatũ eſt ab omnibus libẽti ac hilari animo: quo facto fruebantur appoſitis. Cumq; rex ſilniſſet quantum ſatis uiſum eſt, cœpit philoſophari, proponens ſingulis quæſtionẽ aliquã de natura ſubtili diſquiſitione dignã. Illis uerò diſertè ad quidlibet reſpõdentibus, delectatus eorũ cõſuetudine per duodecim dies inſtauratit cõuiuiũ. Si quis autem cupit cognoſcere quæſtiones agitatas in eo conuiuio, legat Ariſtæi librum quẽ hoc argumento cõſcripſit. Quos ſermones cũ nõ ſolũ rex admiratus eſſet, ſed Menedemus etiã philoſophus faſeretur omnia gubernare prouidentiã, eoq; facilius tueri hanc ſentẽtiam, finis eſt huic quæſtioni impoſitus. Rex uerò iam tum ſe uberem ex eorũ aduẽtu fructũ percepiſſe faſſus eſt, per quos didiciſſet quomodo regnũ adminiſtrare oporteat: iuſſitq; datis prius in ſingulos ternis talentis, deduci eos in diuerſorium. Quarto deĩde die Demetrius aſſumptis eis trãſiuit aggerẽ illũ ſeptẽ ſtadiorũ, & pontẽ qui inſulã cõtinẽti adiungit, & progreſſus ad ſeptẽtrionale littus, aſſignauit eis ibi domũ remotã à ſtrepitu, & contẽplationi rerũ idoneã: rogauitq; ut quãdoquidem ad otium iam ita inſtructi ſint, ut

nihil

nihil deſideret amplius, ordiantur interpretationẽ feliciter. Illi uerò nõ parcẽtes labori q̃ poterãt accuratiſſimè interpretabantur, uſq; horã nonã aſſidentes operi: reliquum deinde tẽporis curãdo corpori dabãt, præter aliã copiã etiã de regi paratis cibis partes afferẽte Dorotheo, ita ut mãdatum ei fuerat: mane autẽ regiã ingreſſi, ſalutato rege in eundẽ locũ ad inſtitutũ negotium ſe referebãt: quod marinis aquis abluti manibus prius mũdati aggrediebãtur. Verſione aũt legis intra ſeptuaginta duos dies abſoluta, Demetrius aduocatis omnibus Iudais in locum ubi uerſa fuerat, præſentibus etiã interpretibus, perlegit codicẽ. Cõcio uerò & ſeniorũ interpretationem approbauit, & Demetrium ipſum collaudauit, cuius ſuggeſtionis occaſione maxima bona percepiſſent: rogauerunt q̃; ut etiã optimatib⁹ eorũ copia legẽdi fieret. Deinde & ſacerdos & ſeniores interpretũ & magiſtratus populi poſtulauerunt, quãdoquidẽ feliciter abſoluta eſſet hæc interpretatio, ut rata permaneat, nihil q̃; ex ea mutari liceat. qua ſententia cũ omnibus placuiſſet, iuſſerunt ut prius ſi quis aliquid deprehenderet uel ſupereſſe legi uel deeſſe, diligẽtius inſpectũ & indicatũ corrigeret, quãdo cõſultũ eſſet ut res ſemel approbata rata eſſet in perpetuum. Quamobrem rex multum gauiſus eſt, uidens hãc quoq; ſuã uoluntatẽ in publicum ceſſiſſe cõmodum: ſed ma-

iorum

iorem etiam percepit uoluptatem dum sibi lex legeretur, non sine admiratione legislatoris sapiẽtia: cœpitq; de ea re cõferre cum Demetrio, rogãs quî factum sit ut tam admirandarũ legũ nec historicus ullus nec poëta mentionẽ fecerit. Tum Demetrius respõdit, neminẽ ausum eam attingere, quã cõstaret diuinã esse, & omni uenerationedignissimã: & punitos esse quosdã à cælesti numine, qui illã temerè attrectare non sint ueriti. Theopompũ enim nolentẽ inde quædam suis scriptis inserere, mente motum fuisse diebus xxx. & per internalla insaniæ precibus Deum placasse, facile cõijcientẽ qua morbi causa fuerit: atq; etiã in somnis admonitũ, hæc ideo pati, q̃p fuisset circa res diuinas curiosior, easq; uoluisset proferre profanis hominibus: quare cum à cœpto destitisset, sanam mentẽ ei fuisse redditã. Theodectæ etiã poëtæ, cũ in quædam tragœdia uellet aliquid è sacris libris admiscere, oculos glaucomate suffusos caligasse: et cùm erratum agnouisset, exorato Deo redditã aciẽ. Acceptos deinde à Demetrio libros rex eum adorasset, asseruari iussit diligẽter, ut incorrupti manerẽt. roganitq; interpretes ut crebrò è Iudæa uenientes ipsum inuiserẽt, id enim eis nõ minus cõmodum fore quã honorificum. Nunc enim æquum esse ut remittãtur: sed si ulterò ad eum uenerint, cõsecuturos quicquid uel ipsorum sapiẽtia dignum sit, uel regia munificentia

centia. Tum quoq; remiſi ſunt donati ternis ueſtibus optimis, & binis auri talentis, ſingulisq; unius talẽti calicibus, & toris diſcubitoriis: praterea põtifici per eoſdẽ miſit decẽ lectos cum argẽteis pedibus cum cõpetẽti apparatu, & calicẽ talẽtorũ triginta: ad hæc decẽ ueſtes purpureas, & coronã inſignẽ, & telas byſſinas centum, praterea phialas & trullas & libatoria, & cateras dinis Deo dicãdas: roganitq; eum per literas, ut ſi quis ex his uiris uellet ad ipſum uenire, permitteret, quandoquidem plurimi faceret cũ doctis conſuetudinẽ, & diuitias libẽter in eiuſmodi inſumeret. Atq; hæc ſunt in Iudæorum honorẽ à Philadelpho exhibita.

Honor à regibus Aſiæ Iudæorum genti habitus, & quòd in ciuitatibus à ſe conditis ius ciuium ei concellerint. CAP. IIII.

SEd & ab Aſia regibus honorati ſunt, propter nauatã in militia bonã ac fidelẽ operam. Nã Seleucus cognomẽto Nicanor in cõditis à ſe per Aſiam & inferiorẽ Syriã urbibus, in ipſa deniq; metropoli Antiochia, ius ciuitatis eis dedit, noluitq; pari ibi cum Macedonibus ac Græcis conditione degere, quo iure nunc quoq; ninum inter eos homines. Argumento eſt quia Iudæis externo oleo nolentibus uti, certa pecunia pro eo à Gymnaſiarchis penditur: quẽ morem cùm Antiochenſis populus proximo bello abrogare uellet, non permiſit

Mutia

Mutianus, qui tum Syriæ prouinciæ præerat. Deinde imperante Vespasiano, & Tito eius filio, Alexãdrini & Antiochẽses rogãtes adimi Iudæis ius ciuitũ, impetrare id nõ potuerũt, manifesto Romanorũ æquitatis & magnanimitatis indicio, sed præcipuè ipsorũ principum: qui cùm eo bello multos labores pertulissent, & infensi essent pertinaciter rebellãtibus, nihil tamen de iure ipsorũ diminuũ noluerũt: idq; nec ira propria, nec duobus maximis populis cõtra eos licere passi sunt: maiorẽ rationẽ habẽtes ueterũ gẽtis meritorũ, q̃ præsentis offensionis, aut gratiæ quã hoc facto apud hos populos inire poterant: dicẽtes, eos qui cõtra rem Romanã arma tulerãt, iam satis supplicioru exsoluisse: eos uerò qui nihil peccassent, non esse æquũ spoliari suis priuilegijs & iuribus. Marcũ quoq; Agrippã similiter affectũ erga Iudæos fuisse proditur. Iouibus enim cõtra hos seditiosè cõmotis, & rogantibus Agrippã, ut ciuitatis quã eis dederat Antiochus Seleuci nepos, quẽ Græci Dẽũ cognominant, soli essent participes: & postulantibus ut siquidẽ eiusdẽ generis haberi uelint Iudæi, eosdẽ quoq; deos colerẽt: cùm res ad iudicũ cognitionẽ deuenisset, uicerunt causam Iudæi, obtinuerũtq; ut sibi liceret suis moribus uiuere, patrocinio Nicolai Damasceni adiuti. Agrippa enim pronuntiauit, nihil sibi licere innouare circa hoc negotium: quæ si quis uoluit

exactius cognoscere, legat historiarum Nicolai libros tertiū & quartū supra cēteſimū uigeſimum. Sed Agrippæ sentētiā mirari nō debemus, neq; enim tum gens nostra cum Romanis bellū gesserat: Vespasiani uerò & Titi magnanimitatē meritò quis miretur, qui post tāta belli certamina nihil immoderatè in nos statuerūt. Nunc unde digressus sum reuertar. Antiocho Magno in Asia regnāte in cōtinua uexatione tam Iudæa fuit q̄ Cœle Syria: q̄ eo bellū gerente cū Philopatore Ptolemæo, huiusq; filio qui Epiphanes cognominatus est, siue uinceret, siue uinceretur, male mulctarētur, nō aliter q̄ nauis fluctibus utrinq; oppugnata, inter prosperā & aduersam Antiochi fortunā iactata. Tandem victor Antiochus Iudæam suæ ditioni adiecit. Defuncto uerò Philopatore, filius eius magnū exercitū duce Scopa misit in Cœlesyriā, qui & multas eius urbes & nostrā gentē ui in potestatem eius retraxit. Aliquāto autē pòst Antiochus ad fontes Iordanis cū Scopa prælio congressus fit superior: cumq; recepisset occupatas à Scopa urbes Cœlesyriæ simul & Samariæ, Iudæi quoq; ultrò deditionē fecerūt: receptūq; intra mœnia eius exercitū & elephātos liberaliter aluerūt, & oppugnātibus præsidiū in arce à Scopa relictū impigrè auxiliū tulerūt. Quamobrem Antiochus æquū duces aliquā Iudæis pro studio suarū partiū referre gratiam, scripsit

ad a

ad amicos ſuos & duces literas, teſtes beneficiorũ quæ in ipſum cõtulerãt, in quibus etiam ſignificabat quomodo remunerari eos decreuerit: earũ exẽplar ſubiiciã, citato prius Polybij Megalopolitæ teſtimonio, ex libro hiſtoriarum eius XVI. Scopas, inquit, copiarũ Ptolemæi dux ad mediterranea uerſo impetu per hyemem Iudeorũ gẽtẽ ſubegit. ac paulo poſt in eodẽ libro, narrat quomodo uicto Scopa Antiochus Batanæã, Samariam, Gadara, & Abila recepit, moxq; Iudæi qui Hieroſolyma & celebre eius templũ incolũt, ad eũ defecerũt: de quo cũ multa eſſent dicẽda, ait ſe id in aliud tẽpus differre: & hæc quidẽ Polybius. Nos autẽ narrationem cõtinuabimus, inſerta hic prius Antiochi epiſtola. Rex Antiochus Ptolemæo s. Quoniam Iudæi mox ut regionẽ eorũ ſumus ingreſſi ſtudiũ erga nos ſuũ declarauerũt, & in urbẽ ſuã uenientes ſplendide exceperũt ſenatu obuiã progreſſo, exercituq; noſtro & elephantis copioſe victũ præbuerũt, & cũ eo ſimul præſidiũ Ægyptiorũ in arce expugnauerũt: uiſum eſt nobis gratiã aliquã eis reponere, & urbẽ eorũ reſouere uarijs calamitatibus affectã, & in priſtinam frequentiã reſtituere, reuocatis in eã qui nunc diſperſi ſunt habitatoribus. ac primũ decreuimus pietatis ergò præberi eis in pretiũ pecudum macładarũ, uini, olei, thuris, argenteorũ uiginti millia, & ad ſimilã ſecundum prouin-

sidem legẽ tritici medimnos mille quadrigentos sexaginta, & salis medimnos trecentos septuagintaquinq;: uoloq; ut hæc eis præbeantur ita ut mãdaui: & quod decst tẽplo absoluatur, sine porticus, sive quid aliud ædificare opus fuerit. Lignorum autẽ materies cõportetur tam ex ipsa Iudæa q̃ ex alijs gẽtibus et ex Libano, immunis à uectigalibus: quæ immunitas & alijs rebus eõceditur ad apparatum atq; ornatum tẽpli pertinẽtibus. Permittit etiã eis ut omnes uiuant iuxta leges patrias: & remittitur senatoribus, sacerdotibus, scribis tẽpli atq; cãtoribus tributum quod pẽditur pro capite, & aurũ coronariũ, & si quod est tributum aliud. Et ut eò citius urbs frequẽtetur habitatoribus, eõcedo omnibus qui nunc eam habitãt, qui ue ante hyperberetæum mẽsem eò se habitatum cõtulerint, immunitatẽ omnium tributorum usq; in triennium: remittimusq; eis in posterũ tertiam partẽ tributorũ, in præteritorũ damnorũ cõpensationem. Et quotquot ex urbe abrepti seruiũt, & ipsos & natos eorum uolumus esse liberos, ac bona quoq; eis restitui iubemus. Vale. Nec contemnus hanc epistolam scripsisse, edictũ etiã in honorẽ tẽpli per totum suum regnum proposuit tale: Nemini alienigenæ liceat intra septa templi ingredi contra uoluntatem Iudæorum, sed solis hoc facere fas sit, qui iuxta præscriptum legis patriæ purificati prius fuerint.

Nemo

Nemo etiam in urbẽ carnes equinas aut mulinas inferat, nec aſini ſiue feri ſiue domeſtici, nec panthera aut uulpis aut leporis, aut cuiuſuis omnino ex his animalibus, quæ Iudæis uetitũ eſt attingere: ac neq; pelles eorũ inferre liceat, aut aliquid ex his in urbe alere: ſed tantum ſolitas more maiorũ mactare uictimas, quibus Deus licari ſibi uult: qui uerò aliquid cõtra edictũ hoc fecerit, eriũ milliũ drachmarũ argenti mulctam luat ſacerdotibus. Idem rex amplũ pietatis ac fidei nobis præbuit teſtimoniũ, quo tẽpore quoſdam per Phrygiam ac Lydiam nouis rebus ſtudere cõperit. Zeuxidẽ enim amicũ præcipuum, in ſuperioribus ſatrapijs ductantẽ exercitũ, inſſit quoſdã è noſtratibus apud Babylonẽ degentibus in Phrygiam mittere, ſcribens in hũc modum. Rex Antiochus Zeuxidi patri ſalutẽ. Si uales bene eſt, ego quoq; ualeo. Quia quoſdam in Phrygia & Lydia res nouas moliri audio, uidetur hoc negotium curam meam depoſcere. Quapropter conſultis de hac re amicis, placuit mihi, ex his Iudæis qui Babyloniam ac Meſopotamiam incolũt duo millia familiarium cum ſua ſupellectili eò traducere, & locis opportunis per præſidia diſponere. Perſuaſum enim habeo illos fore noſtrarum rerum cuſtodes benenolos: tum quia cæleſte numen piè colunt, tum quia fides eorũ & promptum obſequium etiam maiorum noſtrorum comprobatur teſtimonijs.

Volo igitur ut eos, licet difficile uideatur, traduceas, pollicitus libertatẽ uiuẽdi propriis legibus: perductis deinde ad iam dicta loca, tũ ad ædificandas domos assignabis areas, tũ agros ad colendũ aruis & uinetis idoneos: immunitatemq; dabis in decẽnium, ne quid pẽdere coganur ex annuis terræ prouentibus: & donec ipsorũ agri fruges protulerint, demensum frumentum accipiant in seruorũ alimoniã: ac reliqua quoq; tribuatur quantũ satis est, ut benignè à nobis habiti alacriores sint in nostris negotijs. Cura autem ne quis molestus sit ei populo. Vale. Atq; hactenus de Antiochi magni erga Iudæos benevolentia dixisse sufficiat. Post hæc amicitia Ptolemæo eõiunctus est & fœdere, data in matrimoniũ Cleopatra filia & eõcessa dotis nomine Cœlesyria, unà cũ Phœnice, Iudææq; & Samaria: diuisisq; inter utrũq; regẽ uectigalibus, optimates suæ quisq; patriæ exactionẽ eorũ redimebant, & collecta quæ imperata esset pecunia, cõferebant eam in regium ærarium. Per ea tempora Samarita rebus secundis elati sæpe Iudæos infestabãt agros nastando, & abducẽdo in captiuitatẽ homines, maximè sub Onia põtifice. Post obitum enim Eleazari Manasses eius patruus pontificatũ assumpsit, quo defuncto Onias successit in sacerdotiũ Simonis Iusti filius, quem

XIII. *Simonem Eleazari fratrẽ fuisse diximus. Is Onias pusillanimis erat, & auarus, quæ causa fuit*

fuit ut tributũ, quod pro populo maiores eius de suo solebant regi pẽdere, talenta argenti uiginti non soluendo, ad iram commouerit Ptolemæum Euergetem patrẽ Philopatoris. Qui misso Hierosolyma legato incusabat Oniam q̃ tributum non redderet: minabaturq́; ni faceret, regionem eius militibus suis se diuisurũ, & nouas colonias eò deducturũ: quod audientes Iudæi perterriti sunt, licet Onias perfricta fronte hæc contemneret, nihil curans præter pecuniam.

Iosephus Tobiæ filius imminentem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo regi factus. C. IIII.

IOsephus antẽ quidam ætate iuuenis, sed honestate, prudẽtia, iustitia inter Hierosolymitas celebris, Tobia patre natus è sorore Onia pontificis, cũ indicio matris cognouisset de aduentu legati, fortè enim in Phichola natali nico aberat, ueniens in urbẽ inuectus est in Oniam, qui non curaret securitatẽ publicam, sed modò pecunijs parcat, conijceret in periculũ populum, à quo & Reip. administrationẽ & pontificalem honorẽ acceperat. Quòd si tanto amore pecuniæ teneretur, ut propter eam sustineat & patriam & ciues in discrimen adduci, iret saltem ad regem, & precibus obtineret ab eo uel totam, uel partem aliquã eius pecuniæ. Onia uerò dicente neq; principatũ se morari, & pontificatũ etiam modò liceat libenter se depositurũ: neq; iturum ad regem, quum nihil curet hoc negotium: ro-

gauit Ioſephus num ipſi permitteret legationem publicam ſuſcipere. Quo annuente aſcendit in templum, & aduocata cõcione, hortatus eſt eos ne terrearentur Onia ſui auunculi negligẽtia, ſed miſſa mœſtitia meliorẽ ſecuritatis ſpem concipiant. Seipſum enim iturum legatũ ad regem, & tanſam eorũ bona fide acturum, perſuaſurumq; ei quòd iraſcatur immerito. Quibus auditis plebs gratias egit iuueni. Ipſe uerò egreſſus ex tẽplo legatũ regium excepit hoſpitio, & donatum pretioſis muneribus, lanteq; per aliquot dies acceptum, præmiſit ad regẽ, dicens ſe quoq; mox ſecuturũ. Iam enim magis etiam quàm antè accenſus erat ad eam profectionẽ, quia legatus hortatus fuerat ut in Aegyptum ueniret, operamq; ſuam obtulerat: effecturum enim ſe, ut quicquid opus haberet, à rege impetraret facile. Vehementer enim captus eſt liberalibus honeſtiſſimi iuuenis moribus. Cæterùm reuerſus in Aegyptum, denarrauit regi Onia ingratitudinem, multũ interim prædicata Ioſephi bonitate: quem breui uenturũ aiebat, & patrocinaturum populo, cuius cunctã propter pontificis ſegnitiem ſuſceperit. Tantis denique iuuenem aſſiduè ornabat laudibus, ut & rex & regina Cleopatra erga abſentẽ adhuc affecti eſſent optimè. At Ioſephus miſſis in Samariam qui ab amicis pecuniam mutuo ſumerent, ſatis iam inſtructus ad profectionem iumentis, ueſtibus & poculis, impenſis

penſis in hac uiginti drachmarũ millibus, peruenit Alexandriã. Forteſortuna ita accidit, ut illo ipſo tẽpore ad regẽ uenirent omnes Syriæ ac Phœnices urbiũ principes ad emẽda nectigalia, quæ ſingulis annis rex uẽdebat oppidanorũ potentioribus. Hi nidẽtes Ioſephũ in itinere, deridebãt eius tenuitatẽ & inopiam: qui cùm apud Alexãdriam audiſſet, Memphi Ptolemæũ eſſe, profectus eſt illi obuiam. Sedente autem rege in curru unà cũ regina & Athenione amico (is erat qui legatus Hieroſolymis hoſpitio Ioſephi uſus fuerat) cõſpicatus eum Athenio mox regi notũ reddidit, dicens hunc eſſe illũ iuuenẽ, cuius bonitatẽ ac liberalitatẽ Hieroſolymis reuerſus tantopere prædicauerat. Tum Ptolemæus & prior eum ſaluauit, & currũ inſſit cõſcendere: quo facto Oniam accuſare cœpit. At Ioſephus, Danda eſt, inquit, ſenectuti uenia. Scis enim & ſenes & pueri eundẽ habere animũ. Nos autem iuuenes officio noſtro non deerimus, ut nihil de nobis merito poſſis cõqueri. Ex hoc primo colloquio rex deguſtata iuuenis ciuilitate, adeò cœpit eum amare, ut iuberet eũ diuerſari in regia, & quotidie ſuæ mẽſæ adhiberet: quod eum primates Syrorũ uiderent apud Alexãdriam, indignè ferebant. Cumq; dies auctionis ueniſſet qua addicenda erant nectigalia, licitabantur ea nobiles ſuæ quiſq; patriæ: et cùm octo millia talentorum colligerẽtur è nectigalibus Cœleſyriæ,

Phœnicesq; & Iudæa ac Samaria, accedẽs Ioſephus culpabat illos licitatores, tanquã de compoſito tam paruũ regi pretium promitterent. Se enim paratũ duplũ numerare, relictis regi damnatorũ confiſcationibus, quæ prius publicanis ſolebãt accedere. Rege uerò libẽter hæc audiente, et ut amplificatori redituum ſuorũ addicturum ſe promittẽte, rogante tamẽ ecquos fideiuſſores haberet, feſtiuè reſpõdit, daturũ ſe homines probos & honeſtos, quibus non grauaretur credere. Quos ut pferret poſtulatus: Te, inquit, rex dabo, tuamq; coniugẽ, ut alter alteri pro me fideiubeat. Tum rex arridẽs permiſit eum abſq; fideiuſſione habere uectigalia: id quod ualde moleſtum fuit his qui poſthabiti fuerant, nõ ſine pudore in patriam reuertẽtibus. Ioſephus autem acceptis à rege duobus militum millibus, quos ideo petierat ut poſſet cõtumaces in urbibus ui cogere, & mutuatus Alexãdriæ ab amicis regis quingẽta talẽta, profectus eſt in Syriam. Et cum uenisſet Aſcalonẽ, tributumq; à ciuibus exigeret, & non ſolũ nihil acciperet, ſed cõuitijs etiam appeteretur: cõprehenſos circiter uiginti eorũ primates affecit ſupplicio: & redactis ex eorũ facultatibus mille talentis, regi eam pecuniam trãſmiſit, indicans quidnam egerit. Ptolemæus autẽ meratus eius prudentiam, & approbato quod egerat, permiſit ei quicquid uellet facere. Hoc audito Syri, exẽplo receẽti caſtigata in

Aſca-

Aſcalonitis inobedientiæ territi, patẽtibus portis Ioſephũ excipientes tributa ſoluebãt. Cumq; etiã Scythopolitæ per cõtumaciam detrectarent imperata more ſolito tributa depẽdere, horum quoq; neeatis primatibus, facultates damnatorum ad regẽ miſit: cõperatisq; multis pecunijs & multa lucratus ex redẽptione neſtigalium, his opibus ad conſtabiliendam præſentẽ potentiam uſus eſt, prudẽter exiſtimans optimum eſſe iam partam felicitatẽ tueri ex ipſius reditibus: multa nanq; munera regi atq; regina in manũ mittebat, multa etiam horũ amicis & omnibus in aula potẽtibus, benenolẽtiam eorũ hoc pacto ſibi concilians. Vſus eſt antẽ ea proſperitate per annos XXII, ex una uxore procreatis ſeptẽ filijs, ſuſcepto etiã uno ex fratris Solymij filia, nomine Hyrcano: quã hac occaſione duxit coniugem. Cùm aliquãdo ueniſſet Alexãdriam cum fratre, ducẽte ſecũ filiam nubilẽ, ut eam ibi alicui nobili Iudæo nuptũ traderet: cœnans cũ rege, ingreſſam in cõuiuium formoſam ſaltatriculam adamauit, ſoliq; fratri hoc indicauit, rogãs ut quandoquidẽ lege uetaretur habere rem cum fœmina alienigena, ſubſeruiret ei ut eam ea potiri poſſet. Frater uerò libenter operã ſuam pollicitus, ornatã filiam ſuam noctu ad eum adduxit, & in lectũ eius collocauit: atq; ita parum ſobrius, per errorem cum fratris filia congreſſus eſt: & cùm hoc ſæpius feciſſet, magis etiam in

amo

amorẽ accensus, conqueſtus eſt apud fratrẽ quòd periculum eſſet ne nõ poſſet exuere amorẽ ſaltatricula, quam fortè rex nollet ei cedere. Tum Solymius ait non eſſe opus ut hac de re ſit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atq; etiã uxorẽ eam ducere: faſſus q̃ maluerit filia fieri iniuriam, q̃ fratrẽ tale dedecus in ſe admittere. Ioſephus collaudata tam fraterna beneuolentia, uxorẽ duxit eius filiam: ex eaq; genuit quẽ diximus Hyrcanũ filium. Is cùm annos natus tredecim adoleſcens adhuc generoſam & prudentem præ ſe ferret indolem, fratrũ in ſe cõcitauit odia, quòd eos in omnibus uideretur antecellere. Ioſephus enim uolens cognoſcere quiſnã ex his ad uirtutẽ eſſet idoneus maximè, unumquemq; miſit ad eos qui tum profeſſione diſciplinarum erant celebres: illi uerò propter ſegnitiem & laborum impatiẽtiam indocti domũ reuerſi ſunt. Deinde minimũ natu Hyrcanũ cum trecentis iugis boum miſit itinere ſeptẽ dierum in ſolitudinem, ut illic ſementẽ faceret: ſed prius ſubtractis clàm loris quibus arator boues ad iugũ ſolet aſtringere. Quò poſtquàm peruentũ eſt, cùm non haberet lora, cõtempto bubulcorũ conſilio, ſuadentium aliquẽ ad patrẽ mittere qui adferret: nolensq; interim expectando eorũ reditum tempus perdere, cõmentus eſt quiddã ueterano duce magis dignũ, q̃ id ætatis homine. Mactatis enim decẽ iugis carnes quidem in operarios

diſtr

distribuit: sectis autẽ tergoribus, & loris inde factis, iuga hoc modo bubus aptauit: & hoc modo aratã terra quã pater proscindi iusserat, sementeq; facta, domũ rediit. Pater autẽ reuersum exosculatus ob prudẽtiam & acumen ingenij, & q excogitata auderet aggredi, ut solũ germanũ filium, magis etiam postilac amauit, indignè ferentibus reliquis fratribus. Interea uenit quidam nuntians q regi Ptolemaeo natus sit filius: uersiq; omnes Syriae magnates cum subditis ad lætitiam, natalẽ pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatũ sunt profecti magno apparatu. Iosepho ob ætatẽ iam grauitẽ domi manere coacto: pertẽtauit tamen filiorũ animos, num quis ex his uellet eam profectionẽ suscipere: & recusantibus cæteris, quòd se negarẽt scire mores aulicos, quomodo uersandũ sit cum regibus, suadentibusq; ut Hyrcanũ fratrem mitteret: libenter hoc audito, statim eum aduocat: rogatq; ecquid liberet, aut idoneum se putaret, qui ad regẽ salutatũ accederet. Qui cùm prompte eam profectionẽ suscipere, & modica pecunia sibi opus fore diceret: uelle enim se frugaliter uiuere, ut decẽ drachmarũ millia sufficiant, admodũ lætatus est filij prudentia. Deinde puer cum aliquandiu siluisset, suasit patri, ne domo quicquam munerũ regi mitteret: sed ut ad procuratorẽ suum Alexãdrinum scriberet, ut pecuniam ipsi præberet ad emendum regi id quod

inueniret pulcherrimum & pretioſiſſimum. Ille uerò ratus decem fortaſſe talenta impẽſurum in munera, & comprobato filij conſilio, ſcripſit procuratori Arioni, qui omnẽ ipſius pecuniam tractabat Alexãdriæ, talentorum circiter tria millia. Ioſephus enim pecunias in Syria collectas ſolebat eò mittere, & quoties præſtitutum tempus ueniret tributa regi adnumerandi, Arionem hoc iubebat facere. Ad hũc igitur acceptis à patre literis, Alexandriã proficiſcitur: moxq; fratres ad omnes regios amicos ſcripſerunt, ut eum aliquo modo perderẽt. Vt uerò exacto itinere Arioni epiſtolã reddidit, rogatus quótnã talẽta uellet accipere: putabat enim decem petiturũ aut nõ multo amplius: ut reſpõdit mille ſibi opus eſſe, iratus procurator obiurgauit eum acriter, q̃ uellet eã per luxũ perdere: monebatq; ut ſequeretur exemplũ patris, qui eã pecuniam laboribus & temperãtia parauerat. Se enim nõ plus quàm decẽ præbiturum, & ea non in alium uſum q̃ ut mercaretur regi munera. Ibi puer iratus Arionẽ coniecit in uincula. Procuratoris autem uxore regina hoc renũtiante, & rogante ut puerum compeſceret: gratioſus enim apud Cleopatram Arion fuerat: ex regina hoc rex didicit: ac mox per quendã miſſum ad Hyrcanũ mirari ſe nũtiat, cur ad ſe à patre miſſus, non modò in cõſpectum non uenerit, ſed procuratorem etiam patris ſui uinxerit: iubebatq; ut

uenì

neniret, ac cauſam eius facti diceret. Ille contrà regi nuntiari iubet, legẽ eſſe Iudæis ne quis guſtaret de ſacrificio, priuſquam adito tẽplo mactaſſet uictimas: eaq; ratione nec ipſum hactenus regẽ ſalutaſſe, expectantẽ dona quæ offerret regi de parente ſuo bene merito. Seruũ autẽ iure ſe puniſſe, qui mãdata eius contẽneret. Nihil enim differre inter maiorẽ & minorẽ dominũ. Niſi enim tales deut pœnas meritas, expectãdũ mox ipſi regi ut cõtemnatur à ſubditis. His auditis rex riſit, miratus tam magnũ in puero animum. Arion autẽ poſtquã hoc cognouit, nihil ſperans à rege præſidij, datis adoleſcenti mille talentis liberauit ſe à uinculis. Elapſis deinde tribus diebus, ſalutaturus reges acceſſit: à quibus libenti animo exceptus, & menſæ cõmuni eſt adhibitus, in parẽtis ſui gratiã: moxq; clàm aditis negotiatoribus, emit ab eis centũ pueros formoſiſſimos, & literarũ peritiſſimos, talento ſingulos, & totidẽ puellas eodẽ precio: tum uo catus ad cõuiuium regiũ cum principibus, infimo loco iuſſus eſt accũbere, propter ætatẽ poſthabitus ab his quorum hoc erat officium: reliquis autẽ conuiuis oſſa partiũ abſumpta carne ante Hyrcanum cõgerentibus, Typhon quidã quo plurimũ in cõuiuijs rex delectabatur propter ſcõmata & facetias hominis, rogatus à cõuiuis ad regem ſe uertit: & Viden, inquit, domine, quãtum oſſium ante Hyrcanum iaceat.

Hinc igitur collige quòd & pater eius totam Syriã ita ſpoliat, quemadmodũ hic oſſa nudauit carnibus. Rege uerò ad hoc dictũ arridente, & rogãte Hyrcanũ, unde illa oßiũ cõgeries: Nihil mirũ, inquit, domine: canũ enim eſt oſſa unà eũ carnibus abſumere, ſicut iſti faciunt: uultu cõmonſtrans reliquos, ante quos nihil erat oßium. Homines autẽ comeſis carnibus ſolent abijcere oſſa, quod & ego homo cum ſim, nunc facio. Ibi rex miratus urbanitatem, iußit omnes cõuiuas huic dicto plaudere, Sequenti uerò die aditis regis amicis & aulicis potẽtioribus, ipſos quidem ſalutauit: ex famulis autẽ eorũ expiſcatus eſt, quidnã oblaturi eſſent regi in feſto natalitio. Illis referentibus hunc daturũ talenta duodecim, alĩ rurſum aliud pro ſuis quemq; opibus: ſimulauit ſe dolere, q̃ nõ haberet unde tãtundem largiri ualeat, nec ultra talenta quinq; numero: idq; mox famuli renuntiauere dominis. Illis autẽ gaudẽtibus, quaſi offenſurus eſſet regẽ Ioſephus propter exilitatem muneris, ubi dies ſtatutus aduenit, alij quidẽ & hi munificentiſſimi obtulerunt talenta non plus quã uiginti. Hyrcanus autẽ emptos à ſe centũ pueros, totidemq; puellas adduxit, iuſſos ſingulos talẽtum offerre, hos quidẽ regi, has uerò Cleopatræ. Omnibus uero admirantibus tam profuſam & inſperatã munificentiã, atq; ipſis etiã regibus, amicos quoq; regis & miniſtros multorũ talẽtorum

eorum donis honorauit, ne quid ſibi ab illis naſceretur periculi: ad hos enim fratres ſcripſerāt, ut quocūq; modo Hyrcanū tolleret. Rex autem delectatus iuuenis munificētia, iuſſit eū donū quodcūq; uellet petere. At ille nihil aliud petijt, quā ut ſe rex patri ac fratribus cōmendaret per literas. Itaq; honorificētiſſimè tractatū, & donatū regiè, ſcriptis quoq; ad patrē, & fratres, & omnes ſuos duces atq; procuratores cōmēdaticijs literis, dimiſit liberaliter. Fratres autem cū cognouiſſent tantū honoris ei habitū à regibus, & honoratiorē multo reuerti quā fuerit antea, decreuerūt obuiā proficiſci, & de medio illū tollere, ne patre quidē inſcio. Iratus enim ob profuſam in munera tā immenſam pecuniā, nō erat de ſalute ei⁹ ſollicitus: cātamē irā metu regis diſſimulare coactus eſt. Sed fratrib. adortis eū in itinere, fortiter cōgreſſus, & alios non paucos ex eorū comitatu occidit, et duos quoq; fratres inter exteros: reliqui uerò fugā euaſerūt ad patrē Hieroſolyma. Veniens autē ad urbem cū exciperetur à nemine, territus ſeceſſit trans Iordanē fluuiū, et illic uitā egit tributa colligēs à barbaris: quo tēpore in Aſia regnū obtinebat Seleucus cognomine Soter, magni Antiochi filius. Obijt deinde Hyrcani pater Ioſephus, uir bonus & magnanimus, qui Iudeis pauperibus tum & inopibus ſplendidioris uitæ occaſionē præbuit, per duos et uiginti annos præpoſi

poſitus exigendis Syriæ ac Phœnices & Samaria tectigalibus: & eodem ferè tempore patruus quoq; eius Onias, relicto ſucceſſore honoris Simone filio. Deinde uita perfuncto Onias filius ſucceſsit, ad quem Lacedæmoniorum rex Arius legationem miſit cum literis, quarum hoc exemplar exſtat.

V.

Amicitia & ſocietas Lacedæmoniorum cum Onia Iudæorum pontifice. CAP. V.

REx Lacedæmoniorũ Arius Onie ſalutẽ. Incidimus in quandã ſcripturam antiquã, in qua inuenimus cognationẽ interceſsiſſe inter noſtras origines, & noſtrũ quoq; genus non eſſe alienũ à poſteris Abrahæ. Æquũ igitur eſt, ut quũ fratres noſtri ſitis, petatis à nobis quæcunq; libuerit. Idẽ nos quoq; faciemus, & res neſtras tanquã noſtras exiſtimabimus, noſtras itẽ uobiſcũ cõmunes habituri. Demoteles eſt qui has uobis reddit literas, in pagina quadrangula ſcriptas, & obſignatas aquilæ ſigillo, draconem tenentis unguibus. Et epiſtola quidẽ hæc continebat. Ioſepho autẽ mortuo, populus ſeditionibus agitatus eſt propter eius filios, dum maiores fratres Hyrcano bellũ inferũt mali minimo: pleriq; enim fauebãt ſenioribus, & in his Simõ pontifex propter cognationem. Hyrcanus autẽ Hieroſolyma quidem noluit repetere, ſed ultra Iordanem habitans aſſiduum bellum gerebat cũ Arabibus, multos eorũ inter

terficiēs, alios in captiuitatē abstrahēs. Aedificauit etiā castrū munitissimū, è marmore candido exstructis usq; tectum eius parietibus, habentibus insculptas diuersorū animaliū effigies enormi magnitudine: idq; ædificiū fossa profunda, & aquis plena circumdedit, & opposuit montis prominentem petrā perforans, spelunceas in ea fecit multorū stadiorum longitudine: aulas etiam in eo castro fecit aptas conuiuijs, diætasq; alias & cubicula: salientiū etiam aquarū eò tantam induxit copiam, ut loco uoluptatem simul & ornamentū adderent. Speluncarū uerò ora non amplius aperuit q̄ ut unū caperent: idq; de industria factū est securitatis ac tutelæ gratia, si quando fortè oppugnaretur à fratribus. Aedificauit etiā atria magnæ amplitudinis, eaq; hortis spatiosis ornauit, & locū hoc pacto instructū & absolutū uocauit Tyrū, qui est in finibus Arabiæ & Iudææ trans Iordanē sita, non procul regione Essebonitide: præfuitq; illi tractui per septennium, toto tēpore quo Seleucus regnauit in Syria: post cuius obitū Antiochus eius frater in regnū successit, qui cognominatus est Epiphanes. Moritur etiam Ptolemæus et ipse eodem cognomento Epiphanes dictus, superstitibus duobus filijs impuberibus: quorū grandiori Philometor cognomen indicum, minori uero Physcon. Hyrcanus autē nidens præpotentem Antiochum, & ueritus

ne in potestatem eius redactus pœnas daret eorũ quæ cõtra Arabas ausus fuerat, ipse sibi manus intulit: possessionem uerò eius uniuersam occupauit Antiochus.

Iudæi seditionibus agitati Antiochi opem inuocant. CAP. VI.

VI. IS defuncto per idem tempus Onia pontifice, fratri eius Iesu id sacerdotium contulit, & filius superstes etiã tum esset parvulus, de quo suo loco dicetur. Hic Iesus priuatus est eo sacerdotio per regis indignationem, moxq; in Oniã fratrum minimũ pontificatus translatus est. Simoni enim hi tres fuerunt filij, ad quos omnes pontificatus peruenit, ut indicauimus. Cæterùm Iesus Iasonẽ se uocari maluit, sicut alter frater pro Onia Menelaus dictus est. Cõcitata autem per fratrem cõtra nouum pontificem Menelaũ seditione, & populo in partes scisso, Tobiæ filij steterunt à Menelai partibus: maior autẽ populi pars factionẽ Iasonis sequebatur: quorum uim non sustinentes Menelaus & Tobiæ filij secesserũt ad Antiochũ, dicẽtes se uelle relictis patrijs institutis, ac legib' religionẽ regis et Græcanicos ritus assumere: rogauerunt q; eũ ut sibi permitteret gymnasiũ Hierosolymis exstruere: quo impetrato, adduxerũt sibi præputia, ut nudi quoq; non essent Græcis dissimiles: & conceptis omnibus patrijs ritibus imitabantur mores exterarum gentiũ. Antiochus autem domi usus

1. Mac. 1.

usus fortuna prospera, expeditionẽ Aegyptiã tẽtare statuit captus eius regionis cupidine, & contempta Ptolemaei filiorũ ætate, rebus administrãdis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Pelusium, astu circumuento Philometore Aegyptum occupat, & redacta prius in potestatem Memphi, locisq; circumuicinis, ad Alexandriã duxit, & urbem & regẽ subiugaturus. Sed omnes eius conatus unica Romanorum denuntiatione repressi sunt, ita ut iam occupata relinqueret, sicut & alias diximus. Nunc prolixius narrabimus de hoc regẽ quomodo Iudaeã ac templum occupauerit, quod in prioribus commentarijs breuiter tantũ perstrinximus, ut necesse sit idem alibi repetere.

Quemadmodum Antiochus ducto Hierosolyma exercitu, occuparoq; eius urbis dominio, templum etiam spoliauerit. CAP. VII.

REuersus ab Aegypto quãmetu Romanorũ reliquerat rex Antiochus ad Hierosolymitarum urbem mouit exercitum: & ingressus eã centesimo quadragesimo tertio anno ex quo primum ad Seleuci familiam Syria regnum deuenerat, sine ullo negotio dominus eius factus est, admissus apertis portis per suae factionis homines: quam dominationem crudeliter exercuit, necatis permultis qui diuersarũ erant partium: direptisq; pecunijs & asportatis Antiochiã. Ea clades accidit anno secũdo

poſt urbem captam, regni eius familia centeſimo quadrageſimoquinto, nigeſimaquinta eius menſis qui Chaſleus noſtris dicitur, Macedonibus Apellaus, Olympiade centeſima quinquageſima tertia, quando ne his quidē eſt parcitū, qui quaſi pacate uenienti portas aperuerant, quo maiore licentia graſſatū eſt in templi diuitias: quæ cùm eſſent maximi precij, uiſæ ſunt ſæuis amplum uiolati fœderis præmium. Spoliato igitur templo, & ablatis naſis ſacri miniſterij, & inter cætera cādelabris aureis, altari aureo, menſaq; propoſitionis quam uocant, ac ne auleis quidē relictis quæ è cocco ac byſſo conſtabant, euacuatis etiā theſauris reconditis, ita ut nihil omnino relinqueret, cōiecit Iudæos in luctum maximū: nam et quotidiana ſacra iuxta legis præſcriptū uetuit eos facere: direptaq; tota urbe, habitatores partim necauit, partim captiuos unà cum liberis & uxoribus abduxit, uſq; ad decem milliū numerum. Incendit etiam ædificiorum eius quicquid erat pulcherrimum, & demolitus mœnia, in inferiore urbe arcem condidit, erat enim editiore loco ſita, ipſi tēplo imminens: quapropter bene prius firmata mœnibus ac turribus Macedonicū præſidiū impoſuit: admixti tamē erāt ex impijs Iudæis ſceleſtiſſimi, à quibus plurimum uexata fuit ciuitas. In templo quoq; ara poſita porcos mactauit, ſacrificiū à Iudæorū religione alieniſſimū: & co-

gebat

gebat omnes abrogato ueri Dei cultu, ipſius ne neræi numina: & oppidatim exſtructis templis atq; altaribus, porcinas in eis quotidie ingulare victimas. Cõminatus eſt etiã grauem pœnã, ſi quis liberos circũcideret, cõſtitutis qui mãdata exigerẽt, atq; etiã ui ad ea ſeruãda detrectãtes cogerent. Et maxima quidẽ Iudæorum pars uel ſponte uel metu ſupplicij parebat edictis regijs: qui uerò probatiores erãt, & generoſæ indolis, maiorẽ rationẽ habuerunt moris patrij, quã pœne intentatæ ſibi per aduerſarios: quamobrem quotidie necabãtur excruciati tormẽtis crudeliſſimis. Flagris enim cæſi & lacerati corpora, nisi adhuc & ſpirantes ſuffigebãtur crucibus. Vxores autẽ eorũ & circumciſos liberos ſtrãgulabãt iuxta mandatũ regiũ, & ſuſpendebant à crucifixorũ parẽtum ceruicibus: abolebatur etiã ubicunq; repertũ eſſet ſacrum uolumẽ aliquod, & ipſi apud quos inuentũ eſſet mali male peribant. Samaritæ autẽ uidẽtes in tali calamitate cõſtitutos Iudæos, nõ amplius profitebãtur ſe cognatos eorũ, neq; Gariziticũ templum eſſe Dei maximi, nihil abſonũ facientes à ſuo ingenio, de quo antè diximus: ſed dicẽtes ſe Medorũ & Perſarũ colonos, ut re uera ſunt, miſerunt legationẽ ad Antiochũ, cũ epiſtola ſcripta in hunc modũ: Regi Antiocho deo illuſtri ſuggeſtio à Sidonijs in Sicimis habitantibus. Maiores noſtri cõpulſi crebris ſua regionis pe-

ſtilentijs, & inducti ueteri quadã ſuperſtitione, morẽ fecerunt obſeruandi eam feſtiuitatẽ quæ apud Iudæos uocatur ſabbatũ: & exſtructo in Garizino mõte tẽplo innominati numinis, immolauerunt in eo ſolennes uictimas. Nunc autẽ ex quo tibi uiſum eſt in Iudæos, ut eorũ malitia dignũ eſt, animaduertere, qui exſequuntur mãdata regia, exiſtimãtes nos hæc propter eorum cognationẽ facere, uolunt nos in cõmunem cum illis cauſam inuoluere, cũ ſimus ab origine Sidonij, quẽadmodũ extat relatũ in noſtris annalibus. Rogamus igitur te ſeruatorẽ ac beneficũ, ut mãdes Apollonio noſtro præſidi, & Nicanori procuratori regio, ne quid poſthac nobis moleſti ſint quaſi hærentibus in eodẽ cũ Iudæis crimine, à quibus tam diuerſi ſumus moribus q̃ origine: utq; templum quod hactenus nullius Dei titulũ habuit, poſthac uocetur Iouis Græcanici, hoc enim pacto erimus à moleſtijs liberi: & ſecurius intendẽtes priuatis negotijs, maiora tibi potcrimus tributa ſolucre. Poſt hanc Samaritarũ ſupplicationẽ rex & ipſam & talem epiſtolã remiſit. Rex Antiochus Nicanori. Sidonij qui ſunt apud Sicima miſerũt ad nos ſuggeſtionem, quam his literis adiunximus. Quoniam igitur nobis & amicorum conſilio ſatis approbauerunt qui in hoc miſſi ſunt, q̃ alieni ſint à Iudæorum criminibus, & placet illis iuxta Græcorum inſtituta uiuere, abſoluimus eos

quæ

quantum ad hanc causam & eorum templum attinet, quod posthac appelletur Iouis Graecanici. Eadem autem & Apollonio magistratui scripsimus, anno quadragesimosexto, mẽsis Hecatombaeonis undecima.

Antiocho uerãte Iudaeos uti patrijs legibus, solus Assamonaei filius Matthias regem contempsit, profligatis etiam eius ducibus. CAP. VIII.

EOdẽ tẽpore habitabat in Modim uico Iudaeae quidã Matthias nomine, filius Ioannis, qui fuit Simeonis ex Assamonaeo geniti, sacerdos ex uice Ioadribi, Hierosolymita genere: eraniq; ei filij quinque, Ioãnes qui & Gaddis cognominabatur, Simon qui et Matthes, Iudas qui & Maccabaeus, Eleazarus qui & Auran, Ionathas qui & Aphus uocabatur. Is Matthias sepenumero questus est apud filios de tam afflicto rerũ statu, direptione urbis, depraedatione templi, ceterisq; calamitatibus: aiebatq; praestare mori eos pro patrijs legibus, quã sic inglorie uiuere. Cumq; uenissent in eũ uicum in hoc à rege constituti, ut Iudaeos ad mandata eius cogerẽt: et postularẽt ut Matthias ceteris autoritate potior, ad exẽplũ aliorũ primus prosana sacra faceret, ostẽtantes à rege praemia: negauit se hoc facturũ, etiã si omnes gẽtes Antiochi imperata facerent: ac ne liberis quidẽ ipsius persuaderi ut patriam religionem deserant. Vt uerò silente eo Iudaeus quidam in medium 1. Mac. 2.

prog

progreſſus cœpit immolare iuxta mãdatum regium nõ amplius ferẽs indignitatẽ rei, irruit in eum cũ ſuis filijs armatus gladijs: nec ſolùm eũ trucidauit, ſed etiã Apellem regiũ ducẽ cum ſuis militibus, qui nolebãt plebẽ eam cogere: diruta q; ara exclamauit: Si cui eſt cordi religionis incolumitas, me ſequatur. Et cũ dicto comitantibus filijs in deſertũ ſe contulit, relictis in uico facultatibus. Id imitata plebs reliqua, & ipſi cũ familijs in idem deſertum profugerunt, ibiq; uiclitabant in ſpecubus. Quo audito duces regij, præſidio Hieroſolymitanæ arcis aſſumpto, Iudæos in deſertũ perſecuti ſunt: quos aſſecuti, primũ uerbis perſuadere conati ſunt, ut ab incepto deſiſterẽt, & admittẽtes rectius conſilium, nõ imponerẽt ſibi neceſſitatẽ ſæuiendi hoſtiliter: & cùm nihil proficerent apud obſtinatos, aggreſſi ſunt eos die ſabbati, & ita ut erãt in ſpeluncis exuſſerũt, nõ repugnãtes, ac ne aditus quidẽ ſpelũcarũ obturãtes. Etenim propter religionẽ diei repugnare nolebãt, ac ne in aduerſitatibus quidem uiolare honorem ſabbati, quando lex iubet feriari ab omni opere. Itaq; perierũt cũ uxoribus & liberis ſuffocati in ſpeluncis circiter mille: multi etiã elapſi adiũxerũt ſe Matthiæ, eumq; principẽ ſibi elegerũt. At ille docuit eos, pugnãdum etiã ſabbatis, aut ſi ita pergant ipſos ſibi futuros exitio, hoſtibus eã occaſionẽ obſernãtibus, & non niſi ſabbato illos

illos aggrediẽtibus: atq; ita fore ut uel ſine certamine omnes facile opprimãtur. Hec locutus perſuaſit eis, & in hodiernũ uſq; mos hic permanet, ut ſi ita neceſſitas poſtulet, pugnẽt etiã ſabbatis. Collecta igitur circa ſe nõ cõtemnenda manu, & altaria diruit, et prolapſos in impietatẽ quot quot adipiſci potuit trucidauit: confluebant enim ad eũ quos ante metus per circũuicinas gẽtes ſparſerat: pueros etiã iußit circũcidere q hactenus uetiti fuerãt, expulſis qui ad hoc ut uetarent conſtituti erãt ab Antiocho.

Exacto autẽ anno poſt principatum morbo correptus cõuocatis ad ſe liberis: Equidẽ, inqt, filij, iam fatalẽ uiã ingredior, interim cõmendo uobis meũ propoſitũ, & rogo ne per ignauiam ceſſetis id exſequi: ſed potius memores paterna uoluntatis ſeruate ritus patrios, & rẽpub. tantum nõ collapſam reſtituite: neq; illis accedite qui aut ſponte aut ui eã prodiderunt hoſtibus. Præſtate uos mihi germanos filios, cõemptaq; omni ui ac neceſſitate, parati ſitis pro legũ tutela uel mortẽ oppetere, ſi ita res poſtulet, cogitãtes quòd Deus uos tales nõ deſpiciet, ſed delectatus neſtra uirtute in priſtinã patrijs moribus uiuẽdi libertatẽ reſtituet: corpora quidẽ habemus mortalia, & fatali neceſſitati obnoxia: ſed præclarè geſtorũ memoria uice immortalitatis eſſe poterit, cuius amatores uos aſpirare nolo ad gloriã, adeò ut nõ grauemini uel immori

VIII.

mori egregijs facinoribus. Prima autẽ cura sit cõcordia, & quibus quisq; præcellit artibus, his utatur reliquis cõcedẽtibus: Simonemq; fratrẽ eximia prudẽtia uirũ parẽtis loco habete obtẽperãtes eius cõsilijs: Maccabæũ aũt propter fortitudinẽ exercitui præficite. Hic enim ulciscetur suæ gentis iniurias repulsis hostibus, Ad hoc autẽ negotiũ adhibete quotquot usquã sunt iusti ac pij, et hoc pacto uires uestras augebitis.

Matthiæ defuncto Iudas filius succedit. CAP. IX.

1. Mac. 3. *Hæc locutus filijs, precatusq; Deũ adesse illorũ conatibus, & populo pristinum uiuendi morem restituere, nõ multo pòst moritur, & in Modim sepelitur: et post exhibitũ ei publici luctus honorẽ, Iudas filius cognomine Maccabæus administrationi rerum præficitur, anno* CXLVI. *qui adiutus impigrè à fratribus, eiecto hoste, & impijs tribulibus necatis, totam eam terrã lustrauit à præteritis piaculis.*

Apollonius Antiochi dux in Iudæa prælio uictus occiditur. CAP. X.

1 X. *His auditis Apollonius præfectus Samariæ raptim cõtra Iudam duxit exercitũ. Nec in Iuda morã fuit, sed obuiã ei factus prælio uictũ cũ alijs multis interfecit, gladio etiam eius potitus uelut opimo spolio: plurimis etiam hostium uulneratis, & castris eorũ direptis, ditatus præda rediit. Seron autẽ Cœlesyriæ præfectus cognito quòd Iudas multis undiq; ad eũ confluen*

confluentibus magnas circa se copias habeat, et ad confligendum cum hoste idoneas, decreuit contra eum ducere, sui putans officij animaduertere in rebelles, & cõtumaces erga mandata regia. Contractis igitur quibus præerat militibus, adiunctis etiã Iudæorum perfugis, & impijs, progressus usq; Bethora uicũ Iudææ, castra eo loco metatus est. Iudas autẽ occurrẽs ei pugnandi animo, ubi uidit milites suos parũ alacres partim propter hostium multitudinẽ, partim quia ipsi ieiunauerãt: hortãdo addebat illis animos, affirmãs nõ in numero militis sitam victoriam, sed impietate erga Deum & fiducia: idq; cõpertũ plurimis maiorũ suorũ exemplis, qui iusta arma pro legibus suis & liberis ferentes multa sæpe hostium millia profligauerint. Inuictum enim robur esse innocentiæ. His dictis persuasit ut non detrectarẽt prælium: & collatis cum Serone signis, fudit ac fugauit Syrorum exercitum. Prostrato enim duce omnes in fuga spem salutis posuerunt: quos persequutus usq; ad campum occidit ex eis octingẽtos: reliqui euaserunt in regionem maritimam.

Lysiæ & Gorgiæ contra Iudæos expeditiones & cladες. CAP. XI.

AVditis his rex Antiochus uehementer iratus omnes undiq; copias cõtraxit, conducto etiam mercenario ex Græcia milite, parans primo uere in Iudæã irrũpere. Cumq; numera

merato ſtipẽdio uideret theſauros ſuos exhauſtos deficere: nam neq; tributa omnia reddebantur propter crebras rebellationes gẽtiũ, & ipſe uir magnanimus ac munificus nõ erat cõtentus ea qua tũ aderat pecunia, decreuit adita prius Perſide regionis eius tributa exigere. Cõmiſſa igitur rerũ adminiſtratione Lyſiæ, amico probata fidei, & prouinciis Aſiæ quæ Aegyptũ inter & Euphratẽ ſita ſunt cura eius creditis, relicta ei copiarũ quoq; & elephantorũ parte, iuſſit ut Antiochũ filium diligenter educaret uſq; in ſuũ reditũ: eidẽq; mãdauit, ut ſubacta Iudæa, et habitatoribus eius ſub haſta diuẽditis, deleret Hieroſolyma, ac totã gẽtẽ extingueret. His mãdatis proſectus eſt in Perſidẽ CXLVII. anno, & traiecto Euphrate aſcẽdit ad ſuperiores Satrapias. Lyſias autem delectis ad hoc negotiũ eximijs ducibus ex amicis regijs, Ptolemæo Dorymenis filio, & Gorgia & Nicanore, attributisq; eis peditũ quadraginta millibus, equitũ ſeptẽ millibus, in Iudeã miſit eum exercitũ: qui uſq; Emaunte urbẽ progreſſi, in cãpeſtribus eius caſtra metati ſunt: ubi cõuenerunt ad eos auxilia Syrorũ, & ex alijs uicinis regionibus, nec nõ magnus perfugarũ Iudæorũ numerus: aderãt etiã in eis caſtris negotiatores nõ pauci empturi mãcipia, & inſtructi cõpedibus, paratis in hoc ut uincirẽt captiuos numerata pro eis pecunia. Iudas autem animaduerſa

I.

hoſtium

hoſtium multitudine, hortatus eſt ſuos milites ut forti eſſent animo, & in Deo collocarẽt omnem fiduciã, decretis ſupplicationibus, quibus more patrio in magnis periculis induti ſæcos ſolent orare ueniã, ut Deus ad miſerationẽ flexus uires contra hoſtẽ eis adderet. Diſtributis deinde more antiquo gẽtis in tribunos ac cẽturiones ordinibus, & ablegatis nouis maritis, qui ne agros recẽs ſibi cõparauerãt, ne diſtracti talibus cupiditatibus pugnarẽt ſegnius, uerbis etiã aggreſſus eſt hortari ſuos ad rẽ gerẽdã ſtre nuè. Nullũ ſoeij tẽpus nobis dabitur ad uirtutẽ & periculorũ cõtemptũ opportunius: nũc enim fortiter certãtibus paratũ eſt libertatis præmiũ, quã ſuapte natura deſiderabilẽ hoc magis nos optare decet, ꝙ abſq; hac ne religionẽ quidem tueri poterimus. Sic igit̃ exiſtimate, in hac pugna ſitũ eſſe, utrũ priſtinã felicitatẽ recipiatis, hoc eſt uitã iuxta patrias leges rectè inſtitutã: an per ſummã ignominiã etiã reliquiæ noſtri generis intereãt, niſi fortes uiros præſtiteritis: et cũ hac cogitatione inite prælium. Cùm igitur tam ignauos q̃ fortes mors certa maneat, gloria uerò ſempiterna propugnatores pietatis, legũ, libertatis patriæ, eos animos concipite, qui nobis in craſtina pugna poſſint eſſe uſui, uel ad uictoriam, uel certè gloriã. His ſuos Iudas hortatus 1. Mac. 4.
dum cogitat de futuro prælio, certo indice cõperit Gorgiã miſſum cũ mille equitibus, peditũ

quinq; millibus, ut ductu persugarum noctu se inopinũ inuaderet: decreuitq; & ipse eadẽ nocte in hostiũ castra impetũ facere, maximè q̃ absutura esset bona pars illorũ exercitus: itaq; cõfestim sumpta cœna, relictisq; in castris multis ignibus, tota nocte iter fecit ad Emaunti propinqua castra hostiũ. Interim Gorgias nemine in castris Iudaorũ inuẽto, ratus eos metu cessisse & occultari alicubi in mõtibus, statuit ubinã essent quarere. Iudas autẽ sub diluculũ peruenit ad castra hostiũ, ducẽs tria uirorum millia nõ satis instructa armis propter inopiã: uidensq; hostẽ armatũ egregiè, et castra ex arte disposita, hortatus primũ suos ut nõ dubitarent uel nudis si ita opus sit, corporibus in pugnam ruere: quãdoquidẽ Deum delectetur tali fortitudine, eãq; suo præsidio cõtra armatos fulciat: iubet signa canere. Ex improuiso deinde adortus nihil minus expectãtes ita terruit, ut cæsis quotquot ausi sunt resistere, cæteros persequeretur usq; Gadara, & usq; cãpos Idumeæ, & Azoti et Iamniæ. Cecidervũt aũt ex eis circiter tria millia. Victor Iudas suos à preda cohibuit, Gorgiã adhuc superesse dicitãs: quo profligato per etiũ deinde posse eos ditari ex spoliis. Adhuc autẽ eo loquẽte, ostenderunt se Gorgiani è quodã loco edito: unde, ppicientes suorũ cladẽ, & castra capta ac fumãtia, animaduertẽtesq; Iudã se expectãtẽ instructa acie, nõ ausi manus

conser

conſerere, trepidè ſe retro in tutũ receperũt. Iudas uerò ſine certamine victor, tum demũ permiſit ſuos ad prædã diſcurrere: ditatusq; cum ſuis reperto plurimo auro & argento, hyacinthoq; & purpura incolumẽ reduxit exercitũ, laudãs Deũ autorẽ eius victoriæ, quæ haud exiguũ momentũ ad futurã libertatẽ eis attulit. Lyſias autẽ ſequẽti anno ad abolendã ignominiã nouũ exercitũ parauit: cõtractisq; lectiſſimorũ militũ ſexaginta millibus, & adiunctis quinq; millibus equitũ, Iudæã ingreſſus montana eius aſcẽdit, et ad Bethſura uicũ caſtra poſuit. Huic Iudas occurrit cũ decẽ millibus: & cũ uideret hoſtẽ lõge præſtare numero, uotis pro victoria factis Deo fretus primã aciẽ aggreditur tanto impetu, ut ex eis quinq; millia ſterneret: quo facto reliquis tantũ terrorẽ incuſſit, ut Lyſias animaduertẽs eis certò ſtatutũ aut mori aut in libertatẽ ſe aſſerere, ueritus magis deſperationẽ eorũ q̃ uires, copias Antiochiã reduceret: ubi mercenarios cõducẽs & maiores uires colligẽs, parabat ſe ut ad primã opportunitatẽ bello Iudæos repeteret. Toties igitur profligatis Antiochi ducibus, Iudas perſuaſit ſuis, ut quãdoquidẽ iam multas victorias Deus conceſſerat, aſcenderẽt Hieroſolyma, & luſtrato tẽplo mactarẽt ſolennes victimas: ubi cũ inueniſſet templũ deſertũ, & portas eius incẽſas, & in atrijs uirgulta enata propter ſolitudinẽ, lamẽtari cum

ſuis cœpit ob tãtã deformitatẽ: deſtinata deinde copiarum parte ad arcis oppugnationẽ, ipſe interim repurgare templum aggreſſus eſt: quod poſtquã accuratè factũ eſt, intulit in illud uaſa noua, candelabrũ, mẽſam, & altare inceſſorũ ex auro fabrefacta omnia: addidit & uela foribus oppãdi ſolita, ac poſtremò fores quoq; apposuit. Diruto etiã holocauſtorũ altari quod profanatum fuerat, nouum ex collaticijs ſaxis impolitis cõſtruxit. Vigeſima aũt & quinta mẽſis chaſlei, quẽ apellaũ Macedones nominãt, accẽderũt lumina in cãdelabris, & ſuffitũ fecerũt in altari, & panes ſupra mẽſam propoſuerũt, & in nouo altari holocautomata immolauerũt: idq; accidit cadẽ die qua ante trienniũ ſacra eorum profanata fuerãt: integro enim triennio deſertũ fuit tẽplũ poſt factã ab Antiocho profanationem. ea enim ineidit in annũ CXLV. *& diem Apellei mẽſis* XXV. *in Olympiad ẽ* CLIII. *renouatũ eſt autẽ cadẽ die* CCXLIII. *anno,* 10 8 *Olympiade* CLIIII. *prædixerat aũt eã deſolationẽ, ppheta Daniel ante annos* CCCCVIII. *diſertè dicẽs à Macedonibus profanãdũ. Celebrauit aũt Iudas recepti tẽpli feſtiuitatẽ p dies octo ſacrificãs, in qbus nullũ honeſtæ uoluptatis genus omiſſum eſt, ſed populo quidẽ ſumptuoſum ac splẽd: dũ epulũ eſt exhibitũ, in Dei uerò laudẽ hymnis & cãticis pſonabãt omnia. Tãta uerò lætitia ob reductos ritus patrios & priſcã*

reli

religionẽ occupauit gentis eius animos, maximè quòd ea felicitas ex insperato obtigerat, ut lex lata sit ad posteros, qua iuberet quotannis hoc festum reparari cum ceremonijs templi per octo dies celebrari: et ex eo tẽpore mos hic apud nostros obtinuit: uocamusq; hanc festiuitatẽ lumen, opinor ideo, q̃ ex insperato nobis illuxerit tãta felicitas. Circũdatis deinde urbi mœnibus, & exstructis in eis firmis turribus custodias ad arcendum hostem imposuit: muniuitq; Bethsuram oppidũ, ut eo tanq̃ arce uti posset cõtra conatus hostium. XI. Quibus operibus perfectis, uicinæ gẽtes molestè ferẽtes Iudæorũ uires resuscitari, p̃ insidias adoricẽdo multos oppresserũt, cũ quibus Iudas assiduè bellũ gerens conabatur eorũ incursationes cõpescere: quo tẽpore etiam Acrabatenã inuadens multos Idumæos Esau posteros interfecit & depradatus est: & principis eorũ Bataris filiorũ castella, unde Iudæos infestabãt, ui capta cæsis propugnatoribus incendit. Quibus perdomitis in Ammanitas arma transtulit, quorũ numerosam manũ Timotheus ductabat, & his quoq; deuictis, Iazorũ eorum urbem expugnauit: abductisq; in captiuitatem uxoribus eorũ ac liberis, direptã prius incendit. atq; ita domũ uictor reuersus est. XII. Sed quàm primum uicinæ gentes sensere eius abitum, contractis copijs in Galaditica regione finitimos Iudæos adorti sunt: at illi refugientes in castrum

Dathema, ſignificabãt Iudæ per nuntios & literas, quòd oppugnandi eſſent à Timotheo, rogantes ut ſe huic periculo eriperet: & interim dum legit has literas ſuperuenerunt Galilæorum nuntij, querentes ſe infeſtari à Ptolemaide, Tyro, Sidone, & alijs finitimis populis.

Quomodo dimiſſis copijs, Simon Tyrios & Ptolemaidenſes, Iudas Ammanitas ſuperat. CAP. XII.

IVdas igitur proſpiciens utrorumq; neceſſitatibus, Simonẽ fratrẽ cũ tribus ſelectorum millibus mittit auxilio Iudæis habitãtibus Galilæam: ipſe aſſumpto Ionatha altero fratre cũ octo miliũ millibus, in Galaditicã proficiſcitur: quod ſupererat uirium Iudæa præſidio reliquit ſub Ioſepho Zachariæ filio, & Azaria ducibus, quibus mãdauit ut abſtinerẽt à pugnã tãtiſper dũ ipſe ad eos reuerteret. Simon igitur poſtquã in Galilæam uenit congreſſus cũ hoſte coëgit eũ terga uertere: & fugientẽ perſequutus uſq; portas Ptolemaidis, occidit circiter tria millia: quibus ſpoliatis, receptos captiuos cũ tota ſupellectile in Iudeã tranſtulit. Interea Iudas cũ fratre Ionatha triũ dierũ iter emenſi, accepti ſunt à Nabathæis pacifice: quorũ indicio cõperterũt, q̃ multi ex ipſorũ fratrib⁹ in extremo eſſẽt periculo, obſeſſi ab hoſte in caſtellis & oppidis Galaditicis: monitiq; ut properè illis ſuccurrerẽt, per deſertũ illuc feſtinauerũt. In eo itinere Baraſam oppidũ oppugnare adorti,

ui cep

ui ceperunt: caſisq; ad unũ pubcribus tecta igni ſubiecto cõcremauerunt. Cumq; interim nox appeteret, nihilominus Iudas iter cõtinuauit uſq; caſtellum in quo Iudæos obſideri acceperat. quò cum mane peruenisſet, offendit hoſtẽ iam ſcalas & machinas admouere mœnibus: iuſſoq; tubicine canere, & cohortatus ſuos ut bonã ac fidelem operam præſtarent periclitãtibus fratribus, diuiſis triſariã copijs oppugnatores à tergo aggreditur. Timothei uero milites cognito Maccabæum adeſſe, cuius uirtutẽ & felicitatem iam ante ſuo periculo didicerãt, ſine mora cœperunt fugere: ex quib⁹ ad octo millia cecidere, Iudæis acriter inſequẽtibus. Inde ad Mallen barbarorum urbem flexo itinere, eaq; expugnata mares omnes neci tradidit, ædificia incẽdio ſunt cõſumpta. Eodẽ impetu & Chaſpoma et Boſora cum alijs Galaditicæ regionis oppidis euerſa ſunt. Aliquãto pòſt Timotheus cõtractis numeroſis copijs, et inter cæteros auxiliares cõducta manu Arabũ trans torrentem caſtra poſuit cõtra oppidum Raſam: ibi hortatus eſt ſuos milites ut ſtrenuè pugnarẽt arcerentq; Iudæos à torrentis tranſitu: in hoc enim ſitã uictoriam, Iudæis futuris ſuperioribus ſi trãſire potuerint. Iudas autem audito q̃ Timotheus paratus eſſet ad prælium, properè cõtra eum duxit exercitum: trajectoq; torrente adortus hoſtes, partim reſiſtentes proſtrauit, partim in fugam compulit, armis

etiam paſsim abiectis. horum nonnulli celeritate pedum ſalutẽ conſecuti ſunt, quidã uerò in fanum quod Carnain dicũt refugiẽtes, tutos ſe ibi fore ſperauerunt. At Iudas & oppidũ id occupauit, & incenſo templo hoſtium alios flammis alios ferro perdidit. His rebus feliciter geſtis, & cõtractis è tota regione Galaditica Iudæis, unà cum uxoribus & liberis ac facultatibus in Iudeam eos traducebat. In eo itinere cùm uenisſet ad Ephronẽ oppidũ, per quod neceſſario tranſeundũ erat, niſi retrorſum reuerti mallet, miſit ad oppidanos rogãs ut pateſacerẽt ſibi tranſitũ, nã obſtructis portis uia interruperãt: quod cùm ab Ephronitis impetrare non poſſet, cohortatus ſuos, corona oppugnauit mœnia: & diẽ ac noctem ibi remoratus ui cepit oppidum, occiſisq; omnib' marib' per incẽſi cineres traduxit exercitum: tantus autẽ erat occiſorũ numerus, ut in trãſeundo calcãda eſſent cadauera. Traiecto deinde Iordane in magnũ campũ ueniunt, quà ſita eſt Bethſana, Græcis dicta Scythopolis: inde in Iudeã reditũ eſt hilariter, canẽte hymnos et uictoriale carmen multitudine: uotiuasq; hoſtias mactarũt pro incolumitate exercitus: quandoquidẽ poſt tot cõflictus ne unus quidẽ è Iudæis deſideratus eſt. Interea Ioſephus Zacharia filius & Azarias duces, qui profecto Simone in Galileã cõtra Ptolemaidẽſes, Iuda uerò & Ionatha fratre in Galaditicã, præſidio Iudææ relicto

Ebã

Eli fuerãt: uolentes et ipſi aliquo memorabili facinore parare ſibi gloriã, ad Ianiam uenerunt. Vbi armis excepti à Gorgia eius loci præſide, amiſerũt ad duo millia militũ, nec prius deſiterũt fugere, q̃ in Iudæa finibus: hæc autẽ clades meritò illis accidit, ob contemptũ Iudæ mandatum, qui interdixerat ne ſe abſente manus eum hoſte cõſererent: nã hoc quoq; Iudæ prouidentiam cõmendat, quòd intellexit non impunè fore ſi à mandatis diſceſſerint. Iudas autẽ & fratres eius continuabant bellum contra Idumæos, urgentes eos undiq;: expugnataq; Chebrone munitiones eius diruerunt, & turres cremauerunt ſuppoſitis ignibus: peruaſtatisq; agris hoſtium, euerterunt etiam Mariſſam oppidum: inde Azotum delati eodem impetu, expugnata ea quoq; ac direpta, omnes ditati præda reuerſi ſunt in Iudæam uictores & incolumes.

Antiochi Epiphanis apud Perſas interitus. C. XIII. XIIII.

EOdem tempore Antiochus rex ſuperiores ſui regni prouincias obeũdo, audiuit eſſe in Perſide urbẽ prædiuitẽ Elymaida noïe, et in ea templũ Dianæ opulentũ, refertũ omne genus donarijs: ſcuta etiã ac thoraces ibi aſſeruari, quondam relictos ab Alexandro Philippi filio, rege Macedonum. Motus igitur hac fama, admoto exercitu expugnare conatus eſt. His uerò q̃ inerant nec aduẽtu eius nec oppugnatione territis, ſed fortiter reſiſtẽtibus, ſpe ſua fruſtratus eſt: 1. Mac. 6.

non cõtenti enim repulisse illũ à mœnibus, recedentẽ etiã persecuti sunt, ita ut plurimis desideratis fugientis more Babylonẽ se reciperet. Quã cladem cùm agrè ferret, nouus insuper accessit nuntius de profligatis quos ad Iudaicũ bellũ reliquerat ducibus, deq; Iudæorũ in dies crescente potẽtia. Accedente igitur alia super aliã cura, impar solicitudini morbũ sibi cõtraxit: quo magis ac magis inualescẽte, intelligẽs adesse fatale tempus, amicos cõuocat: eisq; & uim morbi & causam indicat: nimirũ quòd pœnas ob afflictã Iudæorũ gentẽ lueret, atq; ob spoliatũ sacrilegio templũ, & contemptũ cælestis numinis, atq; his dictis exhalauit animã. Quamobrem demiror Polybiũ Megalopolitanũ, qui uir alioqui probus, ait hunc Antiochũ periisse, & conatus sit Diana tẽpli thesauros ac donaria diripere: uoluisse enim tãtum, ac nõ etiam perfeciisse sacrilegium, nõ uidetur res digna supplicio: quòd si hæc causa Polybio digna uidetur, cur Antiochus deberet capite pœnas persoluere, multo uerisimilius est ob exhaustum sacrilegijs Hierosolymitanum templum acceleratum esse eius interitum. Si quis tamẽ magis probat Polybij sententiam, cum eo nunc non libet contendere.

Antiochus Eupator profligato Iudæorum exercitu Iudam in templo obsidet. CAP. XIIII.

CAterùm Antiochus prius quam extremum suũ diem obiret, accitũ ad se unũ ex

purp

purpuratis ſuis amicis Philippũ gubernatorem regni cõſtituit: traditoq; ei diademate regiaq; ſtola et annulo, iußit hæc Antiocho filio ſuo perlata reddere, multũ obteſtans ut educationis curam haberet, & regnũ ci ſeruaret uſq; dum per ætatem ipſe adminiſtrationi fieret idoneus. Defunctus eſt autem Antiochus anno CXLIX.

Lyſias autem poſtea q̃ populo indicauit regis obitũ, filium eius Antiochũ ſub ſua tutela tum poſitum regem cõſtituit, impoſito illi Eupatoris cognomine. Interea qui Hieroſolymitanæ arcis præſidium tenebãt Macedones cum Iudæorum perfugis, multa Iudæis inferebant incommoda. Excurrẽtes enim in eos qui ſacrorũ cauſa templum adibant, cõficiebant eos non magno negotio, q̃ arx ipſi tẽplo eſſet ſupra uerticem. Quamobrem Iudas neceſſe habuit, oppugnare id præſidium, aduocatis ad id totius populi uiribus. Annus autẽ is agebatur cẽteſimus quinquageſimus, ex quo primum ad Seleucũ imperium earũm regionũ peruenerat. Fabricatis igitur machinis, & exſtructis aggeribus, totus incũbebat huic operi: multi tamen perfugarũ noctu elapſi, adiunctis ſibi ſimilibus impijs, uenerũt ad Antiochum, poſtulantes ne ſe in extremum periculum à ſuis tribulibus redactos deſpiceret: maximè cùm patris ipſius autoritatem ſecuti in eam neceſſitatem adducti ſint, dum malunt patrios ritus quàm regia mandata contemnere. Nunc uerò periculum eſſe ne Iudas arcem cum XIIII.

præſidio ui capiat, niſi ipſe maturè ſuis opẽ afferat. His auditis Antiochus puer iratus eſt, accerſitiſq; amicis & ducibus, iußit eos mercenariũ parare militẽ, & per totã ſuam ditionẽ delectus habere: ita ut breui cõfectus ſit exercitus peditũ circiter centũ milliũm, equitũ uerò uiginti millia, atq; inſup duo et triginta elephãti. Cum his copijs egreſſus eſt Antiochiã cõmiſſa Lyſia adminiſtratione uniuerſi exercitus: & progreſſus uſq; Idumeã, inde aſcendit ad oppidum Bethſura, bene munitũ et expugnatu non facile. Bethſuranis autẽ fortiter reſiſtẽtibus, & admotas machinas per exeurſiones igne cõcremantibus, multum tẽporis contritum eſt in hoc obſidio. Iudas autẽ cognito regis aduẽtu, omiſſa oppugnatione regi cũ copijs obuiã profectus caſtra poſuit circa fauces quaſdã dictas Bethzacharia, diſſitas ab hoſte ſeptuaginta ſtadijs. At rex relictis Bethſuris, exercitũ duxit ad eas fauces ubi Iudas caſtra metauerat: & q̃ primũ dies illuxit, aciẽ cen pugnaturus iußit ire cõpoſitam. Cumq; non poſſet elephãtos explicare per aciei latitudinem propter locorũ anguſtias, iußit ut unus poſt alium incederẽt, attributis qui ſtiparent ſingulos mille peditibus, et equitibus quingentis. Beluis autẽ impoſita erant celſa propugnacula inſtructa ſagittarijs: reliquũ autẽ exercitum ab utroq; latere iußit montes aſcendere, præpoſitis ex amicorũ cohortẽ ducibus: atq; ita

ſubla

ſublato militari clamore hoſtĕ aggreditur, micans aureis et areis clypeis, ita ut fulgore eorum coruſcarent oĩa: clamore autĕ reboabat qcquid erat in circuitu montium. Nec tamĕ Iudas tali aſpectu eſt territus, ſed excepto fortiter impetu hoſtiũ, circiter D C. ex eis occidit, qui primi ad manus uenerãt. Cæterùm Eleazarus eius frater, quĕ Auranem uocabant, cõſpicatus excellentem elephantũ ornatũ ſaleris regijs, & ratus in eo regĕ inuehi, uaſto animo iñ eũ fecit impetum. & occiſis multis prius q̃ ad eum penetraret, cæteris uerò metu cedẽtibus, ſuccedẽs ſub eius uentrem, cõfodit beluam, & ipſe ſimul põdere eius illabẽtis oppreſſus eſt: atq; ita nõ tamen inultus interijt generosè inter aceruos hoſtiliũ cadauerum. Iudas autĕ animaduertẽs hoſtem tãto ſuperiorĕ numero, Hieroſolyma ſe recepit, uolens arcem iterũ oppugnatione aggredi. Antiochus uerò parte exercitus miſſa ad oppugnãda Bethſura, cũ reliquo uenit Hieroſolyma. Bethſurita territi apparatu regio, maximè eum cõmeatus eos deficeret, deditionĕ fecerunt, pacti prius ut hoſtis à ſe iniuriã omnĕ abſtineat: quod quidem à rege non niſi ſalute tenus ſeruatũ eſt: alioqui nudis eiectis oppidanis, ſuorũ præſidiũ ibi conſtituit. Sed apud Hieroſolyma per multũ tempus eum tenuit tẽpli obſidio, quod fortiter à Iudæis defenſum eſt: nullã enim eis rex intentauit machinam, quã non illi cõtrarijs machinationibus

elud

eluderent: tantum laborabatur victus penuria, quòd fruges ueteres absumpserãt, & annus inciderat septimus, per quem fructus nõ colliguntur, q̃ cum cessare ab agricultura lex nostra iubeat, nec permittat tum uel arare terrã, uel serere: quo factũ est, ut multi se clàm subducerent propter inopiam, ut penes paucos templi tutela remãserit. Caterùm rex & Lysias imperator cognito quòd Philippus usurpato sibi regno adnentaret è Perside, decreuerũt soluta obsidione illi occurrere, celantes tamen quantum fieri poterat id cõsilium, tam militem quàm duces reliquos. Quapropter dißimulato aduentu Philippi, iußit rex Lysiã ut alloqueretur duces & milites, dicens oppugnationẽ eam non esse modici temporis, quòd locus esset munitißimus, & commeatus eos iam deficerent, & auocarent multa regni negotia quæ opus esset regem componere. Itaq; præstare fœdus & amicitiã cum hac gente facere, et sinere eos uti patrijs legibus, quibus priuari se non sustinentes rebellauerãt, atq; ita rediturus esse in suã quemq; patriam. Quæ sententia per Lysiam apud exercitũ exposita, communi omnium suffragio comprobata est.

Antiochus omissa oppugnatione cum Iuda fœdus facit & amicitiam. CAP. XV.

TVm rex misso caduceatore pacem Iudæ ac cæteris obsessis denũtiat, libertatemq; uiuendi proprijs legibus. Illi uerò libenter hæc audientes,

dientes, accepta in hoc fide et iureiurãdo interposito, exiuerũt è templo. At Antiochus cùm ingressus uidisset locũ egregiè munitum, uiolato sacramẽto iussit suum exercitũ, ut solo aquaret murum quo tẽplum septum fuerat, et hoc facto reuersus est Antiochiam, ducẽs secum Oniam pontificẽ, qui Menelaus dicebatur alio nomine. Lysias enim regi cõsuluit, ut eum interficeret, si uellet Iudæos quiescere, & ipse liber esse ab eorum molestationibus. hunc enim esse malorum omnium autorẽ & principium, qui persuasisset eius patri, ut Iudæos ab institutis patrijs deficere cogeret. Rex igitur Menelaum missum in Beræam Syriæ ne cauit, post exactum in põtificatu decennium, hominẽ malum & impium, qui ut sibi principatum adstrueret, totã gentem à religione deficere compulit. Ei successit in põtificatum Alcimus, Iacimus alio dictus noïe. Cæterùm Antiochus cùm offendisset Philippũ iam occupasse tyrannidẽ, bello uictũ, et in potestatem suam redactũ affecit supplicio. Filius autẽ pontificis Onias, quem diximus orbatũ patre adhuc puerũ, uidens & rex interfecto ipsius patruo sacerdotium Alcimo dedisset nihil pertinenti ad cognationẽ pontificum, Lysia suadente ut transferret eum honorẽ in aliam familiam, fugit ad Ægypti regẽ Ptolemæum: apud quem et uxorem eius Cleopatram in pretio habitus impetrauit ab eis locum in præfectura Heliopolitana,

in quo

in quo templũ Hieroſolymitano ſimile exſtrueret, de quo aliás dicemus tempeſtiuius.

Bacchides Demetrii dux cum exercitu contra Iudeos miſſus, infecto negotio ad ſuum regem reuertitur. CAP. XVI.

XV. I. Mac. 7

EOdem tempore Demetrius Scleuci filius à Roma profugus Tripolim occupat in Syria: aſſumptoq; diademate, & contractis quotquot potuit militibus mercenarijs regnũ inuadit: eumq; certatim ad eũ populi deficerẽt excipientes eũ obuijs manibus, etiam Antiochũ regem & Lyſiam cõprehenſos uiuos ad eum perduxerunt: qui mox iuſſu Demetrij necati ſunt, poſt exactũ regni Antiochi annũ alterum, ſicut et in alijs cõmentarijs diximus. Ad nouum regẽ confluxerũt multi Iudæorũ ob impietatem profugi, & eum eis Alcimus põtifex: accuſabantq; totã gentem, præcipuè Iudã cum fratribus, q poſt interfectos omnes amicos et fautores regis, ſe quoq; eiecciſſent è patria, metu coactos ſolũ uertere: poſtulabantq; ut ex amicis quempiam eò mitteret, qui cognoſceret quãta per Iudam patrata fuerint. At ille iratus mittit eò Bacchidẽ amicum regis Antiochi Epiphanis, uirum ſtrenuum, cui tum Meſopotamiæ præfectura credita fuerat: & commendato illi Alcimo, traditoq; exercitu, iubet ut Iudam et eum ſequẽtes interneccione deleat. Ille profectus Antiochia cum his copijs, poſtquam peruenit in Iudæam,

Iudeã, misit ad Iudã & fratres, inuitãs eos ad pacẽ & amicitiã. Volebat enim dolo eũ circũuenire. Sed ille noluit ei sẽ credere, q̃ uideret adesse exercitũ, quem putabat adductũ belli potius quàm pacis gratia. Quidam tamẽ è populo credentes his quæ Bacchides per præconẽ denunciauerat, & nihil sibi timentes ab Alcimo propter cõmunem patriã, ad eos se cõtulerunt. & accepto ab utroq; iureiurãdo, nihil mali passuros nec se nec eiusdẽ factionis homines, eorũ fidei se cõmiserunt. Bacchides autẽ non seruata fide sexaginta interfectis ex eo numero, cæteros cautiores iam factos deterruit, quo minus ad eũ accederent: itaq; amoto exercitu à Hierosolymis postquã peruenit ad uicũ Bethzethó, comprehẽdit multos perfugas, & quosdã è populo, & occisis omnibus iussit eius regionis homines parere Alcimo, ad cuius præsidiũ relicta sub eo parte exercitus, Antiochiã ad regẽ Demetriũ reuersus est. Alcimus autẽ nolẽs principatũ sibi cõstabilire, & intelligens ad hæc rẽ opus esse populariũ beneuolẽtia, comiter ac blãdè appellabat omnes, & loquẽdo singulis ad gratiã, breui numerosam manũ adiũxit ad priorẽ quã antè habuerat. Horũ pleriq; erãt impij & profugi, quorũ opera & ministerijs ut ẽdo regionẽ obibat, occidens eos qui erãt Iudæ partiũ, quotquot in suã potestatẽ redigere poterat. At Iudas animaduertẽs tãtopere creuisse illius potẽ-

tiã, et multos probos ac pios homines extinctos ei⁹ violẽtia, ipse quoq; obibat regionẽ, ãterfeiẽs quotquot in manus eius uenirẽt è studiosis Alcimi. Qui uidẽs se uirib. imparẽ, quo posset diutius resistere, decreuit cõfugere ad auxiliũ Europes regis Demetrij. Profectus igit̃ Antiochiã solicitabat eõtra Iudã illius animũ, accusans q̃ plurimas ab eo passus esset iniurias, plures etiã passurus, nisi maturè misso illuc exercitu uir audax & facinorosus pœnas debitas lueret.

Nicanor posũ Bacchidem dux contra Iudam missus unà cum uniuerso exercitu internecione periit. CAP. XVII.

XVI. 1. Mac. 7 *DEmetrius uerò ne suis quidẽ rebus iniũ existimans, si ita Iudæ uires augeri sineret, Nicanorẽ mittit, amicorũ chariſsimũ simul & fidiſsimũ, qui etiã Roma fugienti comes fuerat: attributoq; quantũ satis cõtra Iudã putabat exercitu, iussit nemini parcẽdo cũ ea gente bellũ gerere. Is profectus Hierosolyma, & primũ dissimulãs hostẽ, decreuit specie pacificatoris dolo Iudã intercipere: aiebat enim nihil esse causæ cur belli subire deberẽt aleã, paratum se illi cauere iureiurãdo sanctissimo, si quid forte periculi metuan. In hoc enim tantũ se uenisse cũ amicorũ comitatu, ut mentẽ sui regis eis notam faceret, q̃ propensus sit in fauorẽ Iudaici generis. Hac legatiõe persuasi fratres, nihil amplius hostile suspicati, data uicissim & accepta fide*

exc

exceperũt eũ hoſpitaliter cũ toto exercitu. Cũq; poſt primã ſalutationẽ colloqueretur cum Iuda familiariter, ſignũ quoddã ſuis dedit, ut eũ ẽ prehenderẽt. Ille maturè intellectis inſidijs propere ad ſuos refugit: & detecto iam dolo ad apertã nim uterq; ſe uertit. Cõmiſſo deinde prelio prope uicũ Caphariſalamã, inferior inde diſcedens Iudas in Hieroſolymitanã arcẽ cõpulſus eſt. Reuertenti deinde præter tẽplũ Nicanori ſacerdotes facti ſunt obuiã, oſtentantes victimas, quas ſe dicebant oblaturos Deo pro ſalute regis Demetrij: at Macedo, ne à cõuicijs quidẽ in Deũ tẽperans, minatus eſt niſi populus Iudã ſibi traderet, brcui ſe reuerſurũ, & in templum ipſum ſæuiturũ, ita ut ad ſolum uſq; id dirnat, atq; cũ his minis reliquit Hieroſolyma. At ſacerdotes tali denũtiatione mœſti cum lacrymis Deo ſupplicauerũt, ut ſacratã ſibi adẽ una cum ſuis cultoribus tutaretur ab hoſtiũ iniuria. Nicanor uerò egreſſus Hieroſolymã caſtris locum optauit apud uicũ Bethoron, ubi ſe cũ eo conſũxit alia manus recẽs cũ è Syria uenies. Iudas quoq; caſtra poſuit ad aliũ uicũ nomine Adaſa, triginta modò ſtadijs diſtãtẽ ab hoſtibus, hãbẽs circa ſe nõ plus mille militũ: hos cohortatus ne terreãtur hoſtiũ multitudine, neue cogitent cum q̃ multis dicernerẽt, ſed quales ipſi, & pro qualibus præmijs cõtenderent, iuſſit forti animo hoſtẽ aggredi & pugnã capeſſere. Iq; edioate

acri certamine, multi ceciderũt ex hostibus, & inter cæteros Nicanor & ducis & militis stre nui perfunctus officio: quo iacẽte ne cætera qdẽ aciei substitit amplius, sed amisso duce uerterũt terga, arma iactãtes quo expeditius fugerẽt. Iudas uerò impigrè cũ suis persequẽs sæuiebat cæ dibus: & tuba significabat uicinis oppidis & uicis victoriã: moxq; undiq; armati prosilientes profligatis incõditè ruẽtibus occurrebãt infestis gladijs, ita ut ne unus quidẽ incolumis euaserit ex nouẽ millib⁹: tot enim in uniuersum fuerãt. Ea victoria contigit decima tertia die mensis adar, ut nostri nominãt, qui Macedonibus Dystrus dicitur: eaq; die festiuitatẽ nostri per singulos annos renouant ob rei prosperè gestæ memoriã. Post eã victoriã aliquãtisper quieuit Iudæorum gens à cõtinuis cõflictationibus, pacis otio perfruẽs, donec iterũ in eadẽ reuoluta est discrimina. Alcimo autẽ põtifici uolẽti demoliri ueterẽ adyti parietẽ, sanctorũ uatũ ædificiũ, morbus diuinitus inflictus est, per quẽ repente uoce priuatus in terrã procidit, & cruciatus nõ pau cis diebus miserè periit, post exactũ in sacerdotio quadrienniũ: quo defuncto põtificatũ populus cõmunibus suffragijs Iudæ tradidit. Qui
XVII. 1. Mac. 8 quoniã multa audierat de Romana potentia, & deuictis Gallis et Hispanis ac Carthaginiẽsibus Græciã quoq; subegerint, & reges Perseũ, Philippum, magnumq; Antiochũ perdomuerint,

decre

decreuit cõciliare sibi eorum amicitiã. Missis igitur in hoc Romã duobus ex amicorũ numero, Eupolemo Ioãnis & Iasone Eleazari filio, rogauit ut in societatẽ reciperetur & amicitiã, & ut Demetrio scriberent, ne posthac Iudæos bello lacesseret. Hãc legationẽ senatus admisit, & auditis eorum postulatis amicitiã annuit: moxq; senatusconsultũ de ea re factũ inscriptum æreis tabulis relatũ est in Capitoliũ, cuius exẽplar in Iudeã missum est. Erat autẽ senatusconsultũ de societate & amicitia Iudæorũ huiusmodi: Ne cui Romane ditionis cũ Iudæis bellũ gerere liceat, neq; prabere hostibus eorũ triticũ aut naues aut pecuniã: utq; si quis Iudæos inuadat Romani succurant pro uiribus: & uicissim si quis Romanos bello impetat, Iudæi cõtra eum sint auxilio. Quòd si Iudæi uelint in hoc fœdere addi aliquid aut detrahi, id oportere fieri de cõmuni populi Rom. sententia: idq; ita demũ ratum fore. Scriptum est hoc senatusconsultum per Eupolemũ Ioannis filiũ, & Iasonem Eleazari, sub pontifice Iuda, & duce Simone fratre ipsius. Atq; hoc fuit primum inter Romanos & Iudæos fœdus societatis ac amicitiæ.

Bacchidis denuo missi in Iudæã uictoria. C. XVIII.

DEmetrius autẽ accepto nuntio cladis Nicanoris & exercitus, rursum Bacchidẽ in Iudeã misit cũ alijs copijs: q ex Antiochia profectus in Iudeã, ad Arbela oppidũ Gali- XVIII. 1. Mac. 9.

lea castra posuit: & expugnatis illic speluncis ad quas magnus hominũ numerus confugerat, properabat inde Hierosolyma: & cognito q̃ Iudas in Bezzitho uico suũ contineret militẽ, raptim contra eũ duxit peditũ uiginti, equitũ uerò duo millia, cũ Iudas nõ plus haberet q̃ mille milites: ex his quidã territi multitudine Bacchidis militũ desertis castris diffugerunt, ita ut octingẽti tãtũ reliqui fuerint. Iudas autẽ quãuis imminẽte iam hoste destitueretur milite, tamen quia nõ erat unde delectũ in supplementũ faceret, maximè in tali tẽporis angustia, decreuit cũ octingentis illis Bacchidẽ aggredi, & co hortatus ut generose subirẽt periculã, iussit eos prodire in aciẽ: quibus cõsulentibus ut tunc se in tutũ reciperet, cũ sit tanto inferior & numero & uiribus, ac mox maioribus copijs hostem inuaderet: Absit, inquit, ut me terga obuertẽtem hostibus sol aspiciat: nam etiam si mori nunc oporteat, nunquam tot res hactenus egregiè gestas, tãtamq; uirtutis partã gloriam ignominiosa fuga maculaturus sum. Atq; ita suorum reliquias cohortatus persuasit ut insidie expectarent conflictum hostium.

Quomodo Iudas prælio uictus occubuit. C. XIX.

INterea Bacchides productis extra castra copijs instruebat aciẽ, equitũ alas hinc & inde in utroq; cornu collocãs, in frõte leuem armaturam & sagittarios, & post hos robur phalangis

gis Macedonicæ: ipse in dextro cornu loeũ sibi optauit. Sic instructa acie posquã uenit in conspectum hostium, iussit signa canere, & militẽ cum clamore eos inuadere. Idẽ & Iudas fecit, collatisq; signis certatũ est utrinq; acriter: donec uergente iam sole Iudas animaduertẽs Bacchidẽ cum robore militũ pugnã in dextro cornu ciere, cum audaciſsima manu iuuenum in eum irruit. Perruptaq; phalãge penetrauit in mediam aciem: & impulsis in fugã aduersarijs persecutus est eos usq; montem qui Azo dicitur. Id conspicati qui sinistrũ cornu tenebant, à tergo adorti Iudam circumuenirunt: qui uidens nullũ superesse effugium urgẽtibus circũquaq; hostibus, in uestigio cum suis constitit: & cæsis hostium plurimis lassitudine magis q̃ uulneribus confectus cecidit nõ inultus, ad priora præclara facinora extremo hoc mortis decore addito: quo prostrato non habentes amplius quem sequerentur milites orbati tanto imperatore, tum demum in fugam effusi sunt. Simon autem & Ionathas fratres induciis factis recepto Iudæ cadauere, delatum in Modim ciuitatem patriã, magnifico funere inmulerunt monumẽto patrio, & publico luctu per aliquam multos dies honorauerunt eius memoriam. Hic finis fuit Iudæ uiri generosiſsimi & bellicosiſsimi, qui memor mãdatorum Matthiæ patris, nullum unquam pro libertate populariũ defugit aut laborem

aut periculũ: quapropter meritò uirtutis ſempiternam poſt ſe reliquit gloriam, liberata è Macedonum ſeruitute patria, & per triennium ante obitũ adminiſtrato pontificali ſacerdotio.

FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XIII.

Ionathas defuncto fratri ſuo Iudæ in principatu ſuccedit. CAP. I.

1. Mac. 9. QVEMADMODVM *libertatẽ à Macedonib. oppreſſam populus Iudæorũ denuò recepe rit, & quo pacto dux & propugnator eorũ Iudas poſt multa exhauſta certamina poſtremo prælio fuerit occiſus, in præcedenti libro ſatis declarauimus. Poſt eius obitũ quotquot Iudæorũ à pietate deſciuerãt, reſumptis animis infeſtabant reliquos populares: ita ut accedẽte etiã fame, quæ tũ fortè regionẽ eã totã occupauerat, multi nõ ſirẽtes geminatũ infortunium, hinc à penuria, inde ab aduerſarijs ingruens, coacti ſint adiũgere ſe factioni Macedonicæ. Bacchides autẽ cõuocatis ad ſe Iudæorũ deſertoribus, qui religioni patriæ profanos ritus prætulerant, his adminiſtrationẽ regionis cõmiſit: qui cõprehẽſis Iudæ amicis & fau*

& fautoribus, Bacchidæ eos tradiderunt: & in sortos primũ cruciatosq; ad libitũ, postremò omnes ad unũ enecabat. In hac tanta calamitate cõstituti Iudæi, quantã post captiuitatẽ Babylonicã nunquã experti fuerant: quotquot erant reliqui ex Iudæ socijs, ueriti gentis interitũ adiuerunt Ionathã eius fratrẽ, rogabantq; ut germani amulus fieret, qui ad extremũ belium libertatẽ propugnans præclaris conatibus sit immortuus: nec sineret totã gentẽ sine præside uenire in extremũ salutis periculũ. Tum Ionathas paratũ se uel ad mortẽ obtulit pro tutela populi, & uisus dignus qui Iudæ fratri suo succederet, cõmunibus Iudæorũ suffragijs administrãdæ militiæ præfectus est. Quo cõperto Bacchides ueritus ne Ionathas quoq; multũ negotiorũ exhibeat regi & Macedonibus, quemadmodũ antè Iudas fecerat, decreuit eũ dolo tollere: sed hoc eius propositũ nec ipsum nec Simonẽ fratrẽ latuit: quamobrẽ maturè moniti assumpta sociorũ manu in desertũ urbi uicinum celeriter refugerũt: & cũ uenissent ad aquã quæ dicitur lacus Asphar, ibi morabãtur. Porrò Bacchides sentiẽs eos timere, & in deserto illis latinare, duxit contra eos omnes suas copias, & positis ultra Iordanẽ castris confluentẽ illuc militẽ recipiebat. Ionathas autem cognito illius aduentu, misit fratrẽ suum Ioannem Gaddim ad Nabathæos Arabas, ut apud eos impedimẽta

deponeret, donec armis cũ Bacchide decerne-
ret; erant enim amici: sed in itinere inuaserunt
eũ Medabenses Amarei filij: direptisq; impe-
dimentis & quicquid secũ deferebat, cõprehen
sum interfecerunt cũ omnibus socijs: cuius sce-
leris paulò pòst pœnas dederũt eius fratribus,
sicut suo loco dicetur. Bacchides autẽ cognito
q̃ Ionathas castra haberet in Iordanis palu-
stribus, sabbato illũ aggressus est ratus nõ repu-
gnaturũ propter religionẽ diei. At ille cohor-
tatus socios, et ostẽso periculo q̃ nisi uiri essent,
nõ possent euadere, clausi à tergo amne, à fron-
te hostibus: uotisq; Deo factis pro uictoria, im-
pigrè hostẽ aggreditur: & prostratis nõ paucis,
uidens ipsum Bacchidẽ in se ruere, ferire eum
conatus est: sed cùm ille eam è ictum declina-
sset, Ionathas eum socijs desilientes cõmiserunt
se flumini, & in oppositã ripam enatarũt, ho-
stibus nõ ausis traijcere, sed ad Hierosolymita-
nam arcem reuertentibus, desideratis ex eorum
numero fermè duobus millibus. Post eum con-
flictum Macedo communiuit aliquot oppida,
Hierichuntem, Emmauntem, Bethoron, Be-
thellam, Thamnatham, Pharathonem, To-
choam, Gazara, additis mœnibus & turri-
bus, ut impositis in eas præsidijs, res Iudæorum
inde infestaret excursionibus: sed nihil æquè
ut Hierosolymitanam arcem munijt, in quã
acceptos à Iudæorum principibus filios obsides
inclusit,

inclusit, ne ibi custodirentur. Eodē tēpore nuntiatum est Ionathæ & Simonis fratribus, quòd Amarei filij celebraturi essent nuptias, et adducturi spōsam ab oppido Gabatha, filiā illustris eiusdā inter Arabas: eamq; puellā traducendā cū pōpa sumptuosa & splēdida. Fratres autē existimātes opportunissimum ad ulciscendam tēpus sibi oblatum, & facilè ulturos se iniuriā fratri illatā, uersus Medabam properauerūt, & insidijs in mōte collocatis expectabāt eorum trāsitum. Vt uerò in cōspectū uenit spōsus cum uirgine & amicorū comitatu, ut fieri solet in nuptijs, coorti ex insidijs omnes ad unū interfecerūt, & cum ornamētis cæteraq; præda reuersi sunt noti compotes, & egregiè ulti germani interitū de Amarei filijs: ceciderūt enim hi nō soli, sed cum uxoribus, liberis & amicis, usq; ad quadringētorum numerum. Atq; ita Simō cū Ionatha in paludestria Iordanis reuersi, illic cōmorabātur. Bacchides aūt p totā Iudeā præsidijs dispositis, ad regē suū reuersus est, quo tēpore per integrū biēnium status rerū Iudaicarum fuit pacatior. Trāsfugæ autē & uulgus impiorum hominum uidētes Ionathā & eius factionē securè uersari in Iudea propter tranquillitatem temporum, per nuntios solicitauerunt Demetrium, ut Bacchide misso Ionathan in potestatem suam redigeret, fore enim hoc perfacile, & unica nocte posse omnes eius

milites insperato incursu opprimi: qui ubi iussu regis in Iudeam peruenit, ad omnes eius regionis amicos suos & auxiliares scripsit, darẽt operã ut cõprehenderetur Ionathas. Cumq; omnium insidijs appeteretur, nec tamẽ quicquã proficeret: cautus enim erat ut qui dolum praesenserat: iratus Macedo trãsfugis, putãsq; & se & regẽ ab eis haberi ludibrio, interfecit ex eis L. praecipuos. Ionathas aũt cũ fratre et suorũ manu metu secessit in uicum Bethalagã, qui in deserto situs est: eumq; munijt mœnibus & turribus, ut tutũ haberet receptaculũ: quo audito Bacchides cũ totis suis copijs, adiunctisq; Iudaeorũ suae factionis auxilijs cõtra eum profectus est: & aggressus oppugnare munitiones, per aliquot dies in eo conatu perstitit. At ille nihil territus restitit acriter, relictoq; ad oppidi tutelã Simone fratre clàm egressus, & collectis in uicina regione suae factionis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit, & multis trucidatis effecit ut frater aduentũ suũ cognosceret; quã primũ enim tumultum sensit in castris hostium, eruptione facta incẽdit eorũ machinas, eade etiam nõ mediocri edita. Bacchides uerò uidẽs se à frõte ac tergo innasum ab hostibus, re inopinata cõsternatus ob insperatũ obsidionis exitũ, uix fuit cõpos animi: totã aũt indignationem effudit in trãsfugas ut impostores, quorũ opera missus à rege fuerat, unũ cogitãs quomodo ex

do ex dignitate sua & regis obsidioni fine imposito, exercitũ sine ignominia posset reducere.

Ionathas fessum bello Bacchidem compellit inito cum Iudæis fœdere exercitum abducere. CAP. II.

QVa eius uolũtate cognita, Ionathas, misit ad eum nuntios, petẽs societatem & amicitiã inter se & eum fieri, captiuis utrinq; reddꝛtis. Id Bacchides ratus sibi honorificũ, & oblatam occasionẽ qua posset non inglorius obsidionẽ soluere, amicitiã cũ Ionatha iniit, iureiurando interposito, neutrũ arma moturũ in alterum: redditisq; & receptis captiuis, Antiochiam ad suũ regẽ reuersus est: nec unquã posthac Iudaã eum exercitu repetiit. Ionathas uerò hãc securitatẽ nactus, & degẽs apud Machmã oppidum, administrationi rerum & iuri populis reddendo operã impendit, & seuerè animaduertẽs in religionis patriæ desertores, repurgabat suã gentẽ ab huiusmodi contagionibus. 1. Mac. 9.

Alexander filius Antiochi Epiphanis regem Demetrium bello aggreditur. CAP. III.

ANno autẽ sexagesimo supra centesimum Alexander Antiochi Epiphanis filius veniens in Syriã Ptolemaidẽ occupauit, proditione militũ qui eam tenebãt præsidio, moresq; Demetrij oderant, ut parum comis & superbi admodum. Inclusus enim in regium quoddam castellum munitũ quatuor turribus, nõ procul situm ab Antiochia, neminẽ admittebat: & omissa

omissa reipub. cura degebat in otio per segni-
tiem, unde graviora etiam odia contra eũ exor-
ta sunt, sicuti alibi à nobis dictũ est. Audito
igitur quòd Alexãder occupasset Ptolemaidẽ,
cum omnibus copijs contra eum profectus est.

Demetrius missa legatione ad Ionathan multis eum
verbis eum ad amicitiam suã pertrahit. C.XIIII.

1. Mac. 10 MIsit etiam legatos ad Ionathã, invitans
eum ad societatẽ & amicitiã, praeveni-
re Alexãdrum cupiẽs, ne fortè ille prior impe-
traret illius auxilium, idq; eo facilius, q odia
inter se & Ionathã intercesserant: cui manda-
bat ut haberet delectũ militũ, et arma pararet,
recipereteq; Iudeorũ obsides, quos Bacchides in
Hierosolymitanã arcẽ incluserat. Talis eõdem
eũ afferretur à Demetrio, Ionathas venit Hie-
rosolyma, & legit regias literas audiente tam
populo quam arcis praesidio: quibus lectis impij
& transfugae qui in arce erant vehemẽter sunt
territi, quòd rex Ionatha & exercitũ colligere
permitteret, et obsides recipere: quos suis quẽq;
parẽtibus restituit. Atq; ita Ionathas Hiero-
solymis habitabat, suo arbitratu multa in ea
urbe reparans: nam & moenia eius iussit saxo
quadrato exstrui, quo firmiora essent cõtra as-
sultus hostiũ. Quod ubi senserũt q dispersi erãt
per praesidia, omnes relictis illis receperunt se
Antiochiã, exceptis solis q Bethsura tenebãt
et arcẽ Hierosolymitanã horũ maxima pars cõ-
stabat

stabat ex Iudeis religionis desertoribus, et ideo pre metu non sustinuerunt præsidia relinquere.

Alexander maioribus quàm Demetrius pollicitationibus & delato pontificatu Ionatham in partes suas traducit. CAP. V.

ALexander autẽ cognito quid Demetrius Ionathæ promiserit, nec ignorãs uiri fortitudinẽ, & quomodo se gesserit cõtra Macedonas, tum qualiter uexatus sit à Demetrio eiusq; duce Bacchide, apud amicos dictitabat, non posse se eo tempore cõmodiorẽ socium inuenire quã Ionathã: qui & uirtute sit eximia, & peculiares odij causas cõtra Demetriũ habeat, quod datis uicissim & acceptis cladibus exacerbatum fuerat. Itaq; si idẽ ipsis uideatur, adesse occasionẽ inuitãdi hominẽ ad amicitiã: eumq; id purpuratis quoq; suis probari animadverteret, scripsit talẽ epistolã. Rex Alexander Ionathæ fratri S. Quia iamdudũ audiuimus de fide tua simul & fortitudine, mittimus ad te qui de societate agãt, & amicitia: & nostro suffragio hodie te pontificẽ Iudeorũ constituimus, & in amicorũ nostrorũ numerũ ascribimus: mitto etiã tibi munera, stolam purpuream & coronã aureã, & rogo ut sic honoratus à nobis, mã cedas nobis nostræ benevolentia. His literis acceptis Ionathas pontificiã stolam induit in ipso Scenopegia festo, post quadriennium exactum à Iudæ fratris obitu, cùm III.

nacasset interim sacerdotium: moxq; contraxit exercitũ, et fabricauit magnũ armorũ numerũ. Demetrius uerò hoc cognito multum doluit, damnans suã cunctationẽ, q̃ nõ praueniẽs animum ebl̃ditus sit Ionathæ fœdera, sed elabi sibi hanc occasionẽ, & ab Alexandro arripi passus sit. Scripsit tamen etiam ipse pontifici & populo in hanc sententiã. Rex Demetrius Ionathæ & Iudaorũ genti salutẽ. Quoniã seruastis nostra fœdera, & solicitãtibus uos inimicis nostris nõ accessistis, equidẽ laudo uestrã fidem, hortorq; ut constantes sitis in ea, dignã percepturi à nobis gratiã. Remittã enim uobis maximam tributorũ partẽ: & iam nũc remitto quæ pendebatis tam mihi q̃ his qui me præcesserunt regibus: insuperq; salis pretium & aurũ coronarium, & tertiã seminis dimidiamq; partem fructus arborei solitã mihi cedere, ab hodierno in posterum uobis remitto: simulq; quod in singula capita pendebatur ab his qui Iudeã incolunt, & tres attributas ei toparchias, Samariã, Galilæam & Peræam, uobis concedo in perpetuum. Et Hierosolymitanã urbem sacram esse uolo, & ius asyli habere, immunemq; esse cum suis finibus à tributis atq; decimis. Arcẽ etiã eius permitto pontifici uestro Ionathæ, ut quos ipse fidos et amicos probauerit, in præsidio eius constituat. Eos quoq; Iudæos qui iure belli ea-pte seruitutẽ in nostra ditione seruiunt, in pri-

stinam

ſtinam libertatẽ reſtituo, ac ne iuuẽta quidem ad angarias adigi permitto. Sabbatis item & feſtis ſolemnibus & eribus diebus ea præcedentibus immunitatẽ concedo. Eodẽ modo Iudæos qui in mea ditione habitant, liberos & ſine moleſtia degere uolo: & quicũq; ex eis mecũ militare uoluerint permitto, dũtaxat uſq; triginta milliũ numerũ: idq; ea conditione ſtipendiorũ, qua cæteros meos milites. Habebo etiam eos in præſidijs & in meo ſatellitio, & principes eorũ in aulicorum meorũ numero. Permitto etiã ne patrijs mãeant legibus & ipſi & tres attributæ eis præfecturæ: utq; põtifici curæ ſit, ne quis Iudæus aliud tẽplum præter Hieroſolymitanũ religionis ergò adeat. Præterea do in ſingulos annos ex meis rationibus in ſumptus ſacrificiorũ quindecim millia ſiclorũ argẽti, & quod pecunia ſuperfuerit ueſtrum eſſe iubeo: & decẽ illa drachmarũ millia, quæ de tẽplo accipiebant reges, ſacerdotibus atq; miniſtris tẽpli remitto, ad quos ea pertinere cõpertũ mihi eſt. Quicũq; etiã cõfugerint in templũ Hieroſolymitanũ, famemq; contiguũ, ſive ob debitã regi pecuniam, ſive alia de cauſa, immunes ſint ab omni uexatione, tam ipſi q̃ eorũ facultates. Permitto etiã ne reparetur templũ, & operũ ſumptus de meis pecunijs fieri iubeo: ſicut & mœnia & turres altas æque de meo uolo ædificari: tum ſi quæ ſunt loca per Iudæam apta ad ſtruendas arces,

imponẽdaq; præsidia, & hac meo sumptu muniantur. Atq; hæ fuerũt literæ ac pollicitationes Demetrij. Alexander autẽ rex magnis copijs cõtractis tam è mercenario militie, quam eo qui in Syria defecerat à Demetrio, omnes in hostem duxit, collatisq; signis sinistrũ cornu Demetrij oppositã sibi aciem terga coẽgit vertere: hærentesq; diu fugientium vestigijs etiã castra eorum diripuerunt: at dextrum cornu in quo rex ipse pugnabat, compulsum est loco cedere, & reliquis effuse fugientibus, Demetrius fortiter decertans alios hostium occidit, alios non sustinentes ipsius impetum persequens, abreptus est in cœnũ quoddã profundum & tranſitu difficile: ubi prolapso equo, omni effugio destitutus, ab accurrentibus oppressus est. Circumdatum enim coronæ confixerunt iaculis: at ille etiam pedes generose repugnabat, donec crebris vulneribus confectus succubuit. Hic fuit finis Demetrij post exactum regni annum undecimum, sicut in alijs commẽtarijs iam antè demonstrauimus.

De templo Dei ab Onia ædificato. CAP. VII.

XIII. ONias autẽ pontificis Onia filius qui profugus Alexãdriæ degebat apud Ptolemæum Philometorem, ut iam antè diximus, videns Iudeam nasctam à Macedonibus eorumq; regibus, & sibi æternã memoriã parare volens, decreuit à rege Ptolemæo & regina Cleopatra

per

per literas petere, ut sibi liceat in Aegypto instar illius Hierosolymitani templi edificare, & in eo Leuitas & sacerdotes ex suo genere constituere. Hoc autē consiliū cepit fretus maximè prophetæ Esaiæ nationio, q̄ ante D C. amplius annos prænuntiarat fore omnino ut templū aliquando Deo maximo ædificaretur in Aegypto, idq; hominis Iudæi opera. Hoc igitur oraculo excitatus scribit Ptolemæo & Cleopatræ eadem epistolam. Dum in bello strenuam nobis operā nauans cū Deo patrias regiones obirem, animaduerti apud Coelesyriam & Phœnicē et Leontopolim, quæ est in præfectura Heliopolitana, aliisq; in locis Iudæos præter decorū habere tēpla, & ideo male inter eos cōuenire: quod & Aegyptijs usu uenit, propter multitudinē templorū & diuersitatē religionū. Et quia locum idoneū inueni apud castrū quod agrestis Bubastis dicitur, plenū uaria materia sacrisq; animalibus, rogo ut mihi permittatis templum quod illic est nulli sacratū numini, iamq; collapsum repurgare, & aliud loco eius Deo maximo extruere ad Hierosolymitani illius similitudinē, pari etiam modo & mēsura, pro salute tua, & reginæ, atq; liberorū uestrorum: ut Iudæi qui Aegyptū incolunt illuc conuenientes, quo magis alunt mutuā concordiā, eo accōmodatiores fiant tuis usibus. Nam & Esaias uates prædixit, q̄ erit domino Deo sacrarium in

Aegypto, et alia multa de eo loco ceciniè. His Onia literis acceptis, rex, & soror eius ac cõiux Cleopatra, declarauerũt suã pietatẽ per epistolã quã ei reseripserunt. Nam peccatũ hoc & praeuaricationẽ legis à se in Onia caput reiecerunt. Sic enim reseriptũ habet. Rex Ptolemaeus et regina Cleopatra Onia gaudiũ. Legimus tuas literas in quibus postulas ut tibi permittamus illud apud Leontopolim praefecturæ Heliopolitanæ collapsum templũ repurgare, quod uocatur agrestis Bubastis: quod sanè miramur, si potuerit acceptũ esse Deo templũ statutũ in impuno loco & pleno animalibus. Sed quoniã ait prophetã Esaiam iam olim prædixisse, permittimus tibi hoc quatenus potest salua legis obseruatione fieri, ne uideamur per hoc peccare in dominũ. Onias igitur impetrato loco exstruxit ibi templũ & altare Deo ad Hierosolymitani similitudinẽ, sed munus, & nõ peraquè opulentum. Mensurã uerò eius & nasa nũc nõ libet repetere, cõmemorata iam ante in septimo belli & captiuitatis Iudaicæ uolumine. Nec defuerunt Onia similes ipsius Leuitæ ac sacerdotes, qui illic diuinũ cultũ frequẽtarent & instaurarent cæremoniæ. Sed de hoc tẽplo hactenus. Apud Alexandriã uerò inter Iudæos & Samaritas qui sub Alexãdro magno Garizitani templi religionẽ induxerũt, seditio est exorta de sacris ipsorũ, ita ut res ad regis cognitionẽ perueniret:

uenirent: dũ Iudæi cõtendunt iuxta Moysi præscripta Hierosolymitanũ templũ esse legitimũ, Samarita uerò Garizitanũ: prouocatũq; est ad regẽ & amicorũ eius cõcessum, ut ab his causa audiretur, & utrius partis causidici succumberent, morte mulctarẽtur. patrocinabatur Samaritis Sabbæus cũ Theodosio, Hierosolymitanis Iudæis Andronicus Messalami filius, iurauerunt q; per Deum & regẽ, q ex lege probationes allaturi essent, & rogauerũt regẽ ut necaret eum qui iusiurandũ nõ seruasse deprehẽderetur. itaq; rex multis amicis in cõsiliũ adhibitis, cõsedit causam auditurus. Iudæi uerò q Alexandriam habitabãt nalde erant soliciti pro tuendis iuris Hierosolymitani tẽpli, agrè ferentes auctoritatẽ antiquissimi et nobilissimi in orbe tẽpli uocari in discrimẽ. Sed cũ Sabbæus et Theodosius concessissent Andronico ut prior diceret, orsus ex lege approbare eius sanctitatẽ & religionẽ, ostẽdensq; per cõtinuas põtificum successiones sacerdotij usq; in sua tẽpora propagationẽ, & ab omnibus Asiæ regibus maiestatẽ eius loci honoratam donarijs: Garizitani uerò acsi oũno nullũ esset, numq; ab his habitã rationẽ: his & talib⁹ rõnibus psuasit regi ut decerneret Hierosolymitanũ esse ex sententia Moysis cõditũ, Sabbã uerò & Theodosiũ addicerct supplicio. Atq; hæc sunt quæ Alexãdrinis Iudæis acciderũt Ptolemæi Philometoris tẽpore.

NB

Quòd Alexander, post mortem Demetrii Ionathæ in summo honore habuit. CAP. VII.

1. Mac. 11

CAeso autẽ in pugna Demetrio sicut superius dictũ est, Alexãder assumpto Syriæ principatu scribit Ptolemæo Philometori; filiã etus nuptũ sibi dari deposcẽs, equũ esse dicens, ut se affinitate dignetur post receptũ, fauẽte Deo, paternũ imperiũ, & Demetriũ bello deuictum. Ptolemæus uerò libẽter eius postulatis admissis, rescripsit & gratulari se ei de recepto regno paterno, & filiam collocaturũ in matrimonium: iussitq; ut sibi Ptolemaidẽ occurreret; adducturo illò filiã, et ibi celebraturo eius nuptias: subsecutus deinde literas, ad cõstitutum locum pernenit cũ Cleopatra filia, & reperto ibi Alexandro eã coniunxit, addita in dotẽ auri & argenti summa quãta tam potẽtem regem decuit. Ad has nuptias uocatus est p literas ab Alexandro et Ionathas põtifex, & cùm uenisset ad reges, amplicq; muneribus utrumq; donasset, ab utroq; in magno honore habitus est: nam Alexander mutare eũ uestẽ coẽgit, & purpuratum assidere sibi pro tribunali: mãdauitq; suis ducibus ut in mediũ urbis eo producto, præconis uoce edicerẽt, nemini licere accusationẽ cõtra hominẽ instituere, aut ulla in re exhibere ei negotium. Quo facto cum manifestũ esset quãti rex eum faceret, aduersarij qui ad accusandũ paratè uenerant, subduxerunt se, ueriti ne ipsis ponæ

mali

muli aliquid accideret. Tanta autẽ benevolentia rex hic Ionathã prosecutus est, ut ei primum locum in amicorũ suorum numero assignaverit.

Demetrius Demetrii filius deuicto Alexandro & occupato regno in fœdus & amicitiam Ionathan recipit. CAP. VIII.

ANno autem centesimo sexagesimoquinto Demetrius Demetrij filius, acceptis multis mercenarijs militibus à Lasthene Cretensi, soluens ab ea insula traiecit in Ciliciam: cuius rei nuntio Alexander uehementer est territus: moxq; è Phœnice properauit Antiochiam, ut res eius ante Demetrij aduentũ in ordine constitueret, interim Cœlesyrie Apollonio Dano duce præposito. Is profectus cũ exercitu Jamniam, misit ad Ionathan pontificem nuntium, rem indignam dicens cum solũ pro suo arbitrio uiuere non subiectũ regis imperio: & sibiipsi esse opprobrium, quòd eum sub imperium nõ redigat. Ne igitur, inquit, in mũtibus desidens putes te posse aliquid: sed si confidis tuis uiribus, in campum descende, ut ferro decernamus uter nostrum sit uirtute præstantior. Ne sis tamen inscius, quòd è singulis urbibus fortissimi mecum militant, assueti semper tuos maiores uincere: quãobrem prouoco te in eum locum, ubi armis non saxis pugnandum est, & in quo nullum præsto est nisi tu refugium. His uerbis irritatus Ionathas, delectis decem millibus militum, una cum Simone

fratre profectus est Hierosolymis: et cùm peruenisset Ioppen, extra urbẽ castra metatus est, exclusus a Ioppensibus, qui intus habebãt Apollonij præsidium. Ionatha autẽ oppugnationẽ instituente, ueriti oppidani ne per uim caperẽtur, portas ei aperiunt. Apollonius uerò postquam accepit Ioppen occupatam à Ionatha, assumptis tribus equitũ, octo peditũ millibus Azotum se contulit: & inde profectus lento gradu iter faciebat. Cumq; uenisset Ioppen, paulũ retrocedẽs traxit Ionathã in planiciẽ fretus equitatu, & in eo uictoriæ spem collocãs. Ionathas uerò pgressus insequebatur Azotũ uersus Apollonium: qui ubi hostem conspexit deuenisse in plana, reuersus est ut prælium committeret: cumq; mille equites in insidijs positi fuissent in quodã torrente, ut se Iudæis à tergo obijcerẽt, Ionathas q hoc maturè sensit nõ est territus, sed instructa in laterculi formam acie, hortatus est suos ut utrinq; pugnarẽt in hostẽ, à tergo & a fronte aduersum resistendo: cumq; prælio protraheretur usq; ne sperans, data parte exercitus Simoni fratri iussit hunc cum hostium phalange cõfligere, ipse uerò suis mandauit ut obiectis scutis exciperent tela immissa ab equitibus: qui cùm hoc fecissent, exhausti sunt telis equites, nec tamen quenquã læserunt, nõ enim penetrabant ad corpora, sed obiecta scutorũ cum testudine, densitate eorũ facile repellebantur, & cadebãt irrita. Vbi uerò iaculando

landa à mane usq; post meridiem lassatũ hostem animaduertit Simon, phalangẽ aggreditur, & ostentata egregia suorũ opera, hostem coegit fugere: quo facto equites, ne ipsi quidẽ locũ suum tenuerunt, sed fusi diuina iactatione, & nihil amplius spei situm in peditibus, nullo ordine confusi fugiebant, dissipati per totã planiciem. Ionathas autẽ victos Azotum usq; persequens, multis cæsis, reliquos desperata salute in templum Dagonis, quod est in ea urbe, cõpulit: quæ capta eodẽ impetu, & ipsam & circumiacentes uicos incendit: ac ne Dagonis quidẽ religione deterritus, & fanũ ipsum & quotquot eò confugerãt eõcremauit: fuitq; numerus tam eorum qui exusti sunt, quam qui ceciderũt in prælio, octo millia hominum. Deuicto igitur hoc exercitu, ab Azoto profectus ad Ascalonem admouit copias. & cùm extra urbem castra posuisset, prodierũt ad eum Ascalonitæ cum honorificis muneribus: quibus acceptis, & collaudata eorũ uoluntate, reuersus est illinc Hierosolyma, multam secum ducens prædam, quam abegit deuictis hostibus. Cæterùm Alexander audito q̃ victus esset dux eius Apollonius, simulabat se latũ, quandoquidẽ ille præter animi sui sententiam aggressus esset Ionathã, amicum & socium: & misit ei uirtutis ergò fibulã auream, quod gestamen solis cognatis regis concedebatur, & Accaronis toparchiam ei possi-

VII. dendam in perpetuũ addixit. Per idem tem-
pus Ptolemæus Philometor cum naualibus &
terrestribus copijs uenit in Syriam, Alexandro
genero laturus auxilium, alacriter excipientibus
ipsius iussu ciuitatibus usq; Azotũ, ubi obuiam
debatur querimonijs deplorãtium Dagonis tem-
pli incendium: accusabantq; populariter Jona-
thamen autorẽ eius iniuriæ, qui & agros eorũ na-
stasset ferro ac flãmis, & plurimos ciuiũ dedisset
exitio. Ptolemæo penè dissimulãter audiente eo-
rum querimonias. Jonathas uerò apud Joppen ei
occurrit, exceptus & muneribus & omni bono
uis genere: deinde cum usq; Eleutherũ fluuium
regẽ deduxisset, reuersus est Hierosolyma. Post-
quàm autẽ Ptolemaidẽ peruenit, minimũ abfuit
quin oppressus sit Ptolemæus, Alexãdri insidijs
per Ammonium eius amicũ appetitus: quibus
detectis scripsit Alexãdro, deposcens Ammo-
nium ad supplicium, quod meritũ aiebat, pro-
pter structas sibi insidias. qui cũ non dederetur,
intellexit ipsum Alexandrum earũ fuisse au-
torem, & cœpit eũ magno odio prosequi. Jo-
nathenes autẽ iam antea propter eum Ammo-
nium infensos habebat, a quo plurimis affectus
fuerat incommodis. Non tamen effugit pœnam
Ammonius, eripuit ei uxorem, dũ ami-
cum fœmineo quærit latebras, quemadmodum in
alio diximus cõmentario. Ptolemæus autem af-
finitatis Alexandri pœnitens, & lati aduersus

Demetr

Demetrium auxilij, abstracta à marito filia con-
festim ad Demetrium mittit legatos de societate
& amicitia, his conditionibus, ne daret ipsi in ma-
trimonium filiam, in paternum regnum eum resti-
tueret. Ille ille & amicitiam eius & oblatam
coniugem perlibenter amplexus est: unus etiam
reliquus erat labor Ptolemæo, ut Antiochensi-
bus persuaderet Demetrium recipere, alienatis
ab eo propter iniurias à patre eius acceptas.
Perfecit tamen hoc quoq; nam propter Ammo-
nium habentes exosum & Alexandrum facile
impulsum, ut eum ex urbe ejicerent. Atq; ita
elapsus ex Antiochia venit in Cilicium. Ptole-
mæus verò urbem ingressus, & à civibus vex cõsa-
lutatus est, & ab exercitu coactus duo sibi ca-
pere diademata, alterum Asiæ, Ægypti verò
alterum. Sed cùm esset natura instus, & nimia po-
tentiæ minimè cupidus, ad hæc prudens, & qui
vellet Romanis invidiosus fieri, advocata An-
tiochensium cõcione, persuasit eis ut Demetrium
reciperent, pollicitus eum maiorem rationem ha-
bituros recentis eorum beneficij, quàm odium
quæ illis cum patre eius intercesserant. Sed quoq;
affirmauit monstraturum ei fore uiam recte in sti-
tuendæ & administrandæ Reip. nec passurum
quicquam temere quod non deceat: nam quod ad
dominationem attineat, cõtentum se esse Ægy-
pti imperio: atq; ita perductis sum in eam senten
tiam Antiocheni, ut Demetrium reciperent.

Catet

Cæterùm cùm Alexãder ducens ualidũ exercitum è Cilicia inuasisset Syriam & Antiochenum agrũ uastaret rapinis atq; incẽdijs, occurrit ei Ptolemæus una cũ genero suo Demetrio, iam enim cõfecta erant nuptiæ: & uictus Alexander cõpulsus est fugere in Arabiam. Fortè accidit in eo prælio, ut equus Ptolemæi consternatus barritu elephanti cum exueret, prostratumq; aggressi hostes uulneribus in caput inflictis in periculum extremũ adducerẽt, ni erepens esset interuentu satellitũ: attamen per integrum quatriduũ sopitis sensibus, nec loqui potuit, nec loquẽtes intelligere. Alexãdri uerò caput Zabdiel Arabũ dynasta recisum misit ad Ptolemæum, qui die quinta demũ respirans à uulneribus, et ad se reuersus incũdissimo sibi rumore simul & spectaculo capitis, ac mortis Alexandri, pauit animũ & oculos: nec ita multò post exsatiatus gaudio percepto ex inimici interitu, & ipse uitã finijt. Alexãder autẽ cognominatus Zoles, per quinquẽnium regnũ obtinuit, sicut aliàs indicauimus. Demetrius autẽ cognomine Nicanor, regno potitus cùm esset prauo ingenio, male multabat Ptolemæi milites, obliuiosus & auxilij & affinitatis quæ p Cleopatræ nuptias recẽs intercesserat. Illi uerò perosi hominis ingratitudinem receperũt se Alexãdriam, elephantis tamen in eius potestate relictis. Interim Ionathas pontifex coactis è tota Iudæa copijs,

aggr

aggressus est oppugnare arcem Hierosolymis & Macedonicũ præsidium, cum desertoribus religionis qui eò confugerant. Illi primũ contemnebant eam ratione, quòd satis fiderent loci munitionibus: tandẽ uocte aliquot scelesti elapsi perueneruñ ad Demetriũ, arcis oppugnationẽ nunciantes: Qui iratus mouit exercitũ ex Antiochia cõtra Ionathã: cumq; peruenisset usq; Ptolemaidẽ, accepit eum ad se per literas. Ille nõ intermisit oppugnationẽ, cũ senioribus populi & sacerdotibus auruñ, argentũ, uestem, aliaq; xenia deferens uenit ad Demetriũ, & hac munificentia mitigauit regis animũ: tractatuq; honorificè, cõfirmatus est in põtificatu, quẽadmodum & superioribus regibus. Accusatoribus autẽ eius transfugis fidẽ non habuit: uerumetiã rogatus ut pro Iudæa uniuersa tribusq; attributis ei toparchijs, Samaria, Ioppe, & Galilæa, CCC. tantum talenta penderentur, concessit per diploma tale. Rex Demetrius Ionathæ fratri & Iudæorum gẽti gaudium. Exemplũ epistolæ quã scripsimus Lastheni parenti nostro, cum essemus ad uos ut sciretis: Rex Demetrius Lastheni patri gaudiũ. Genti Iudeorũ amicis nostris, & iura amicitiæ seruãtibus, decreui benemolentiæ gratiam referre: quapropter tres præfecturas, Aphæremam, Lyddã, Ramathẽ cum suis finibus, Samaritis ademptas ad Iudæam attribuo, & remitto quicquid solebãt usque me reges accipere à sacrificijs

180000

sacrificijs Hierosolymis, aliisq; tributa pro fructu terræ atq; arborũ: præterea salinarũ vectigal & aurium coronarium, neq; quicquam horum exigetur in posterum. Curabitis ut hæc scripti exemplar mittatur ad Ionathan, & dedicetur in illustri aliquo loco templi sanctissimi. Hactenus diploma. Porrò Demetrius videns ditionem suam pacatã, & nihil timendũ periculi, dimisit exercitum, & stipendia militum minuit, solis exteris mercedem soluens, quos secũ è Creta aliisq; insulis collectos adduxerat: quamobrem odium sibi concitauit apud proprium militem, cui ipse nihil tribuebat, solitus ab aliis ante eum regibus etiam pacis tempore stipendium accipere, ut hoc pacto alacriores fierent ad subeunda quoties opus esset pericula.

Tryphon Apamenus post deuictum Demetrium Antiocho Alexandri filio regnum affert, recepto in amicitiam Ionatha. CAP. IX.

VIII. 1. Mac. 11.

Hanc alienationẽ militis à Demetrio animaduertens quidam ex Alexandri ducibus genere Apamenus, Diodotus cognomine Tryphon, venit ad Malchũ Arabem, qui educabat Alexãdri filium Antiochum: & cùm indicasset ei quam infensi essent Demetrio milites, suasit ut sibi Antiochum traderet: esse enim rerum se potiturum, ut is receptus patrio imperio. At ille primum difficilẽ se præbebat, quòd nõ satis ei fideret: tandem Tryphon eniciꝰ

assid

assiduis precibus. Interea Ionathas pontifex molens tollere Hierosolymitanæ arcis præsidium, & impios undiquaque fugare, reliquosq; qui arcem tenebant in ea regione, legatione cum muneribus missa ad Demetrium, rogabat eum ut præsidia de Iudææ castellis ejiceret. Qui non hac tantum in re, sed maiora etiam gratificaturum se ei pollicitus est, quàm primum leuatus esset præsenti bello, per cuius negotia non liceret nunc id facere. Postulabat enim ut pro iure amicitiæ mitteret auxilia, quandoquidem sui milites ad hostem deficerent: mq; millia delectorum militum Ionathas ad regem misit. Cæterùm Antiochenses exosum habebant Demetrium, tam propter ipsius, quàm propter paternas iniurias, cupiebant eum per occasionem aggredi: uidentesq; auxilium ei uenisse à Ionatha, & considerantes breui augendas eius uires, nisi maturè prauenirent, correptis armis circumsteterunt regium uelut expugnaturi. & interceptis exitus conabantur illum in potestatem suam redigere. Qui uidēs populum arma sibi hostiliter se impetere, assumpto mercenario milite & Iudæis auxiliaribus, cōfixit eū Antiochenisibus, & superatus numero cōpulsus est cedere. Tum Iudæi cœperūt se in tecta regiæ è superiore loco missilibus feriebāt populū: quod cum ea facerent propter loci eminentiam, facilè repulerunt eum à propinquis ædibus: & mox iniecto in eas igne, incendium totam urbē peruagatum

genum eſſe probum denſumq; ædificiorũ, quæ tota fere conſtabãt è materia lignea. Antiochenſes uerò nõ ualentes ædibus ſuis ſuccurrere, in fugã ſe uerterunt. Tum Iudæi de imo tecto in alium trãſilientes, uarijs modis eos infectabãtur. Rex autẽ animaduertens Antiochenos occupatos in eripiendis liberis et uxoribus, & ideo intermiſiſſe prælium, per diuerſos angiportus eos aggreſſus, multis occiſis reliquos coegit abiectis armis deditionẽ facere: & conceſſa audacię uenia, ſeditionẽ compeſcuit, donatoſq; Iudæos præda quã ex direptionibus parauerãt, & collaudatos quaſi autores eius victoriæ, remiſit ad Ionathan non ſine præclara uirtutis eorũ teſtimonio: poſtea tamẽ ingratus apparuit, & non ſeruauit pollicita, bellum etiam minatus, niſi redderet tributa omnia quæ Iudæorũ gens ſolita eſt prioribus regibus pendere. Feciſſetq; etiam, ni impedimento eſſet à Tryphone, coactus apparatum contra Ionathan factũ in illum potius uertere: reuerſus enim ex Arabia in Syriã cum Antiocho etiam eũ adoleſcẽte, diadema eius capiti impoſuiſſet & deſciſcẽtib⁹ ad ſe omnib⁹ militibus, qui fraudi ſtipẽdijs fuerãt, aperto bello Demetrium adortus eſt: et uno prælio facto ſuperiorem, tum elephãtos, tum Antiochenam urbem illi ademit, cõpulſo in Ciliciam cedere. Tum Antiochus adoleſcẽs miſſis literis & legatis ad Ionathan, ſociũ & amicũ eum nominat, & pon-

tificat

tificatũ ei cõfirmat, conceſsis & quatuor præfecturis, quæ Iudæorũ regioni attributæ fuerant. Ad hæc aurea uaſa & pocula ueſtemq; purpureã, & ius utendi miſit ei, nec nõ fibulã aureã, cooptato inter amicos primarios. Simonem etiã eius fratrem militibus quantũ eorum eſſet Tyrũ inter & Ægyptum præpoſuit, Ionathas uerò lætus tot collatis in ſe per Antiochũ beneficijs atq; honoribus, & ipſe ſuos legatos ad eũ ſimul & Tryphonẽ miſit, amicũ ſe & ſociũ profeſſus, geſturũq; unà bellũ cõtra cõmunẽ hoſtẽ Demetriũ, multa de eius ingratitudine queſtus, quòd pro beneficio iniuriã ſibi repoſuiſſet. Cũ igitur permiſſum eſſet ei ab Antiocho, collectis etiã è Syria & Phœnice militibus bellũ cõtra Demetrij duces gerere, cõfeſtim profectus eſt ad uicinas urbes & oppida: a quibus honorificè exceptus, nullis tamen adiutus eſt militibus: & cũ Aſcalonẽ ueniſſet, hic quoq; ab oppidanis cũ muneribus ei occurſum eſt, quos & ipſos hortatus eſt, quẽadmodũ alias urbes Cœleſyriæ ut à Demetrio deficerẽt ad Antiochũ, & pro acceptis iniurijs pœnas ab eo repeterẽt: eſſe enim multas cauſas, cur ad hoc conſentire debeãt: quibus perſuaſis ut pollicerẽtur auxilia, ad Gazæos peruenit, ut hos quoq; cõciliaret Antiocho: hos præter ſpem inuenit portas ſibi clauſiſſe, nolẽtes deſerto Demetrio parti aduerſæ ſe cõiungere: quare Ionathas irritatus eſt ut

& agros uastarct, & urbẽ conaretur ui capere: relictaq; ad eius obsidionem parte exercitus, cum reliqua manu in uicos sæuiebat incendijs. Tũ Gazæi uidẽtes præsentẽ calamitatẽ ab hoste, nec ullũ interim auxiliũ à Demetrio, & spẽ quoq; incertã propter locorum distantiã, satius existimauerũt illo omisso necessitati suæ consulere: & missis ad Ionathã nuntijs recepti sunt in societatẽ atq; amicitiã. Aliquãdo enim homines nõ nisi suo malo docti intelligũt quid sit utile, eũ deberent sapere ante acceptũ incõmodũ, & ultrò potius quã coacti imperata facere. Ionathas uerò acceptis obsidibus, et missis Hierosolyma, digressus inde, totã regionẽ usq; Damascũ obibat. Cũq; Demetrij ualidus exercitus accessisset ad urbẽ Cedasam, quæ propinqua est Tyriorũ agro & regioni Galilææ, uellẽtq; Ionathã abstrahere à Syria laturũ opẽ Galilæis suæ ditionis hominibus, occurrit cò propere Simone fratre ad Iudææ præsidium relicto. Is collectis quotquot poterat eius regiõis militibus, Bethsurã oppugnabat, locũ totius Iudææ munitissimũ, & infessum à Demetriana factionis hominibus, ut iam antè diximus: qui eiam aggeribus simul ac machinis uehementer infestarẽtur, uereri ne occupato per uim loco ad unũ necarentur, per nuntiũ rogabant Simonẽ, ut sibi liceret relicta ipsi Bethsura, incolumibus decedere, & proficiscei ad Demetriũ. Ille uerò data eis in hoc

ut

ut postulabant fide, pro Macedonico suum ibi collocauit præsidium. Interim Ionathas in Galilæa motis à stagno Genneſara castris quæ primum posuerat, in campũ Aſor progressus est, nescius hostem esse in eo. Demetriani uerò qui ante unũ diẽ aduentum eius præsenserant, collocatis prius in mõte insidijs, ipsi in cãpo ei se opposuerũt. Quos cõspicatus Ionathas paratos ad præliũ, & ipse suos pro tẽpore ad certamen instruit. Sed cũ à tergo se insidiatores Iudæis ostẽdissent, ueriti ne intercepti in medio cõtrucidarentur, in fugam se dederunt, ita ut penè omnes Ionathã desererẽt in periculo. Soli duces Matthias Apſalomi & Iudas Chapſæi cum quinquaginta uirorũ fortiũ manu permãserunt: qui à desperatione sumpta audacia tanto impetu aduersam hostium frontẽ impulerunt, ut territi ceu furentibus cederẽt. Tum uerò illi qui Ionatham deſtituerãt, uidentes fluctuantẽ & inclinatã hostiũ aciẽ, reuersi in præliũ iam in apertã fugam uersos persequebantur, donec ad Cedasæ mentũ est, ubi intra castra cõpulsi sunt. Ionathas autem egregia uictoria potitus, recepit se Hierosolyma. Et cũ omnia sibi ex sententia, Dei fauore uideret cedere, misit Romã legatos de renouanda amicitia, quibus dedit mãdata, ut in reuertẽdo obiter inuiserẽt Lacedæmonios, eosq; cognationis admonerẽt atq; fœderis. Qui postquam Romam uenerunt, expositis ad senatum

postulatis Ionatha pontificis, quòd cuperet renouari fœdera, & impetratis quæ uolebant omnibus, acceptisq; literis commendatitijs ad reges Europæ & Asiæ, quò tutius possent iter facere, in reditu peruenerunt etiã ad Lacedæmonios, & obtulerunt eis literas à Ionatha pontifice, quarũ exẽplum erat hoc. Ionathas pontifex gentis Iudæorum, & senatus ac populus Iudæorũ, Ephoris Lacedæmoniorum senatuiq; & populo fratribus suis Salutem. Si ualetis, & res uestræ tam publicè q̃ priuatim prosperè cedunt, gaudemus: ualemus enim nos quoq;. Superioribus tẽporibus perlata ad Oniã pontificẽ nostrũ, ab Ario rege uestro missa per Demotelẽ epistola, de cognatione nostra, cuius exemplar subiunximus, & literas eas cupide accepimus, et Demoteli atq; Ario omnẽ exhibuimus beneuolẽtiã, quãuis iam ante hoc nõ ignoraremus, nimirũ docti è sacris nostris scripturis. Quòd uerò non prius uos cognatos agnouerimus, ideo factũ est, ne uideremur uobis captãdæ amicitiæ occasionẽ præripere. Interim eo tẽpore ex quo renouata est nostra necessitudo, in sacris solẽnitatibus rem diuinã facientes, etiã pro uestra salute ac uictoria uota nuncupauimus. Et cũ multis circũquaque bellis uexaremur, propter uicinorũ immoderatas cupidines, tamẽ nec nos nec alios amicos solicitãdos duximus. Nũc uerò peracto bello, misimus ad Romanos Numen

menium Antimachi & Antipatrũ Iasonis, uiros senatores & honoratos: quibus etiam ad nos dedimus literas, ut renouẽt mutuã nostram amicitiã. Bene igitur facietis, si nos quoq; nobis scripseritis, et significaueritis, si qua in re uobis opera nostra possit esse usui, ad omnia obsequia prõptos nos habituri. Itaq; Lacedæmonij & legatos comiter acceperunt, & decretũ publicũ de amicitia atq; societate eis tradiderunt. Hoc tẽpore tres Iudæorũ sectæ erãt, quæ de rebus humanis inter se dissentiebãt: una Pharisæorũ dicta, altera Saducæorũ, tertia Essenorũ. Horum Pharisæi, quædam, at non omnia, fato tribuunt: quædam uerò in sua potestate esse aiunt, ut uel fiãt, uel nõ fiãt. Essẽi uerò omnia in fati potestate esse affirmãt, nec quicquã hominibus præter fati decretũ accidere. At Saducæi fatũ omnino negãt, & è rebus tollunt, dicentes nihil fataliter euenire hominibus: et omnia in nostra ipsorũ potestate esse, ut tam felicitatis nobis ipsi autores simus, q̃ infortunij, si deteriora consilia secuti fuerimus. Sed de his diligẽtius tractauimus in secundo de Iudaico bello uolumine.

Porrò Demetrij duces uolẽtes acceptæ cladis abolere ignominiã, maioribus copijs reparatis duxerunt cõtra Ionathã. qui cõperto eorum aduentu properè in Amathensem agrũ occurrit: nolebat enim eos sine impedimento Iudæã inuadere. Cũq; ad quinquaginta stadia prope hostẽ

caſtra poſuiſſet, miſit qui res hoſtiũ & muni-
tiones perſpecularentur: qui cũ exploraſſent o-
mnia, & quoſdã captiuos noctu adduxiſſent,
indicãtes q̃ ex ĩprouiſo hoſtis uellet eos aggre
di, maturè omnia cõmunĩt, diſpoſitis etiã extra
caſtra excubĩs, & in armis retinens per totã no
ctem exercitũ, iuſſum parato eſſe animo, etiã ſi
noctu pugnare opus ſit, ne quid eos hoſtiũ cona
tus fallerent. Demetrĩj uerò duces ut ſenſere Io
nathã præmonitum hærebãt inopes cõſilĩj, hoc
ipſo turbati, q̃ uiderent ſibi nihil ſucceſſurum
abſq; inſidĩs, nec aperto marte pares ſe Iona-
thæ futuros ducerẽt. Decreuerũt igitur abire, et
relictis multis per tota caſtra ignibus, quo ma-
gis hoſtẽ fallerẽt, noctu diſceſſerũt. At Iona-
thas mane caſtra adortus, poſtquã deprehẽdit
inania, cœpit fugientes perſequi, ſed fruſtra: iam
enim trãſgreſſi fluuiũ Eleutherũ in tuta loca ſe
receperãt. Flexo igitur in Arabiã itinere, &
Nabatheis naſtatis, abactaq; præda & capti-
uis abductis, Damaſcũ ueniẽs, illic omnia uen-
didit. Per idẽ tẽpus & frater eius Simon obeũ-
do totã Iudeã & Palæſtinã uſq; Aſcalonem,
opportuna loca firmabat præſidĩs, atq; ita cõ-
munita regione armis & edificĩs, Ioppen con-
tendit: eiq; occupatæ ualidum impoſuit præſi-
dium, quòd intellexerat Ioppenſes uelle De-
metrio dedere ſuum oppidum. His igitur ad
hunc modum diſpoſitis, Ionathas & Simõ re-

uerſi

uersi sunt Hierosolyma. Ibi pōtifex aduocata in templum concione populi, suasit ut reficerētur urbis mœnia, & murum quo templum septum fuerat rursum reficerent, turribusq; altis additis munitiorē redderēt, utq; alium murum excitarent inter arcem & urbem, atq; hoc pacto excluderent eos qui arcem custodiebant, & ad commeatuum penuriā eos adducerēt: praterea ut arces hinc inde per regionem dispositæ, additis nouis munitionibus firmiores etiā ac tutiores facerent. Qua sententia cōprobata suffragijs populi, ipse assumpta sibi muniendæ urbis cura, Simoni ut idem in cæteris Iudæa locis curaret, dedit negotium. Caterùm Demetrius traiecto flumine peruenit in Mesopotamiam, nolens hanc & Babylonem simul occupare, ut potius superioribus satrapijs, sedem belli ibi constitueret: uocabatur enim per crebras legationes ab eorum locorum Græcis atq; Macedonibus, pollicentibus deditionem si ueniret, atq; etiam contra Parthorum regem Arsacem auxilia. Qua spe accensus properauit ad illos, cogitans si res aduersus Parthos cessissent prosperè, facilè se inde exturbaturum Tryphonem è regno Syriæ: ut uerò magna alacritate exceptus est ab eius regionis hominibus, collecto ualido exercitu bellum Arsaci intulit, & superatus prælio amissoq; exercitu, ipse unus in potestatem hostium uenit, sicut aliàs narrauimus.

Demetrio à Parthis capto Tryphon fœdus uiolat, & Ionatha dolo capto atque interfecto Simoni eius fratri bellum infert. CAP. X.

IX. Mac.12 *TRyphon autẽ cognita calamitate Demetrij, nõ amplius fidus erat Antiocho, ſed cogitabat quónã pacto eo ſublato regnũ poſſet ipſe inuadere & occupare: nec aliud magis uidebatur obſtare eius cupiditati, quàm Ionathas amicus Antiocho. Itaq; decreuit illum prius è medio tollere, atq; ita demum adoleſcentẽ aggredi: quãobrẽ ad Bethſan profectus, quæ Græcis nominatur Scythopolis, inuenit ibi Ionathã cum quadraginta millibus lectiſſimorũ militũ, paratũ obſiſtere ſi quis uim inferre conaretur. Videns igitur hominẽ non imparatũ ad certamen, muneribus & comitate conatus eſt ei imponere, iußis ſuis ducibus ut imperata Ionathæ facerẽt, quo magis fidẽ beneuolẽtiæ fictæ aſtrueret, et omnẽ illi ſuſpicionẽ eximeret, atq; ita incautum opprimeret facilius. Poſtremò ſuaſit ut dimitteret exercitum, ceſſante bello, & pacatis rebus omnibus: rogabat tamen, ut retenta circa ſe modica manu, comitaretur eũ Ptolemaidem, & acciperet in tutelã ſuã ciuitatẽ eam arcesq; finitimas, dicens ſe in hoc uenisſe, ut has ei traderet. Ionathas uerò nihil mali ſuſpicatus, credenſq; uerè & beneuolo animo Tryphonẽ hæc conſulere, dimiſit exercitũ exceptis tribus millibus: ex his duo in Galilea reliquit, mille uerò ſecum*

ſecum duxit, Tryphonẽ proſecutus Ptolemaidem. Oppidanis uerò urbẽ confeſtim ita ut præmoniti fuerãt claudẽtibus, uiuus captus eſt, militibus eius ad unũ contrucidatis: moxq; miſſa eſt in Galilæam pars exercitus, ut & illa duo millia nec opina per dolũ opprimeret. Sed quia rumor de Ionatha capto aduentũ eorũ præuenerat, arreptis armis maturè inde euaſerũt. Nã Tryphonis milites non auſi experiri uim, quòd intelligerent paratos pro tuenda uita extremum adire periculum, infecta re unde uenerant retro reuerſi ſunt.

Quòd Simoni Iudæorũ gens & pontificatũ ſimul & copiarum imperium detulit. CAP. XI.

Hieroſolymis autẽ poſtquã auditũ eſt de Ionatha captiuitate, & comitatus eius interitu, ingẽs dolor cepit omnes & tãti uiri deſiderium, q̃ non ſine cauſa timerẽt, ne deſtituti eius prudentia ſimul & fortitudine, infeſtarentur à finitimis: qui in eã diem metu Ionatha cohibiti, tum uidebantur uelut dato ſigno coorituri, & adducturi Iudæorũ gentẽ in extremum ſalutis periculũ nec eos fefellit ſua expectatio: quã primũ enim auditũ eſt necatum eſſe Ionathã, undiq; excitatũ eſt in eos bellum: tanquam nõ habentes amplius cuius ductu militare poſſent, & rem gnauiter gerere: quin & ipſe Tryphon collecto exercitu, in animo habebat Iudæã inuadere. Simon autẽ uidens Hieroſolymi- I. Mac. 1

canos metu nouorũ motuũ attonitos, & uolens eis cõtra Typhonis conatus addere animũ, cõuocato in templum populo, sic exorsus est ad eos uerba facere: Non ignoratis uiri tribules, quàm gnauiter ac intrepidè ego & pater ac fratres p libertate mortis periculis nos exposuerimus: quibus domesticis exẽplis excitatus, cũ nõ nouũ sit in nostra familia legibus patrijs & religioni propugnãda uitam impendere, nullo terrore adigi potero, ut uitã gloriæ præferam. Quapropter cum nõ desit uobis dux paratus pro uobis quiduis quantũuis magnũ uel pati uel facere, se quimini alacriter quocunq; duxero: neq; enim ego melior sum meis fratribus, ut uitæ parcere debeã: neq; ita degener, ut quod illis semper uisum est longè pulcherrimũ, scilicet pro religione atq; legibus uitã profundere, ipse per ignauiã subterfugiã: quin potius certũ est germanũ me illorũ fratrẽ egregijs approbare facinoribus. Cõfido enim in Deo p pœnas ab hostibus exigere dabitur, nosq; una cũ uxoribus & liberis ab eorũ iniurijs eripere, & insuper tẽpli sanctimoniã tutã præstare ab illorũ impia uiolentia. Video enim profanas gẽtes non ob aliud in nos cooriri, nisi p existimãt destitutos ducis pronidẽtia. His Simonis uerbis accẽsa multitudo recepit animos & fiduciam, & posita formidine ausa est meliores spes cõcipere: ita ut uno ore totus populus acclamauerit, placere Simonẽ imperium

perium accipere, & in locũ fortißimorũ fratrũ Iudæ ac Ionathæ ſucceſſiſſe, nunquã enim ſe detrectaturos iuſſa illius. Itaq; collectis mox omnibus quotquot ex ſuis ad militiã eſſent idonei, aggreſſus eſt urbẽ mœnibus eingere, cõmunireq; celſis et ualidis turribus: quo opere perfecto, miſit Ioppẽ unũ ex amicis Ionathã Abſalomi filiũ, iuſſum habitatores eius populariter inde eijcere, ueritus ne urbẽ Tryphoni traderent: ipſe interim manſit Hieroſolymis ad urbis cuſtodiã. Tryphon autẽ Ptolemaide profectus cũ magno exercitu, uenit in Iudeã ducens ſecũ uinctũ Ionathan: ei Simon occurrit cũ ſuis copijs iuxta oppidũ Addida, ſitũ in monte cui Iudæorũ campi ſubiecti ſunt. Tryphon uerò cognito q̃ Simon Iudeorum princeps ſit conſtitutus, miſit ad eũ nuntios, & hunc dolo circũuenire cupiens: mandabatq;, ut ſi uellet dimitti fratrẽ Ionathan, centum argẽti talenta perſolueret, & cũ eis duos Ionatha filios mitteret ad ſe obſides futuros, quòd ille dimiſſus non alienaturus ſit Iudeam à regis imperio: nunc enim eum tantiſper ſeruari in uinculis, dum debitã regi pecuniã redderet. At Simonẽ techna eius non latuerunt: ſed intelligens q̃ & pecuniam perditurus eſſet, nec fratrẽ liberaturus, quin & filios ei⁹ inſuper hoſti dediturus, tñ timẽs crimẽ nationẽ ſuorũ, ne negatis pecunijs et filijs uideretur ſuiſſe fratri cauſa interitus, aduocato in

conc

concionẽ exercitu postulata Tryphonis ad eos retulit, admonitis prius quòd subesſent inſidiæ: præſtabilius tamẽ eſſe & pecunias et filios mittere, q̃ cõtemptis Tryphonis cõditionibus ſuſpicionem incurrere, quaſi fratrẽ ſeruare noluerit: atq; ita placuit & Ionathæ pueros mitti & pecuniam. Quibus acceptis Tryphon nõ ſeruauit fidem, nec dimiſit Ionatham, ſed cùm exercitu peragrabat regionẽ, nolẽs per Idumæam aſcendere Hieroſolyma, peruenitq; uſq; Dora Idumæa oppidum. At Simon eum perpetuo conſectabatur, caſtra caſtris illius opponẽs. Interim qui in arce erãt urgẽtibus Tryphonẽ ut properè ſibi commeatus mitteret, iuſsit paratum eſſe equitatũ, quaſi eadẽ nocte uenturus Hieroſolyma: ſed quia per eam noctẽ multa nix delapſa uiam opertã difficilem maximè equis reddiderat, irritũ factum eſt eius propoſitum, & motis inde caſtris, in Cœleſyriam rediit properè: obiitq; in Galaditica regione interfecto & ſepulto Ionatha, ipſe Antiochiã ſe contulit. Simon auẽ à Baſca oppido fratris oſſa in Modim & paternũ ſepulcrum tranſtulit, publico luctu honorati: ubi amplißimũ monumentũ exſtruxit patri ſimul & fratribus ſuis è marmore polito & candido: exeitato enim in latè conſpicuam celſitudinẽ, porticus circumdedit & columnas ſingulas è ſingulis lapidibus, opus admiratione digniſſimũ: ad hæc pyramides ſeptẽ parentibus & fra

& fratribus cuiq; unã erexit, mira tã magnitudine q̃ pulchritudine, quæ durãt usq; ad nostra tẽpora: tãta fuit Simonis cura, ut Ionathas cæteriq; domestici q̃ magnificentissimo sepulchro essent cõditi: qui defunctus est, exacto pontificatus simul & imperij anno quarto. Cuius successor Simon cõstitutus suffragio populi, primo sui principatus anno suis immunitatẽ tributorum peperit, quæ hactenus Macedonibus erant soliti pendere: idq; accidit post annũ centesimum septuagesimũ ex quo Seleucus Nicanor Syriæ regno potitus est. Tanto autẽ in honore apud populũ fuit Simon, ut tam in priuatis instrumentis q̃ in scripturis publicis adijceret, actũ esse anno primo Simonis Iudæorũ ethnarchæ optimè de gẽte sua meriti: nam huius principatu res eorũ magnis acceßionib⁹ auctæ sunt, & multas de finitimis hostibus retulere victorias. Deuastauit enim Gazarã, & Ioppen, & Iamniã, expugnataq; Hierosolymorũ arce sola eam æquauit, ne posthac esse posset hostibus receptaculum, ne ue inde urbi aliquod inferretur incõmodum. Quo facto iisum est ei operæpremium, si mons quoq; in quo sita fuerat cõplanaretur, ut solum tẽplum emineret: effeciq; id cõmemoratus pro cõcione malis quæ à præsidiarijs in eam diẽ Iudæi paßi fuerãt, quæq; etiã in posterum ferre cogerentur, si externus aliquis princeps ei loco imponeret præsidium: adeoq;

permo

permotus eſt eius exhortatione populus, ut non intermiſſo per triẽnii neq; die neq; noctu opere, tandẽ ad planicieẽ eum locũ indefeſſo labore per uices ſibi ſuccedẽtes redegerint, atq; ita nihil reliquerint quod obſtaret quo minus templum omnibus in urbe locis eſſet longe celſius.

Simon Tryphonem in Dora compulſum oppugnat, inito cum Antiocho cui Pius cognomen erat, fœdere. CAP. XII.

X. 1. Mac. 15

NOn multo autem poſt quàm Demetrius captus eſt, Alexandri filius cognomine Deus à Tryphone eſt necatus, anno quarto poſtquã eius tutelã ſuſceperat: ſparſoq; rumore, ꝙ inter exercẽdũ ſe eſſet extinctus, per intimos amicos ſolicitauit milites magnis pollicitationibus, ut ſibi regnũ deferrẽt, captum à Parthis Demetriũ dictitans, Antiochũ uerò fratrẽ ſi potiretur imperio, ultorem fore defectionis qua fratrẽ eius deſeruerint. Illi adducti in ſpem maximã, quaſi ditãdi hoc principe, imperiũ ei continuò deferũt. Tum uerò adeptus iam concupitam poteſtatẽ, nõ amplius diſſimulare prauum ingenium ualuit, quod priuatus tegere conatus eſt, quò magis animos hominũ ſibi conciliaret: quàm primũ enim rex declaratus eſt, abſq; perſona Tryphonẽ agere cœpit, id quod aduerſariorum partibus nõ mediocriter profuit. Milites enim pertæſi eius mores defecerunt ad Cleopatram uxorẽ Demetrij, quæ tum in Seleuciam

cum

eum liberis se incluserat. Et cũ Demetrij frater Antiochus cognomine Soter oberraret, nec ab ulla urbe reciperetur metu Tryphonis, misit ad eum Cleopatra, coniugiũ suũ & regnũ ei offerens: fecit autẽ hoc partim amicorũ suasu, partim ꝙ timeret ne quidã Seleucenses urbẽ Tryphoni traderẽt. Quò postquã uenit Antiochus affluẽte ad eum quotidie multitudine, & crescẽtibus uiribus, bellũ Tryphoni intulit: quem prælio victũ eiecit è superiore Syria, & usq; Phœnicẽ persequẽs, cõpulsum in Doram castrũ munitissimũ obsidione cinxit. Misit etiã legatos ad Simonẽ Iudæorũ pontificẽ, qui de amicitia & societate agerent: qui & postulata eius libẽter admisit, & mox misso cõmeatu ac pecunijs ad oppugnãtes Dorã milites, Antiochum ita demeruit, ut inter intimos amicos ab eo reciperetur. At Tryphon elapsus è Dora cũ perfugisset Apamiam, urbe ui capta interfectus est, triennio postquã regno potitus fuerat. XII.

Bello inter Antiochum & Simonem orto Cendebæus dux regius è Iudæa profligatur. C A. XIII.

CAetcrùm Antiochus ob innatã auaritiam beneficiorũ immemor, traditis amico Cendebæo copijs, misit eũ ut nasĩata Iudæa Simonẽ in potestatẽ rediger et: qui audita eius iniquitate, quãuis iam senior, tamẽ indignitate rei permotus, iuueniliter hostli cum exercitu se obuiam: præmissisq; cum fortissimo quoq; filijs, ipse

ipſe cum reliquis copijs ſubſequebatur diuerſo itinere: poſitisq; compluribus locis inter angustias inſidijs, nuſquam nō rem geßit ex ſententia: & in omnibus congreßibus factus ſuperior, reliquum uitæ in pace exegit, cùm & ipſe renouaſſet cum Romanis amicitiam.

Quòd Simon à genero ſuo Ptolemæo in conuiuio per dolum occiſus eſt. CAP. XIIII.

XIII. 1. Mac. 10

IS per octo annos Iudæis præfuit, poſtremò in conuiuio cæſus, inſidijs generi ſui Ptolemæi: qui uxore etiā eius & duobus filijs cōprehenſis ac cōiectis in uincula, miſit quoſdā ut tertium quoq; Ioannē (cui & Hircano fuit nomen) interficerent: adoleſcens autē hoc præſentiens mature in urbē refugit, fretus fauore multitudinis conciliato per paterna beneficia, ſimulq; odio quo Ptolemæū proſequebatur populus. Is enim uolentem eum ingredi per portam aliam fortiter repulit, eo quòd iam Hyrcanum receperat.

Quomodo fruſtratis Ptolemæi conatibus Hyrcanus principatu potitus eſt. CAP. XV.

XIIII. 1. Mac. 16

ILle igitur recepit ſe in quandam arcē ſupra Hierichunta ſitam, quæ Dagon dicitur. Hyrcanus uerò accepto paterno pontificatu, & ſacris operatus, cùm latiū eſſet eduxit cōtra Ptolemæum exercitū: & oppugnādo locum cætera quidem erat ſuperior, uincebatur autē ſolæ pietate erga matrē, & erga germanos miſericordia: hos enim Ptolemæus productos in mœnia flagris

flagris cædebat in loco omnibus conſpicuo, mi-
nitans ſe præcipitaturum eos niſi frater ab op-
pugnando deſiſteret. At ille putans quantum
de oppugnatione remitteret, tantũ ſe gratifica-
ri ſuis cariſſimis, ſtatim in primo conatu elan-
gueſcebat. Mater tamen ad eum manus tẽdens
ſupplicabat ne molliretur affectibus, ſed potius
indignitate rei motus daret operam ut redactũ
in poteſtatem inimicũ afficeret pœna, & ulci-
ſceretur homines ſibi natura coniunctiſſimos:
gratũ enim ſibi fore inter tormenta emori, mo-
dò nefarius homo ſcelerum ſuorum ſupplicium
lueret. Hyrcanus uerò talibus uerbis accende-
batur ad aſſultum maiore impetu faciendum,
ſed quàm primum uerberari & lacerari ma-
trẽ uidebat, refrigeſcebat ſtatim oppugnationis
feruor, et uincebatur filius maternis affectibus. *Hiſtoria-*
Cumq; hoc pacto traheretur diutius obſidio, *rum Bi-*
ſuperuenit annus ille quo ſolẽne eſt Iudæis ceſ- *blicarum*
ſare ab operibus, recurrente anno ſeptimo: atq; *finis.*
ita liberatus à bello Ptolemæus occiſis Hyrcani
matre ac fratribus, fugit ad Zenonem cogno-
mine Corylam, qui tum apud Philadelphenſes
inuaſerat tyrannidem.

Quòd Antiochus cognomento Pius ducto contra Hyrcanum exercitu, placatus c c c. talentis fœdus cum eo iniit. CAP. XVI.

ANtiochus autẽ memor incõmodorũ quæ XV.
à Simone acceperat, Iudeã aggreſſus eſt,

ex quo regnare cœperat anno quarto, principatus uerò Hyrcani primo, sexagesimasecunda supra centesimã Olympiade: uastatisq; agris Hyrcanũ in urbẽ ipsam cõpulit, eam septenis castris cùm cinxisset, primũ nihil proficiebat, propter firmitatẽ mœnium & uirtutẽ propugnãtium, accedente etiã aquarũ penuria, cui tandem sub occasum pleiadis delati imbres fuerũt remedio. Postremo ad septẽtrionalẽ muri partẽ, quà planior erat aditus, excitatis centum turribus quæ surgebãt usq; tertiã contignationẽ, impositisq; in eis cohortibus, quotidie tentabat mœnia: duplicíq; fossa longa simul & lata cinctis Iudæis præclusit omnẽ exitũ. Illi cõtrà crebro excursantes, si fortè negligentius custodiri castra offenderent, afficiebant hostẽ clade aliqua: q; si paratos ad resistendũ inuenirẽt, recipiebant se in tutiora facilẽ. Hyrcanus autẽ postquã cognouit sibi obesse suorũ multitudinẽ, q; inutiliter absumerẽtur ad uictũ necessaria, secretã infirmiorẽ turbã eiecit extra mœnia, solis retentis q ob nigorẽ ætatis ad pugnã erãt idonei. Antiochus autẽ exclusos uetabat progredi, ita ut miserabiliter oberrantes mœnibus cõficerẽtur inedia: sed cùm supernenisset festũ scenopegiæ, miseratione suorũ rursus in urbẽ recepti sunt. Rex etiã rogatus ut gratia festi inducias septẽ dierũ concederet, religione motus impetrari eas passus est: nec hoc cõtentus uictimas misit magnificè,

tauros

tauros auratis cornibus, & pocula tam aurea quã argẽtea referta omne genus aromatibus: et exercitui præbuit epulũ, lõge diuersus ab Antiocho Epiphane, q capta urbe porcos super altari mactauerat, & iure carniũ illarũ templum aspersérat, uiolatis Iudæorũ legibus simul & cæremonijs: unde acerbissimæ exortæ sunt eius gẽtis cõtra eum odia. At hic Antiochus propter religionẽ Pius cognominatus est ab omnibus. Hyrcanus uerò cognita eius æquitate & pietate delectatus, legatos ad eũ misit, rogantes ut liceat sibi patrijs uiuere legibus. Tum rex repulsis qui suadebant internecione delendam gentẽ insociabilẽ, & discretã institutis à reliquis omnibus, & approbata Iudæorũ pietate, imperauit ut obsessi arma sibi traderẽt, & uectigalia Ioppes cæterarumq; extra Iudæam urbium concederent, & insuper præsidiũ reciperent, promittens pacẽ eis se daturũ his cõditionibus. Assenserũt illi ad omnia, excepto præsidio, q uitarẽt exterorũ cõsuetudinẽ: quod ne reciperẽt maluerũt regi dare obsides & D. talenta insuper: quorum C C C. mox repræsentata sunt, & inter obsides fuit etiã ipsius Hyrcani frater: dieclaq; mox lorica quæ imposita erat mœnibus, soluta est obsidio. Caterùm Hyrcanus aperto monumẽto Dauidis, qui olim regum omniũ fuerat ditissimus, tria millia talentorum inde protulit: quibus pecunijs fretus primus

omnium cœpit externũ militem alere: & inito cum rege fœdere, exceptũ in urbẽ cum exercitu tractauit liberaliſſimè: quin & profectũ in expeditionẽ Parthicã ſecutus eſt una cũ auxilijs. Teſtis eſt nobis Nicolaus Damaſcenus, ſic ſcribens: Antiochus erecto trophæo ad Lycũ fluuium, ubi Indatem Parthorũ ducẽ profligauerat, hæſit ibi per biduũ ad preces Hyrcani Iudæi, ꝙ in id tẽpus fortè quædã Iudæorũ feſtiuitas incurrerat, per quã nõ licebat eis iter facere. Et uerũ eſt quod ille ſcripſit: nam pẽtecoſte inſtabat poſt ſabbatũ, quo tempore noſtris iter facere nefas habetur. Deinde cũ Arſace Partho Antiochus ſigna contulit, quo prælio uictus & uitam ſimul amiſit et exercitum. Syrorum autem regnum frater eius recepit Demetrius, dimiſſus ab Arſace quo tempore Parthorum regionem inuaſerat Antiochus, ſicut iam antè in alijs commentarijs diximus.

Hyrcani expeditio in Syriam. CAP. XVII.

XVI. CEterũ Hyrcanus audita morte Antiochi, cõfeſtim ad urbes Syriæ duxit exercitum, ratus id quod erat, inuenturũ ſe eas nacuas propugnatoribus. Medabã igitur nõ ſine labore ſexto demũ mẽſe ni cepit: deinde Samegam cũ uicinis oppidis, & inſuper Sicima atq; Garizim cũ gẽte Chuthæorũ quæ accolebat tẽplum inſtar Hieroſolymitani exſtructũ permiſſu Alexãdri à Sanaballete duce in gratiã generi

neri ipsius Mattathiæ, qui fuerat frater Iaddi pōtificis, ut antè dictū est: incidit autē huius tēpli desolatio post annū C C. Hyrcanus uerò etiā Idumææ urbes cepit, Adora & Marissam, subiugatisq; omnibus Idumæis edixit ut circūcideretur, nisi mallent è propriis pelli sedibus: at illi amore patriæ admiserūt & circūcisionē & reliquā iuxta Iudaicos ritus uiuēdi formulam: atq; ex eo primū tēpore inter Iudæos cēseri cœpti sunt. Caterū Hyrcanus pōtifex renouaturus cū Romanis amicitiā, misit legatos ad senatū: ubi recitatis eius literis amicitia impetrata est his conditionibus. Fanius M. F. Pr. indixit senatū in campū V I I I. Id. Februarias, præsente L. Manlio L. F. Mentina, & C. Sēpronio C. F. Falerna, propter eas res quas legati retulerunt, Simon Dosithei, Apollonius Alexādri, Diodorus Iasonis, uiri honesti ac probi, missi à populo Iudæorū: q etiā egerunt de amicitia & societate, quæ eis intercedit cū pop. Rom. & de negotiis publicis, ut Ioppe & portus, Gazaraq; & fontes atq; urbes reliquæ p Antiochū ablatæ præter senatus decretū, restituant hæc omnia: néue militibus regiis liceat p regionē ipsorū aut subditorū iter facere: & ut eo bello per Antiochū attētata præter decretū senatus fiāt irrita: utq; legati à senatu missi, curēt reddi quicquid Antiochus abstulerat, & pretiū agrorū æstimēt q eo bello uastati sunt: & ut literæ cō-

mendatitiæ legatis dentur ad reges & liberos populos, quo tutius possint reuerti in patriam. Quibus de rebus uisum est senatui renouare societatẽ & amicitiã cũ uiris bonis, & missis à bono atq; amico populo. De literis autẽ scribẽdis responsum est curæ futurũ senatui, q̃ primũ ab alijs negotijs uacauerit, & daturũ operã ne ulla posthac eis infiratur iniuria, mãdatumq; est prætori Fanio, ut ex publica pecunia legatis numeraret uiaticũ, quo cõmodius se referre possẽt in patriã: atq; ita publico sumptu legatos prætor domũ remisit, cũ cõmẽdatitijs ad eos p̃ quorũ loca erãt trãsituri. Et Hyrcani quidẽ pontificis rerũ status hic fuit. Demetrius autẽ rex cupiens bellũ Hyrcano inferre, opportunitatẽ non habuit, inuisus ex æquo tam Syris q̃ militibus, propter mores improbos, ita ut miserint ad Ptolemæum Physconẽ, rogãtes ut aliquẽ ex Seleuci genere eis daret, quẽ possent regẽ sibi cõstituere: cũq; is misisset Alexãdrũ Zebinã, cõmisso prælio Demetrius uincitur, et refugiẽs è pugna ad Cleopatrã uxorẽ in Ptolemaidẽ, exclusus est ab ea: delatusq; inde Tyrũ ab inimicis capit, et diu miserè uexatus, tandẽ interficitur. Alexander autẽ regnũ adeptus fœdus ferijt cũ Hyrcano põtifice, deinde petitus bello ab Antiocho Grypo Demetrij filio, in prælio cæsus occubuit. At Antiochus regnũ Syriæ cõsecutus nõ ausus est expeditionẽ contra Iudæos suscipere,

XVII.

audito

audito q̃ frater ipsius germanus, eodẽ nomine dictus Antiochus, copias cõtra se apud Cyzicũ colligeret. Quapropter nihil in Iudæos mouens, decreuit parare se cõtra fratris aduentũ, cognominati Cyziceni, eo q̃ in illa urbe educatus fu: patre autẽ genitus erat Antiocho Sotere, qui à Parthis occisus est: acciderat enim ut Cleopatra duobus fratribus alteri post alterũ nuberet, sicut aliâs diximus. Porrò Antiochus Cyzicenus ubi peruenit in Syriã, multis annis cum fratre cõflictatus est, Hyrcano interim per totũ illud tẽpus agente in pace cõtinua: mox enim post Antiochi cædẽ defecerat à Macedonib⁹: iamq; nec ut subditus, nec ut amicus ullã illis ferebat opẽ amplius: sed maximis successib⁹ res eius auctæ sunt Alexãdri Zebinæ tẽpore, & maioribus etiam regnãtibus his duobus fratribus: bellũ enim quo se atterebãt mutuò, occasionẽ Hyrcano præbuit, ut securè fructetur Iudæa prouẽtibus, & ingentem pecuniarũ uim inde cõgereret. Et Cyziceno nascente fratris regionẽ, non dissimulauit et ipse quid moliretur: uidensq; Antiocho nihil esse ab Ægypto præsidij, sed tam ipsum quàm eius fratrem multas cladis accipere ex cõtinuis inter se certaminibus, utrunq; facile despexit.

Quòd Antiochus Cyzicenus Samaritis auxilium ferens uictus aufugit. CAP. XVIII.

QVapropter duxit exercitũ ad Samariam urbem munitissimã, quæ q̃ nunc Seb. ste

nocetur ab Herode condita, cùm erit opportunum dicemus: hanc adortus oppugnabat nullis parcẽs laboribus, infensus ei propter iniurias illatas Marissenis, colonis Iudaorũ & socijs, sed Syriæ regi subditis. Cum itaq; urbẽ fossa & duplici muro cinxisset per LXXX. stadia, obsidioni præfecit filios Antigonũ & Aristobulũ: quibus urgẽtibus & fame premente cò necessitatis adducti sunt Samaritæ, ut coacti nefci cibis insuetis homini, postremo Antiochi Cyziceni opẽ implorauerint: q cùm uenisset properè, uictus est ab Aristobuli militibus: & insequẽtibus eum fratrib⁹ usq; Scythopolim, ægrè euasit: at illi reuersi cõtra Samaritas rursum eos cõpellunt intrà mœnia, & cogunt iterũ ab eodẽ Antiocho auxilium petere. Is acciris à Ptolemæo Lathuro circiter sex armatorũ millibus, quos ille inuita matre & tãtum nõ imperio per eam deturbatus miserat, primũ uagabatur p ditionẽ Hyrcani latrocinabũdus cũ Aegyptijs, nõ audens quidem aperto marte decernere, q̃ esset impar uiribus, existimãs in se uastãdis agris effecturũ ut Hyrcanus obsidionem Samariæ solueret. Sed postq̃ multos è suis amisit exceptos hostiũ insidijs, profectus est inde Tripolim, Callimãdro et Epicratis ducibus demandato bello Iudaico: ex his Callimander audacius q̃ prudentius cũ hoste cõgressus, profligatis suis & ipse inter alios cecidit. Epicrates autẽ pecunia corruptus, Scythopolim

& alia

& alia quadã oppida manifestè Iudæis p̃didit, nec quicq̃ Samaritis obsessis p̃fuit: atq; ita Hyrcanus integro anno in oppugnatione exacto, nõ contẽtus urbẽ capere, etiã solo eam æquauit, inductis illò torrẽtibus: quorũ eluuie ita cũcta fœdata sunt, ut ne uestigiũ quidẽ supereſſet eius oppidi. Incredibile autẽ quiddã narratur de Hyrcano põtifice, dignatũ eum esse diuino colloquio. Fertur enim q̃ illa ipsa die, qua eius filij cõseruerunt cũ Cyzicẽo prælium, põtifex ipse solus in templo odoramẽta adolẽs uocẽ audierit, nũtiantem filiorũ recentẽ de Antiocho uictoriã: idq; mox progressus renũtiauit multitudini, et paulò pòst certius cõprobatũ est eius oraculũ. Et Hyrcani quidẽ res gestæ sic se habuerunt. Accidit autẽ hoc tẽpore ut nõ Hierosolymis solũ, sed & apud Alexandriam reliquamq; Ægyptũ & Cyprum fortuna aspiraret Iudæorũ successibus. Cleopatra enim regina à filio Ptolemæo Lathuro dissidẽs, copijs suis duces præposuit Chelciam & Ananiã filios Oniæ q̃ tẽplum in Heliopolitana præfectura ædificauerat Hierosolymitano simile, ut aliâs diximus: ex horũ sentẽtia regina gerebat oĩa, sicut & Strabo Cappadox testatur his uerbis: Pleriq; enim q̃ prius nobiscũ uenerũt in Cyprũ, qui'ue pòst à Cleopatra illò missi sunt, confestim deficiebãt ad Ptolemæum: soli uerò ex Oniæ factione Iudæi cõstanter manserũt in officio, eo q̃ eiues eorũ Chelcias & Ananias apud

reginam essent in pretio. Haec Strabo. Hyrcano autẽ apud Iudaeos felicitas inuidiam peperit, sed praecipuè Phariſaeorum ſecta male ei uolebat, de qua ſuprà mẽtionem fecimus: tanta autẽ eorum autoritas eſt apud populũ, ut etiam ſi regi obloquantur aut põtifici, fidem tamẽ eis uulgus habeat. Horum diſcipulus & Hyrcanus fuerat, in primis charus huic hominũ generi: quos cũ aliquando uocaſſet ad cõuiuium, & accepiſſet comiter, poſtquàm animaduertit eos exhilaratos, ſic illos affatus eſt: Scire eos ſuam uolũtatem, & nihil magis cuperet quàm iuſtus eſſe, & omnia iuxta Dei placita facere, quẽadmodum & ipſi docebant: attamẽ ſi quid in ipſo deſiderarent, & aliqua in re à iuſtitiae praeſcriptis aberrantẽ deprehenderent, officij illorũ eſſe, ut admonitione corrigant: cum uerò omnes eius uirtutẽ comprobarent, uehementer gauiſus eſt eorũ teſtimonio. Tandem unus è cõuiuis Eleazarus, uir malus et ſeditioſus: Quandoquidem, inquit, ais te cupere audire ueritatẽ, ſi uis eſſe iuſtus abdica te pontificatu, & cõtentus eſto principatu populi. Illo uerò cauſam rogante cur ita hoc poſtularet: Quia, inquit, audiuimus à natu grandioribus, matrẽ tuam captiuã fuiſſe, regnante Antiocho Epiphane. Falſus autem erat is rumor, & ideo grauiter his uerbis Hyrcanus offenſus eſt, nec minus Phariſaei caeteri. Tum Ionathas quidã è Saduceorum ſecta, qua eſt Phariſaeis contraria,

praecip

præcipuus Hyrcani amicus, dicebat de cõmuni Phariſæorũ ſententia cõuitiatum Eleazarum: quòd ſi dubium uideatur, manifeſtũ fore interrogatis illis qua pœna hominẽ dignum cẽſeant. Quod poſtquam Hyrcanus roganit, dicens ex pronuntiata ab illis ſentẽtia ſe cogniturum, an ex eorũ conſenſu factũ ſit ſibi conuitium, & illi ſatis putarũt ſi uinculis caſtigaretur & uerberibus, q̃ iniquum uideretur capite hominẽ plecti ob maledicentiam, & alioqui hoc genus clemens ſit in animaduerſionibus: uehementer exacerbatus eſt, quaſi iam cõpertum haberet, eos eſſe autores opprobratæ ſibi generis infamiæ. Nec deſtitit Ionathas furenti calcar addere, ineantũ ne deſertis Phariſæis ad Saduczos deficeret, & abrogatis illorũ conſtitutionibus earum obſeruatores pœnis afficeret: atq; hinc factũ eſt, ut et ipſe, & eius filij parum gratioſi apud uulgum fuerint: quẽadmodum aliàs opportunius dicetur. Nunc enim indicandũ eſt, quòd multas conſtitutionũ à maioribus per manus acceptas Phariſæi tradiderint populo, quæ non ſunt ſcriptæ inter leges Moſaicas: & ideo Saducæi his autoritatẽ abrogant, dicentes oportere eas tantum ſeruari, quæ ſcripto continentur: atq; hinc magna inter utroſq; exorta eſt cõtrouerſia, dum ditiores ſtant à Saducæorum partibus, Phariſæi cetera multitudinis nitũtur fauorib'. Sed de his duabus ſectis et Eſſenorũ tertia ſatis docuimus

in

N6

in 11. de Iud. bello uolumine. Hyrcanus autẽ ſeditione ſedata, & poſt hãc exacta uita feliciter, elapſisq; uno & XXX. annis eius imperij moritur, relictis quinq; filijs ſuperſtitib⁹, tribus maximis à Deo habitus dignus honorib⁹, principatu gentis Iudæorũ, et põtificatu, & pphetia: fruebatur enim diuinis colloquijs: unde tantã nactus eſt futurorũ præſcientiã, ut prædixerit duos maiores natu è ſuis liberis, nõ diu fore paterni principatus cõpotes: quorũ exitium operæpretiũ eſt cognoſcere, quo magis patris eluceat diuinatio.

Ariſtobulus primus diadema ſibi impoſuit. C. XIX.

DEfuncto enim eorũ patre, Ariſtobulus natu maximus uolẽs principatũ in regni formam uertere, diadema ſibi primus impoſuit, poſt CCCCLXXXI. annos & menſes tres ex quo de captiuitate Babylonica liberatus populus ad priſtinas ſedes poſtliminio reuerſus eſt: cumq; fratrẽ ſuum ſecundũ Antigonũ amaret, in ſocietatẽ dominationis eũ aſſumpſit, cæteros uerò in uinculis habuit: matrẽ etiam cõiecit in carcerem principatus emulã (nã illam Hyrcanus domunam rerũ reliquerat) atq; eò crudelitatis proceſſit, ut fame necaret in uinculis: poſt matrem uerò interfecit fratrẽ quoq; quẽ præ alijs diligere uidebat, et in regni ſocietatẽ admiſerat, alienatus ab eo per calũnias, quas primo quidẽ reiecit, partim q̃ eum diligeret, partim q̃ per inuidiam cõfictas putaret. Sed cum aliquãdo Antigon

tigonus magnificè reuerteretur è bello, quo tempore populus ſolenne ſcenopegiæ feſtũ celebrat, accidit ut Ariſtobulus ægrotãs decũberet, frater uerò interfuturus ſacris ſplẽdidiſſimè ornatus in templũ aſcenderet cũ armatorũ comitatu, potiſſimũ pro ſalute regis uota facturus. Tum hi qbus ſtudiũ erat excitare inter fratres diſcordiã, nacti occaſionẽ è rebus proſperè geſtis Antigoni et põpa quã adornauerat, uenerũt ad regem & omnia exaggerauerũt, dicẽtes hæc iam eſſe ſupra priuati hoĩs conditionẽ, & affectati regni manifeſta indicia: aiebantq; uenturũ breui cũ ualida armatorũ manu ad occidẽdum regem, qꝑ ſtultũ exiſtimet cùm regno ſolũ potiri liceat, cõmunicato honore contentũ eſſe. Ariſtobulus autẽ quamuis nõ omnino his crederet, tamen proſpiciens qũo poſſet & ſuſpicionẽ uitare, & ſecuritati ſuæ cõſulere, collocauit ſatellites in loco quodã obſcuro & ſubterraneo (decũbebat autẽ in turri quæ pòſt mutato nomine Antonia dicta eſt) mãdauitq; ut ſiquidem ſine armis frater ueniret, nemo eũ attingeret: qꝑ ſi armatus aduẽtaret, ut trucidaretur: præmiſit iñ ad eum qui rogaret ut inermis ueniat. At regina et reliqui inſidiatores, perſuaſerũt nũtio ut cõtraria diceret, audiſſe fratrẽ qꝑ armaturã eximiam ſibi comparaſſet, cupereq; ita armatum cõtemplari. Antigonus uerò nihil mali ſuſpicãs, & fretus fratris benenolẽtia, ita ut erat cũ tota armatura

uenit

uenit ad Aristobulū, contemplandū se præbiturus: cumq; peruenisset ad turrim Stratonis, quà ualde obscurus erat transitus, à satellitibus interfectus est. Huius autē casus facile ostendit quantū possint liuor & calumnia, & quàm sint efficaces ad subuertēdam etiam naturalē benevolentiam. Sed illud maximè admiratu dignum est, quod Iudas quidā, cuius prædictiones nunquàm fefellerunt, uaticinatus est. Is cùm uideret Antigonū accedentē ad templum, apud discipulos qui eum ob hāc scientiam assectabantur exclamauit, pœnitere se iam uita, quādoquidem eius uanitatē coarguet incolumis Antigonus, quē ea die apud Stratonis turrim moriturū prædixerat: quoniā locus ille abesset D C. stadijs, & diei pars maior exacta esset: atq; ita periculum esse ne mētiatur suum oraculum. Ad hūc modum solicito nūtiatur Antigonū casum ad cellam subterraneam turris, quæ & ipsa Stratonis uocabatur, sicut & illa maritima quæ pòst Cæsarea nominata est: quæ ambiguitas uatem perturbauerat. Aristobulum autē continuò cepit fraternæ necis pœnitētia: quæ res morbū eius aggrauauit, dum factū suum cōtinenter detestaretur, ita ut postremò crescentibus doloribus sanguinē uomeret. eum quidā è ministris efferens, diuina opinor ita uolente prouidētia, prolapsus in eo ipso loco effudit, q Antigoni cædis cruēta habebat uestigia: quo facto ingens eorū qui uiderant

derãt clamor exoritur, quaſi data opera puer illic effudiſſet ſanguinem, ita ut clamoris cauſam ſciſcitaretur Ariſtobulus: omnibus amĩe dicere tergiuerſantibus, tãto magis cõtendebat cognoſcere, q̃ natura ita comparatũ ſit, ut ſuſpecta nobis ſint quæ diſſimulãtur ſilẽtio. Tandẽ ubi minis ac terroribus expreſſit ut faterentur veritatem, conſcientia grauiter ictus animũ plurimas effudit lacrymas: & gemitũ ex imo pectore ducens, Ergo nõ latet Deum, inquit, meũ impium ac ſceleratũ facinus, q̃n tam cito repoſcor pœnas cognati ſanguinis. O corpus impudens quouſq; retinebis animã, quã materni ſimulac fraterni manes flagitant? cur nõ ſemel eam reddis, ne ſic per partes opus ſit libare meũ ſanguinẽ, atq; ita parentare oppreſſis per nefas & parricidiũ? nix ea fatus erat, cùm exhalauit animã, uno tãtum anno in regno exacto, cognominatus Philellen, id eſt Græcorũ amator, poſt auctã multis beneficijs patriam, illato bello Iturææ, magnaq; eius parte attributa ad Iudææ limites: cuius habitatores cõminatione exilij coẽgit circunciſionẽ cæteroſq; Iudaicos ritus admittere. Alioqui natura æquus erat et modeſtus, ut atteſtatur Strabo ex autoritate Timagenis, ſic dicens: Hic uir æquus fuit, & Iudæis multis in rebus cõmodus: nam et ditionẽ eorũ auxit, & partẽ Ituræorum eis attribuit, deuinctam circunciſionis fœdere.

Alexandri Iudæorum regis res geſtæ. CAP. XX.

Poſt

XIX. *Post Aristobuli obitum Salome eius uxor, quã Graeci Alexandrã nominant, solutis eius fratribus, quos ipse ut diximus uinxerat: Ianneum, qui & Alexãder est, regẽ constituit, aetate caeteros praecedentẽ atq; modestia: cui accidit ut mox natus exosus patri factus sit, nec unquàm dũ ille uiueret in eius conspectũ admissus: eius odij causam ferũt hãc: Cum aliqñ in somnis ei Deus apparuisset, rogauit de successore, solicitus de Aristobulo et Antigono quos praeceteris diligebat fratrib⁹. Sed cùm Deus huius effigiẽ designasset, cõtristatus q⁹ us in omnes fortunas esset successurus, in Galilaea educari eũ uoluit. Sed oraculi fidẽ eũctus approbauit. Potitus enim hic regno post defunctũ Aristobulũ, alterum fratrũ insidiantem sibi, interfecit: alterum contentũ priuata & otiosa uita, in honore habuit. Constitutis deinde rebus imperij, prout sibi uisum est cõducere, ad Ptolemaidẽ duxit exercitum: & cum prosperè pugnasset, uictos intra moenia cõpulit, eosq; obsessos oppugnare adortus est. Sola enim è maritimis Ptolemais & Gaza expugnãda supererant, & praeter has Zoilus, qui tyrannidem apud Stratonis turrim & Dora occupauerat. Sed cũ Antiochus Philometor et frater eius Antiochus Cyzicenus mutuis cladibus suas uires attererẽt, nihil praesidij ab eis expectandũ erat Ptolemaidẽsibus, uerum Zoilus tyrannus cum ijs quos alebat militibus*

eorum

eorum quoq; dominationi propter discordiam regū inhians, nōnihil opis attulit. Nā reges negligere uidebātur illorū periculū, athletis similes, quos cū defessi sint certamine, pudet tamen aduersario manus dare, sed per interualla se ad instaurādū certamē refouēt. Supererat una spes ab Aegypti regibus, & Ptolemaeo Lathuro, q à matre Cleopatra è regno eiectus Cyprū obtinebat: ad hūc igitur missis legatis, orabāt ut auxilio ueniēs ex Alexādri manibus periclitātes eriperet: q cū ei spem fecissent q delatus in Syriā habiturus esset Gazaeos & Ptolemaidēses in suis partibus, simulq; Zoilū & Sidonios, multosq; alios adiutaturos, classis promissus nauigationē parabat. Interim Demenetus q plurimū apud suos ciues autoritate pollebat, persuasit Ptolemaidēsibus ut mutarēt sentētiā, cōducibili? dicēs incertā cū Iudaeis belli aleā subire, q in certissimā seruitutem accito domino se dedere, & insuper non praesens solū bellū sustinere, sed maius etiam ab Aegypto imminens. Cleopatrā enim non permissura Ptolemaeū uires sibi parare è uicinia, sed cōtra eos uenturā cum ualido exercitu: dare enim reginā operā, ut illū etiā è Cyprio eiciat. futurum autē ut si Ptolemaeū sua spes frustretur, ipse in Cyprū retrorsum fugiat, miseri uerò ciues in extremo deserantur periculo. Igitur Ptolemaeus cognita in itinere Ptolemaidēsiū mutatione, nihilominus cursum

continuauit, & cũ appuliſſet ad Sycaminũ, cò loci copias expoſuit, quæ cõſtabant cõnumeratis peditibus & equitibus circiter X X X. millibus. His adductis ad Ptolemaidẽ, et caſtris ibi poſitis, cũ neq; legatos eius admitteret, neq; uerba audire uellẽt, in magnã cõiectus eſt ſolicitudinẽ. Poſtq; uerò Zoilus ad cũ & Gazæi uenerunt, petẽtes auxiliũ cõtra Iudæos & Alexãdrũ agros ipſorũ uaſtantẽ, obſidio quidẽ urbis metu Ptolemæi ſoluta eſt. Cæterũ reducto domũ exercitu Alexãder cœpit aſtu agere, clã Cleopatrã cõtra Ptolemæũ uocãs, apertè uerò amicũ eius & ſociũ ſe ſimulãs: quin & CCCC. argẽti talenta daturũ ſe pollicitus eſt, ſi ille uiciſſim in gratiã ipſius Zoilũ tyrãnum tolleret, et agros eius Iudæis attribueret. Tunc igitur Ptolemæus libẽter Alexãdri amicitiã admittẽs, Zoilũ cepit: deinde uerò cõperto q; ille clam ad matrem ipſius Cleopatrã nuntios mitteret, diſſoluto cum eo fœdere, profectus eſt oppugnatum Ptolemaidẽ, quæ portas ei clauſerat. Vbi relictis ad cõtinuandã oppugnationẽ ducibus cum parte exercitus, ipſe cũ reliquis copijs ad uaſtandã ac domandã Iudæã ſe cõtulit. At Alexãder poſtq; intellexit eius propoſitũ, & ipſe ex ſua ditione collegit circiter L. millia, uel ut quidã ſcriptores malunt L X X X. millia, & cũ his hoſti iuit obuiam. Ptolemæus uerò ex improuiſo adortus ſabbato Aſochim Galilææ oppidũ ui cepit, &

circ

circiter decem captiuorum millia præter aliam multam prædam abduxit.

Ptolemæi Lathuri de Alexandro victoria. C. XXI.

DEinde aggressus & Sephorim non lõge inde distatẽ, multis desideratis abijt cõsli cturus cũ Alexandro: cui occurrit ad Iordanẽ fluuiũ, iuxta Asophon, qui non multũ dissitus est à flumine: & castra ex aduerso hostiũ metatus est. Habebat autẽ Alexander in prima acie pugnare solitos octies mille, quos hecatontamachos appellabat, gestantes æratos clypeos: sed et Ptolemæi prima acies æque æratis scutis utebatur. Et cætera quidem inferiores sibi uisi cunctãtiores erant ad prælium: cõfirmabat autẽ eos nõ parũ Philostephanus aciei struẽdæ artifex, inbẽs trãsire fluuiũ supra quẽ castra habebãt: nec Alexãdro transitũ eorũ impedire placuit, rato faciliorẽ sibi fore uictoriam, si hostis à tergo haberet fluuiũ, & è pugna nõ posset refugere: & primũ quidẽ æquo marte certabatur, multis utrinq; cadẽtibus: deinde cũ iam Alexãdri milites superiores fieri inciperẽt, Philostephanus cũ parte suorũ maturè cedẽtibus opẽ attulit: cũq; inclinato Iudæorũ cornu nullus ferret suppetias, destituti ope proximorũ fecerunt fugæ initiũ, cæterosq; exẽplo suo traxerũt: cõtrà Ptolemæi milites acriter instãdo Iudæos fugiẽtes cædebãt, & tandẽ profligatos eousq; insecuti sunt interficiendo donec lassatis manibus

ferrum quoq; hebesceret. Ferunt XXX. millia cecidisse in eo prælio: Timagenes autē L. millia in suis scriptis retulit: cæteros partim captos, partim fuga seruatos incolumes. Ptolemæus uerò cum post victoriā lōge lateq; excurrisset, serò tandē in quosdā Iudæorū uicos se recepit: quos ubi uidit refertos pueris & mulieribus, mādauit militi ut promiscuè iugulatos & in frusta concisos, in lebetes feruētes mēbratim cōiicerēt, ut qui effugerāt è prælio hostē crederēt humanis uescisi uisceribus, & eo maior terror incuteretur reliquis: & huius crudelitatis tā Strabo quā Nicolaus meminit. Iidē etiā Ptolemaidem ui expugnauerūt, sicut aliàs indicauimus. Porrò Cleopatra uidēs augeri filij potentiā, subiecta Gazæorū urbe, & Iudæorum regione impunè peruastata, nō permittendū duxit ut ille magis creſceret, maximè cū circa Aegypti portas obuersaretur, et immineret eius imperio: qua propter cōtinuò tam nauales quā terrestres exciuit copias, quarū supremū regimen penes Chelciam & Ananiā Iudæos esse noluit: bonā etiā diuitiarū suarū partē cū nepotib. et testamēto apud Coū insulā deposuit. Iussoq; Alexādro filio cū magna classe in Phœnicen appellere, & deficientibus ad se eius regionis incolis, peruenit Ptolemaidē: unde exclusa oppugnationē eius urbis instituit. Tū Ptolemæus relicta Syria properauit in Aegyptū, sperās ex improuiso occupaturum.

rum se præsidijs uacuã: sed opinione sua frustratus est. Per idẽ tẽpus alterũ è Cleopatræ ducib⁹ Chelciã mori cõtigit, dũ circa Cœlesyriã Ptolemæũ persequitur. At Cleopatra auditis filij conatibus, & q̃ ei tẽtanti Aegyptũ non ex sententia successerat, missa eò parte exercitus omnino eũ ex ea regione expulit: atq; ita rursum ex Aegypto eiectus, apud Gazã exegit eã hyemẽ. Interim Cleopatra Ptolemaidẽ, simul cũ præsidiarijs expugnat. Quò cũ uenisset Alexander eũ muneribus, et ita exceptus tractaretur, ut dignũ erat hominẽ afflictũ à Ptolemæo, nec aliud habentẽ refugiũ: cumq; quidã amicorũ regina suaderẽt, ut illã quoq; regionem occuparet, nec sineret tãtã bonorũ Iudæorũ multitudinẽ unius uiri parere nutib⁹: Ananias cõtrariũ cõsuluit, iniquũ facin⁹ dictitãs, si hominẽ in societatẽ receptũ suis facultatib. exueret, præsertim suũ cognatum. Sic enim fore ut illata huic iniuria, omnes ubiq; gentiũ Iudæos à se alienaret. His rationibus Anania regina inducta, abstinuit ab Alexandro iniuriã, & fœdus cũ eo renouauit apud Cœlesyriæ urbẽ Scythopolim. Tũ uerò liberatus metu periculi quod à Ptolemæo hactenus impẽdere uisum est, expeditionẽ suscepit in Cœlesyriã, ubi Gadara post decẽ mẽsiũ obsidionẽ cepit: & paulò pòst potitus est Amathũte, quod est castrũ omniũ quæ ad Iordanẽ sita sunt munitissimũ, ubi Theodorus Zenonis filius res

ſuas chariſsimas depoſuerat: qui ex inopinato Iudaeos aggreſſus, interfectis ex eis decẽ millib⁹, impedimeta Alexãdri diripuit. Nec tamẽ hac clade rex abſterrit⁹ eſt quo minus in maritimo tractu Raphiã bello aggrederetur, & Anthedonẽ, cui poſtea Herodes rex mutauit nomẽ in Agripiadẽ, quã & ipſam armis in poteſtatẽ ſuã redegit: & cũ animaduertiſſet Ptolemeum Gaza relicta in Cyprũ receſsiſſe, & matrẽ eius Cleopatrã in Aegyptũ, inſenſus Gazaeis q̃ acceiuiſſent illũ cõtra ſe in auxiliũ, & urbẽ eorum oppugnauit, & agrũ depopulatus eſt: interim Apollodotus eorũ dux noctu cũ duobus millibus cõductitiorũ militũ, & decẽ millibus quæ ex oppidanis armauerat erupit in caſtra Iudaorũ: & quãdiu nocturna erat pugna, ſuperiores erãt Gazæi, hoſtibus aduentũ Ptolemæi ſuſpicãtibus: ſed quã primũ dies illuxit, & rei ueritas apparuit, Iudæi ſe cõglomerarũt, & impetu facto in oppidanos circiter mille ex eis interfecerũt. Attamẽ ne ſic qdẽ quãuis grauãte inopia noluerũt cedere, parati quiduis potius perferre, q̃ ab hoſte ſubigi: & addebat illis animũ Aretas rex Arabũ, auxilij ſpẽ oſtentãs. Sed priuſquã ille ueniret, Apollodoro perẽpto ciuitas capta eſt. Nã Lyſimachus ipſius frater inuidens ei q̃ tã gratioſus eſſet apud populũ, occiſo eo collegit manũ militũ, atq; ita urbẽ Alexãdro tradidit: qui primo pacatus introgreſſus eſt,

eſt, deinde immiſit in oppidanos militē permiſ-
ſa ſeuiēdi licētia, ac paſſim Gazæi trucidabā-
eur: nec tamē illi moriebantur inulti, ſed repu-
gnātes inuaſoribus nō pauciores Iudæos interi-
mebāt: alij uerò deſolatas prius ædes incēdebāt,
ne hoſtis præda potiri poſſet: quidā etiā ſuiſmet
manibus uxores ac liberos contrucidabāt, ne in
captiuitatē abſtraherētur. Senatores autē nu-
mero D. in Apollinis cōfugerāt: forte enim ſe-
natus habebatur cū hoſtis intromiſſus eſt. Ale
xāder uerò etiā his iugulatis, & diruta inſuper
urbe reuerſus eſt Hieroſolyma, anno pòſt quàm
caſtra ad Gazā admouerat. Eodē tēpore etiam
Antiochus Grypus occiſus eſt Heracleonis in-
ſidijs, anno ætatis ſuæ quinto et quadrageſimo,
regni uerò nono ſupra uigeſimum: cui ſuccedēs
Seleucus filius bellū geſſit cum Antiocho pa-
truo, cui Cyziceno fuit cognomen, quē deinde in
prælio captum neci tradidit. Nec ita multo pòſt
Cyziceni filius Antiochus cognomento Euſe-
bes peruenit Aradum, et impoſito ſibi diade-
mate Seleuco bellum intulit, quē uno prælio ui-
ctum è tota Syria expulit. At ille fuga delatus
in Ciliciā, poſtq; à Mopſeatis receptus eſt, cœpit
ab eis tributa exigere: qui nō ferentes exactio-
nē, unà cum regia & ipſum & amicos cōcre-
mauerunt. Regnante uerò apud Syros Antio-
cho Cyziceni filio, Antiochus Seleuci frater
bello eum aggreditur, & uictus uitam ſimul

amiſit atq; exercitum: poſt quẽ frater eius Philippus aſſumpto diademate regnauit in parte Syria. Interim Ptolemæus Lathurus quartum eius fratrẽ Eucærum cognomine acceptũ à Gnido, regẽ apud Damaſcũ conſtituit. His duobus fratribus ſtrenuè reſiſtẽs Antiochus, breui extinctus eſt: nocatus enim in auxilium Laodices Galadenorũ regina cũ Parthis bellũ gerentis, fortiter in prælio dimicans occubuit: quo facto Syria regnũ remãſit penes duos fratres, Philippũ atq; Demetriũ, ſicut aliàs narratũ eſt. Porrò in Alexãdrum domi ſeditio coorta eſt cũ per ſcenopegia celebritatẽ in paranẽ ſacrificare cõ iecta ſunt citrea: nã hoc feſto noſtris morẽ eſſe palmeos et citreos thyrſos geſtare indicauimus: quin & cõuitijs imperitus eſt populariter, exprobrãtibus captiuitatẽ, & indignũ qui ſacris operetur iactãtib⁹: quibus iniurijs exacerbatus occidit eorũ circiter ſex millia: et exſtructo circa fanũ & altare ſepto ligneo pertinẽte uſq; ea loca ad quæ ſolis ſacerdotibus patet aditus, hoc pacto arcebat à ſe uim multitudinis. Sed & mercenarios milites alebat Piſidas & Cilicas: nã Syris infenſus, nõ utebatur eorũ opera. Deuictis deinde Arabibus, tributa Moabitis & Galaditis imperauit, & Amathũtẽ diruit, nõ audẽte Theodoro man⁹ cõſerere. Cõgreſſus etiã cum Arabũ rege Obeda, et pertractus in inſidias, cũ camelorũ multitudine protruſus eſſet

in

in fauces aſperas & acceſſu difficiles iuxta Gadara uicum Galaditidis, agrè euaſit ipſe incolumis: delatusq; fuga Hieroſolyma, ſuper acceptam cladẽ per ſex annos à ſua gente bello uexatus, non minus quàm L. millia Iudaorũ occidit: & cùm eos hortaretur ad reconciliationem, adhuc magis accẽdit eorum odia: dum rogãti quid ſe uellent facere, ore uno reſponſum eſt, ut ſeipſum interficiat: moxq; miſerunt ad Demetriũ Eucærum, qui ab illo auxilia peterent.

XX.

Demetrius Eucærus Alexandrum prælio ſuperat. CAP. XXII.

ILle ueniẽs cũ exercitu, cõiunxit ſe cũ eis qui ſe accinerãt, & circa Sicima caſtra poſuit. Alexãder uerò cũ mercenariorũ ſex millibus & ducentis inſuper, Iudaorũq; ſua factionis uiginti millibus illi occurrit: habebat autem ille equitũ tria millia, peditum uerò quadraginta. Itaq; multa utrinq; tentata ſunt, dũ hic mercenarios utpote Græcos ad defectionem ſolicitat: ille uerò ſtãtes cum Demetrio Iudæos. Sed quia neuter his artibus quicquam proficiebat, poſtq; uiſum eſt armis decernere, uictoria fuit penes Demetriũ: in quo prælio mules Alexãdri cõdu ctitius ad unum cæſus eſt, nauata prius forti ac fideli opera. Sed & ex Demetrianis multi deſiderati ſunt. Caterũ poſtq; Alexãder ad mõtes perfugit, miſerati eius fortunã confluxerunt ad eum circiter ſex millia, quorũ metu Demetrius

retrò abijt. Post hæc Iudæi propriis uiribus bellum gesserunt aduersus Alexãdrũ, sed semper uicti multos amittebãt è suorũ numero: tandẽ potẽtissimos eorum cõpulsos in Bethoma oppugnauit, & capto oppido redactos in potestatẽ abduxit Hierosolyma, ubi facinus cõmisit lõgè immanissimũ: epulãs enim cum pallacis excelsiore loco unde prospectus patebat, ad D C C C. iussit suffigi crucib. in cõspectu adhuc uiuentiũ iugulauit uxores eorũ & liberos, pœnas exigẽs pro acceptis iniurijs, quæ tamen inhumaniores fuerũt, licet sæpe ab inimicis afflictus in extremũ uitæ et regni periculũ adductus fuerit, dum nõ cõtenti propriis eum impugnare uiribus, externa etiã auxilia cõciunt: & postremò in eam necessitatẽ eum cõpellunt, ut quæ loca in Moabitica et Galaditica regione subegerat restitueret Arabibus, ne & ipsi arma sua aduersus eum cũ inimicis cõiungerẽt: præter alia quæ in eius cõtumeliã gesta sunt innumera. Iniqua tamen fuit talis animaduersio, ita ut propter hãc crudelitatem Thracidæ cognomẽ apud Iudæos inuenerit. Cæterũ aduersariorum exercitus ad octo milliũ numerũ noctu in tutũ euaserunt: et toto tempore quo uixit Alexãder, egerunt in exilio: atq; ita demũ liberatus à tumultibus securè administrauit regnũ in posterum. Demetrius antẽ relicta Iudæa profectus Beræã, Philippum fratrẽ suum oppugnauit in ea, habens

secum

secum decẽ millia peditũ, et mille equites. Straton uerò Berœæ tyrãnus et Philippi socius Zizum principẽ Arabum exciuit & Mithridatem Sinarẽ præfectum Parthorum, qui postquã uenerunt cũ magno exercitu Demetrij castra oppugnauerunt, & tã siti q̃ missiliũ telorũ multitudine deditionẽ cum suis facere coëgerunt: abductáq; ex ea regione præda maxima, Demetrium captiuum ad Mithridatem Parthorum regem miserunt. Antiochenses uerò quotquot in castris inuenti sunt, gratis dimissos redire Antiochiam passi sunt. Parthus uerò rex Demetrium apud se in omni honore habuit, donec ibi morbo absumptus est: at Philippus post hanc pugnam statim profectus Antiochiam, totius Syriæ regno potitus est.

Antiochi Dionysi in Iudæam expeditio. C. XXIII.

DEinde Antiochus cognomine Dionysius, frater ipsius, Damascũ principatum ambiẽs peruenit, & ibi rerũ potitus rex factus est: q cũ exercitũ duxisset cõtra Arabas, Philipp' eius frater hoc audito Damascũ aduolat: & cũ opera Milesij arcis præfecti urbe Damascenorũ potitus esset, per ingratitudinẽ nõ remunerauit eum, q̃ uellet uideri terrore urbẽ, non proditione cepisse: quapropter suspectus ei redditus, rursum Damascum amisit: progressum enim in circum animi gratia Milesium exclusit, & urbẽ seruauit Antiocho. At ille auditis

XXI.

de

de Philippo rumoribus cõfeſtim rediit ex Arabia: moxq; duxit in Iudeã exercitũ octo millium peditũ, & equitũ octingentorũ. Cuius inuaſionẽ Alexãder metuẽs, foſſam profundam duxit à Caparſabe, quæ nũc Antipatris dicitur, uſq; ad Ioppẽſe mare, quà ſolũ patebat acceſſus: excitatoq; muro & p̃ interualla caſtellis ligneis per C L. ſtadia, præſtolabatur Antiochũ: at ille omnibus his incẽſis traduxit hac exercitũ in Arabiã. & cũ Arabs primũ ceſſiſſet, deinde cũ X. equitũ millibus apparuiſſet, occurrens ei Antiochus præliatus eſt acriter. iamq; de victoria certus occiſus eſt, dum alterũ ſuorũ cornu laborãs uult in integrũ reſtituere. poſt eius caſum exercitus refugit in uicũ Cana, ubi maxima eius pars fame abſumpta eſt. Poſt hunc Cœleſyriæ regnũ Aretas adipiſcitur, uocatus ad imperiũ à Damaſcenis propter odium quo perſequebãtur Ptolemæũ Mẽnæũ. Is quoq; in Iudeã p̃fectus cũ exercitu, demicto Alexãdro apud Adida, certis cõditionibus reduxit ſuos unde uenerat. Alexander uero ad Dion oppidũ admoto milite, eoq; ui capto, ad Eſſam inde duxit, ubi erãt Zenonis res pretioſiſſimæ: & primũ triplici muro eum locũ circũdedit, dein expugnato oppido ad Gaulanã duxit & Seleuciã: & ſubactis his quoq;, redegit in ſuã poteſtatẽ uallẽ quæ Antiochi dicitur, & caſtellum Gamala. Obiectiſq; multis criminibus

Deme

Demetrio locorũ eorũ domino, principatu ſuo illum exuit, & tertio demũ huius expeditionis anno domũ reduxit exercitũ, magna alacritate Iudæis eũ ob res proſperè geſtas excipientibus. Per hæc tẽpora iam & Syrorũ & Idumæorũ et Phœnicũ urbes tenebãt Iudæi, ad mare Stratonis turrim, Apolloniã, Ioppen, Iamniã, Azotũ, Gazã, Anthedona, Raphiã, Rhinocurã: in mediterraneis per Idumæã regionẽ Adora & Mariſſã, totãq; Samariã et mõtes Carmeli ac Itabyriũ: ad hæc Scythopolim, Gadara, Gaulanitidẽ, Seleuciã, Gabala: & Moabiticas urbes, Eſebonẽ, Medabã, Lembã, Oronas, Telithonẽ, Zarã, Aulonẽ ciliciũ, Pellã: hanc ultimam diruerũt, q incolæ recuſarẽt Iudaicos ritus recipere: poſſidebãt & alia Syriæ nõ obſcura oppida, quæ imperio ſuo nouiter adiecerant. Poſt hæc Alexãder ex temulentia morbo contracto, & tricnio integro quartana laborãs, nec tamẽ abſtinẽs à caſtrenſibus officijs, tandẽ exhauſtis uiribus fato cõceſſit in Geraſenorũ finibus, obſidẽs Ragaba caſtellũ quod ultra Iordanẽ ſitũ eſt. Quẽ uidẽs regina iam morti uicinum, & nullã ſalutis ſpem præ ſe ferentẽ, flens & ſeipſam plangẽs, ſuã ſimul et liberorũ deſolationẽ lamẽtabatur. Cui me, inq, & hos filios relinquis, alieno indigẽtes auxilio? præcipuè cũ nõ ignores q infenſus ſit tibi totus populus. Tũ ille cõſuluit ei, ut ſuis monitis pareat, ſi uelit ſecurè

curè cũ filijs regnũ obtinere. Primùm ut apud milites celet suã mortẽ, tãtisper dũ castellũ illud capiat. deinde postquã victrix magnificè Hierosolyma reuersa fuerit, Phariſæis nõnihil licentiæ permittat: hos enim pro habito sibi honore laudaturos eam, & cõmendaturos apud populum: posse enim plurimũ apud Iudæos, siue exosum aliquẽ cupiãt ledere, siue amicũ iuuare. Valde enim his fidẽ habere uulgus, etiãsi p̃ inuidiã de quopiã malẽ loquant̃: nec se ob aliã causam incurrisse totius gẽtis odiũ, q̃ quia hoc genus offenderit. Ergo, inquit, ubi Hierosolyma peueneris, accersitis eorũ primoribus, ostẽde illis meã corpus, & uerbis q̃ proximè ueritatẽ simulatis permitte ut eo uãtur arbitratu suo, siue insepulto & proiecto cadaueri uelint illudere ppter antiquas iniurias, siue alio quolibet modo in id sauire, & pollicere nihil te nisi ex illorũ sentẽtia gesturã in administrãdo imperio. His uerbis si apud eos usa fueris, et mihi magnificẽtiorẽ quam à te sepultura cõtinget, cõtentus illis permissa potestate, & tu securè dominaberis. Post hæc monita uxori data moritur, anno regni sui XXVII. uitæ uerò undequinquagesimo.

Alexandro mortuo uxor Alexandra in regnum succedit. CAP. XXIIII.

ALexandra uerò capto castello iuxta mariti monita Phariſæos allocuta est, & omnia illorũ arbitrij faciẽs, quæ ad cadauer uel ad re

ad regnum pertineret, ex infensis, benevolos eos sibi reddidit: tum illi progressi ad plebẽ cõcionabantur, res gestas Alexãdri celebrãtes, & regẽ iustũ se amississe cõquerẽtes, populũ ad cũ luctũ ac mœstitiã pronocauerũt, ut nullũ antehac regẽ funeranerint sumptuosis. Cæterùm XXII. Alexãder duos quidẽ reliquit filios, Hyrcanũ & Aristobulũ, regni tamẽ administrationem Alexãdræ testameto reliquit: è filys autẽ Hyrcanus erat rebus administrãdis parũ idoneus, & amator otij: minor uerò natu Aristobulus audax & industrius: sed mulier gratiosa erat apud populum, eo q̃ semper uisa sit ægrè tulisse ea, quæ maritus præter officiũ faceret: illius consilio põtificatus Hyrcano obuenit, nõ tam ætatis prærogatiua, q̃ propter innatã segnitiẽ: alioqui ex Phariſæorũ sentẽtia q̃missu regina gerebant omnia: quibus etiã plebs parêre iussa est: & si quid cõstitutionũ Hyrcanus socer abrogauerat, quas Phariſæi iuxta maiorũ traditiones induxerãt, id totũ sanctũ est denuò. Nomen igitur regni erat penes reginã, penes Phariſæos uerò administratio: nam hi & exulibus reditũ, & uinctis solutionẽ procurabãt: quædã tamẽ etiã per se prouidebat mulier, & magnum mercede cõductorum militũ alebat numerũ, uiresq; suas ita augebat, ut terrori esset circũuicinis tyrãnis, et obsides ab eis acciperet. Et quod ad reliqua attinet, quieta erat eius ditio, soli Phariſæi turbas

bas excitabãt, incitantes reginã ut necaret illos qui Alexãdro autores fuerũt ſumẽdi DCCC. ſimul uiris ſupplicij: moxq; unũ ex his iugulant Diogenẽ, deinde aliũ poſt aliũ, donec potẽtiores cõcurrẽtes in regiã, et cũ his Ariſtobulus, pro ſe ferẽs, nõ placere ſibi quae fierẽt, & ſi occaſio daretur nõ permiſſurus tantã licẽtiã matri, cõmemorabãt ei quãtis rebus geſtis et quãtis exhauſtis periculis fidẽ ſuam domino approbauerint, quodq; hac de cauſa magnis praemijs eos dignatus ſit: rogabãtq; eã ne ommino in cõtrariũ ſpes ſuas uerteret: nũc enim q periculũ ab hoſtibus euaſiſſent, domi ab inimicis mactari more pecudũ, nemine opẽ ferẽte: aiebãtq;, ſiquidẽ contenti ſint iam occiſis aduerſarij, propter innatũ affectũ quo dominos proſequãtur, patienter ſe laturos hanc calamitatẽ: q ſi illi ſauire pergerent, petebant ſibi dari diſcedendi ueniã: neq; enim niſi ipſius regine permiſſu quaſituros ſibi incolumitatẽ, alioqui laturos ut ibidem in ipſa interficiãtur regia. Sed turpe eſſe tũ ſibi tũ regine, ſi illa diſſimulãte à mariti inimicis uexẽtur: nihil enim libentius auditurũ Aretã Arabem & reliquos tyrãnos, q̃ ſi ipſa ſe priuaret talibus uiris, quorũ illis olim uel nomẽ auditũ terrori fuerit. Quòd ſi ne hoc quidẽ uelit cõcedere, & malit indulgere Phariſeorũ cupiditatibus, ſaltẽ per caſtella ſe diſtribueret: ſe enim quãdoquidẽ fortuna ita perſequat Alexãdri

fami

familiares, cõtentos esse in humili statu uitæ reliquũ exigere. Hæc & alia multa etiam diceret, & ad miserationẽ tam eorũ q̃ periclitantium manes Alexãdri inuocaret, omnibus circũstãtibus cõmotæ sunt lacrymæ: sed maximè Aristobulus mentem suã declarabat, multis uerbis matrẽ corripiẽs. Verũ illi sibỹpsis causa fuerunt horũ malorũ, qui fœmineæ ambitione imperandi præter æquũ cõmiserũt regni habenas, quasi uerò deessent posteri. Tum illa inops melioris consilij, custodiã castellorum eis credidit, exceptis Hyrcania, Alexãdrio & Macharũte, in quibus res sibi cariſsimas recõdiderat. Nec multo pòst Aristobulũ filiũ cũ exercitu misit uersus Damascũ, cõtra Ptolemæũ Mennæũ, q̃ grauis erat urbi uicinus. Sed ille nulla re memorabili gesta domũ rediit. Per idem tẽpus nuntiatũ est Tigranẽ Armeniorũ regẽ cũ D. militũ millibus innasisse Syriã, & breui in Iudeã esse uenturum: ea fama nõ immerito reginã & totam gentẽ terruit: miseruntq; ad eũ legatos cũ magni pretij muneribus, obsidentẽ tunc Ptolemaidem. Regina enim Selene, aliàs Cleopatra dicta, imperabat in Syria, & incolis eius autor erat, ut Tigranẽ excluderẽt. Ibi inuentũ regẽ legati rogauerũt, ut bene sibi de regina sua, deq; tota Iudæorũ gẽte polliceretur. Ille uerò collaudatos quòd è longinquo uenissent ad exhibendũ sibi officium, iussit omnia bona sperare. Capta uerò

Ptolemaide nuntiatur Tigrani, Lucullũ dum persequitur Mithridatẽ, illũ quidẽ non assecutum, qui iam in Iberiã euaserat, sed Armeniã ingressum uastare eã regionẽ: quo cognito ille statim domũ reuersus est. Post hæc cùm regina in morbũ difficilẽ incidisset, & uisum est Aristobulo iam adesse tẽpus aggrediẽdi negotiũ, noctu egressus uno comitãte famulo cõtulit se ad ea castella, quibus paterni amici erant præpositi. Iam dudũ enim molestè ferẽs quæ mater gerebat, tum uerò longe magis timebat, ne illa mortua totũ suum genus ueniret in potestatem Phariseorũ: et uidebat q̃ ineptus esset administrationi frater, ad quẽ spectabat successio. Conscia uerò fuit eius conatus sola uxor quã domi reliquit cũ liberis: ac primũ uenit Agaba, ubi Galestes erat unus è potẽtibus, à quo perlibenter exceptus est. Sequẽti uerò luce regina sensit Aristobuli absentiã: nec tamẽ statim suspicata est illum ad res nouãdas esse profectũ. Verũ posteaquã uenerunt nũtij alij super alios, quòd iam hoc, iam illud castellum occupasset, (nam uno incipiẽte statim reliqua omnia in eius potestatẽ se dediderunt) tum demũ in magna cõsternatione fuit et ipsa regina & uniuersa gẽs: sciebant enim nõ multũ abesse Aristobulum, quin sibi usurparet gẽtis imperium: & uehementer timebãt ne pœnas exigeret ab illis qui in ipsius familiares debacchati fuerant: placuit igitur,

igitur, ut uxor eius cum liberis custodiretur in castello quod templo erat appositum: ad Aristobulum autē magnus fiebat cōfluxus, ut iam nec stipitus deesset, nec ornatus regius: nam intra quindecim fermè dies occupauit castella uiginti duo: in quibus habēs receptaculum, colligebat exercitū a mōte Libano et Trachonitide & à tyrānis: homines enim semper pluribus se agglomerātes libēter obtēperabāt, sperantes etiā nōnihil utilitatis se percepturos ex eo, quē ipsi ex insperato res nouas molientē euexissent ad dignitatis regia fastigium. Iudeorū autē seniores & Hyrcanus regina cōuenerunt, & rogabant ut præsentibus rebus aliquod expediret consiliū. Aristobulum enim iam penè totā dominationē ad se traxisse, occupatis tot locorum opportunitatibus: se aut nō decere, etiāsi maxime ipsa ægrotet, eā superstite consuluare absq; illius cōscientia: periculū autē iam esse penè proximum. At illa iubebat eos facere quicqd putarēt reipub. cōducere: habere eos magnā facultatē, uires gētis, milites, & in ærario multā pecuniā: sibi enim iam nō admodū curæ esse rerū administrationē, nimirū deficiente corpusculo. His dictis nō multo pòst extremū halitum reddidit, exacto anno regni I X. uitæ tertio supra septuagesimum, mulier supra sexum suū egregia, ut quæ mirū in modū honorū & imperādi cupida operibus declarauit suā industriā, quæ

exprobrãs uiris inſcitiã, qui parũ feliciter adminiſtrant reſpublicas: ſemper enim præſentibus magis q̃ futuris intẽta, & omnia poſtihabendo moderatæ gubernationi, neq; ab honeſtate neq; à iuſtitia deduci uoluit. Familia tamen eius in tale incurrit infortuniũ, ut potẽtiã quã ſibi multis ſudoribus & periculis parauerat, propter huius nõ muliebres cupiditates paulo poſt amiſerit: quia et cũ inimicis familiæ ſuæ ſenſiſſe uidetur, & rempublicã orbaſſe præſidit us: quin & poſt obitũ eius ex reliquijs malæ ipſius adminiſtrationis multæ turbelæ originẽ duxerunt in domo regia: attamen quam diu rebus præfuit, gentem in pace continuit: atq; hic fuit rerum Alexandræ reginæ exitus.

FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIB. XIIII.

Poſt contentionem de regno inter fratres conuentum eſt ut Ariſtobulus regnaret, Hyrcanus priuatam uitam degeret. CAP. I.

DE Alexandræ reginæ rebus et obitu in præcedenti uolumine diximus, nũc quæ deinceps conſecuta ſunt, dicturi ſumus: nihil magis ſtudentes, quam ne quid uel per ignorantiam, uel per obliuionẽ prætermittamus. Nam qui hiſtoriã & rerũ propter antiq

antiquitatē obſcurarum expoſitionē ſcribere ſe profitētur, debent quidē non negligere orationis cultū, & elegantē compoſitionē, tum quicquid lectioni gratiā conciliat, & adimit tadium: ſed præcipua cura impendēda eſt ueritatis ſtudio, ne ſuam fidē ſequētes fallant et inducāt in errorem aliquē. Cùm igitur pontificatū accepiſſet Hyrcanus anno tertio ſeptimæ & ſeptuageſimæ ſupracenteſimā Olymp. Q. Hortēſio, Q. Metello Creticō Coss. ſtatim bellū ei Ariſtobulus intulit, et commiſſo ad Hierichuntē prælio, multi ex eius militibus ad fratrē transfugerūt: quo facto Hyrcanus in arcem cōfugit, in quam cuſtodiendi filij & uxor Ariſtobuli à matre eius depoſiti fuerant, ut antè diximus. Reliqui etiā eius factionis hoſtes cùm uictoris metu intra ſeptū ſani ſe recepiſſent, breui deditionē fecerunt. Cœptū eſt deinde agi inter fratres de pacis conditionibus, in quibus obtinuit Ariſtobulus ut regnaret, & fratrē ſineret in otio frui quæ illi obuenerant facultatibus, & priuatā uitam agere. Hoc fœdus ictū eſt in ipſo tēplo, & data acceptaq; fide, iunctisq; dexteris ſanctū: & poſt mutuos cōplexus in conſpectu populi factos digreſſi ſunt, alter in regiam, alter priuatus in ædes Ariſtobuli.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam ſibi & ſuis liberis parauerit, & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum. CAP. II.

AMicus autē quidā Hyrcani Idumæus no- II.

mine Antipater, uir pecuniosus, natura sa-
lliosus et industrius, infensus erat Aristobu-
lo, eo q ipse studeret Hyrcani partibus: quãuis
Nicolaus Damascenus huius genus deducat à
primatib⁹ Iudæorũ q in Iudeã uenerũt è Baby
lonia. Sed hoc dicit in gratiã Herodis eius filij,
quẽ fortuna ad Iudæorũ regnũ euexit, sicut suo
loco dicetur. Hic igitur Antipater primũ no-
cabatur Antipas, codẽ quo pater ipsius nomi-
ne: quẽ ab Alexãdro rege & eius uxore con-
stitutum ducẽ totius Idumææ ferum amicitias
Arabum & Gazæorũ et Ascalonitarũ co-
luisse, multisq; eos sibi cõciliasse muneribꝰ. Itaq;
minor Antipater suspectã habẽs Aristobuli
potentiã, et timẽs cum propter mutuã simulta-
tem, clãcularijs obtrectationibus effecit ut con-
tra illũ potẽtiores Iudæorũ cõspirarẽt, iniquum
esse dictitãs sinere Aristobulũ inuadere usur-
pato per iniuriã imperio, exꝰ quo eiecisset fratrẽ
natu maiorẽ, eumq; ætatis prærogatiua spolias-
set: eisdẽ uerbis etiã Hyrcanũ obtundebat assi-
duè, addẽs ne uitã quidẽ illi esse in tuto, nisi ma
tura fuga saluti suæ prospiceret: amicos enim
Aristobuli nũquã nõ cõsuliare, quo eo sublato
de medio, dominationẽ alteri constabiliãt. His
sermonibus Hyrcanus nolebat credere, q esset
natura bonus, et calũnias nõlibẽter admitteret:
quæ quidẽ animi lenitas et quietis amor para-
uit ei opinionẽ ignauiæ. At Aristobulꝰ planè

cons

contrario fuit ingenio, industrius simul & magnanimus. Cùm igitur Antipater uideret Hyrcanũ nihil moueri suis monitis, nõ destitit tamen quotidie nouas de fratre criminationes fingere, quasi insidiaretur uitæ illius: tandẽ urgẽdo egrè obtinuit, ut assentiret fugere ad Aretã regem Arabũ, suũ quoq; pollicitus auxiliũ: idq; eò facilius impetrauit, q̃ Iudææ cõfinis sit Arabia: præmittitur itaq; Antipater ad regẽ, accepturus ab eo fidẽ, q̃ inimicis nõ dediturus esset suũ supplicẽ: quod ubi ille interposita fide promisit, Antipater ad Hyrcanũ reuersus est Hierosolyma: & nõ multo post assumpto eo noctu urbem egressus, magnis itineribus peruenit in urbẽ quæ Petra dicitur, apud quam erat Aretæ regia:

& q̃ esset regi amicissimus, rogabat eum ut Hyrcanũ in Iudæã restitueret, & instãdo quotidie dandoq; munera tandẽ persuasit. Hyrcanus quoq; pollicitus est si ope eius reductus regnum reciperet, redditurũ se ei regionẽ cum duodecim oppidis, quæ pater ipsius Alexander de Arabibus ceperat: erant autẽ hæc: Mebaba, Naballo, Liuias, Pharabasa, Agalla, Athone, Zoara, Orona, Mariſſa, Rydda, Lusa, Oryba. III.

Aristobulus prælio uictus compellitur Hierosolyma. CAP. III.

TAlibus promissis permotus Aretas expeditionẽ susceptit contra Aristobulum, ducens quinquaginta millia pedestris simul &

equestris exercitus: moxq; nicit prælio: post eam victoriam multis ad Hyrcanũ transfugientibus, desolatus Aristobulus confugit Hierosolyma. Arabs autẽ adducto secũ toto exercitu, oppugnabat eum in tẽplo adiuuante Hyrcanũ etiam populo, solis sacerdotibus nõ deserẽtibus Aristobulum: sed Aretas admotis tam Iudeorum quam Arabũ exercitibus acriter oppugnationi instabat. Dum hæc ita gerũtur instante azymorum festo quod Pascha uocamus, optimates Iudeorũ relicta sua regione fugerũt in Ægyptũ. Quidam autẽ Onias uir iustus & Deo charus, qui aliquãdo siccitatis tẽpore impetrauerat pijs precibus pluuiam, tũc in latebras se abdidit, ciuile bellũ præsentiens. hunc in castra adductum Iudæi rogabãt, ut quẽadmodum olim sterilitati attulerat remedium, ita tunc denouceret diris Aristobulũ & quotquot eius factionẽ sequebantur: id cùm diu recusans cogeretur a turba, stans in medio eorũ sic precatus est: Deus uniuersi huius mundi rex, quoniam & hi qui mecum stant tuus sunt populus, & qui oppugnantur tui sacerdotes sunt, precor ut neq; hos cõtra illos, neq; illos cõtra hos orantes exaudias. Post hæc uota circumsteterunt eum quidã ex Iudæis uiri perditi, & obruerũt lapidibus: quam crudelitatem Deus ultus est cõtinuò, cadusq; Onia pœnas exegit in hũc modum. Dum Aristobulus oppugnatur cum sacerdotibus, supernenit Paschæ.

Paſcha, in quo feſto nobis mos eſt multis Deum honorare ſacrificijs: quib⁹ quia cærebāt obſeſſi, rogauerūt ſuos tribules ut accepta quātam poſtularēt pecunia uictimarū copiam ſibi facerēt: illis uerò pactis mille drachmas in ſingula capita, & repræſentari ſibi iubētibus, Ariſtobulus & ſacerdotes libenter id fecerūt, & per funem è muro demiſerūt pretium: at illi accepta pecunia non reddiderunt uictimas: ſed eò progreſſi ſunt impietatis, ut non ſeruata fide hominibus, Deum etiam fraudarent debitis honoribus. Sacerdotes autem quibus per pactorū ſpeciem illuſum fuit orauerunt Deum ut pœnas de tribulibus ſuis ſumeret: nec dilata eſt uindicta, ſed procella uehemens immiſſa fecit per totam eam regionem magnam uaſtationem fructuum, ita ut tritici modius ueniret drachmis quindecim.

Hyrcani & Ariſtobuli legationes à Scauro petentes auxilium. CAP. IIII.

INterea Pompeius Scaurū miſit in Syriā, ipſe in Armenia diſtentus bello quod adhuc gerebat cōtra Tigranē: ille uerò ubi Damaſcum uenit, recens captā à Metello & Lollio properauit in Iudæam continuato itinere: huic legati facti ſunt obuiam, tam ab Hyrcano quàm ab Ariſtobulo, utriq; petentes ſocietatē & auxilium: & cùm Ariſtobulus polliceretur CCCC. *talenta, nec pauciora Hyrcanus, Scaurus Ariſtobuli promiſſa præſulit: is enim liberalis erat,* IIII.

& abundans pecunijs, et rogabat officium præstari facilius: alter uerò pauper erat ac tenax, & cum majora quàm frater impetrare cuperet, tamen non satis bona fide pollicerì uidebatur. Nam difficilius erat expugnare urbẽ adeò munitam & ualidam, quam profugos repellere & Nabatheorũ turbam, præsertim nõ ualde ad id bellum gerẽdum animatam. Ob has igitur causas accepta ab hoc pecunia obsidionẽ soluit, denuntians Areta ut recedret, ni pareat declarandus hostis Rom. populi. Et Scaurus quidem Damascũ reuersus est: Aristobulus uerò cum magno exercitu cõtra Aretam & Hyrcanum profectus est: & congressus cum eis apud locum quem Papyronem nominant, prælio uicit, cæsis circiter septẽ millibus hostium, inter quos etiam Cephalio frater Antipatri cecidit.

Quomodo Aristobulus & Hyrcanus apud Pompeium de regno disceptauerunt. CAP. V.

NOn multo autẽ pòst, cùm Pompeius Damascum uenisset, & obiret Cœlesyriam, præsto fuerũt ei legati ex uniuersa Syria et Aegypto atq; Iudæa: misit enim ad eum insigne donum Aristobulus, uitẽ auream D. talentorum: meminit autẽ huius muneris etiam Strabo Cappadox his uerbis: Venit & ex Aegypto legatio, cum corona facta ex aureorũ quatuor millibus: & ex Iudæa sine uitis, sine hortus, quod opus τρυφὴν, id est delectamentum uocabatur: hoc

hoc donũ uidimus etiam nos Romæ dedicatũ in Iouis Capitolini tẽplo, cum inscriptione Alexandri regis Iudæorũ, æstimabaturq; quingentis talẽtis: scribitur autẽ missum à dynasta Iudæorum Aristobulo. Paulo pòst iterũ uenerunt ad eum legati, Antipater pro Hyrcano, Nicodemus pro Aristobulo, qui etiã accusabat eos qui acceperant pecuniam, primùm Gabinius, deinde Scaur⁹, ille C C C, hic C C C C. talẽta, hos quoq; inimicos ei faciens. Qui cùm iussisset eis ad se disceptatorẽ uenire, ineunte uere copijs ex hybernis reuocatis in Damascenũ agrũ profectus est, obiterq; areẽ in Apamia diruit, quã Antiochus Cyzicenus munierat: et Ptolemæi Mennæi ditionem considerauit, uiri noxij non minus quàm fuerat Dionysius Tripolitanus, qui securi percussus est, affinitate etiam ei cõiunctus: mille tamen talentis iste redemit se à supplicio, qua Pompeius erogauit in stipẽdia militum. Excidit etiam castellum Lysiada, cuius tyrãnus erat Silas Iudæus: transiens deinde per Heliopolim & Chalcidẽ, superatoq; medio monte in Cœlesyriam ueniens, à Pella Damascũ se contulit: ibi & Iudæos audiuit, & eorũ principes, qui inter se dissidebant Hyrcanius & Aristobulus, sicut gens ipsa ab utroq;. Aiebant enim se nolle esse sub regibus, quòd patrium institutum habeant, ut sui Dei pareant sacerdotibus: hos autẽ duos esse quidem è sacerdotum genere, sed uelle principatum

cipatū gentis in aliam formā traducere, ut eam in ſeruitutē ſubigant. Hyrcanus autē querebatur, q̄ cùm maior natu eſſet, priuaretur prærogatiua ab Ariſtobulo: & minimā portionē regionis ſibi relictam, cætera à fratre uſurpata per uim omnia: hūc etiam & terra incurſare finitimos, & in mari habere piratarum receptacula: nec enim impulſurū fuiſſe gentē ad defectionem, niſi turbarū concitator eſſet, atq; natus ad uiolentiam. Atteſtabanturq; illi hæc dicenti plus quàm mille ex Iudæorū optimatibus, quos Antipater ad hoc induxerat. Alter cōtrà, excidiſſe eū è principatu aiebat propter ignauiā, quòd natura ad nihil eſſet manus idoneus, quàm ad obeunda negotia, & ideo ueniſſe eum in publicum contemptū apud ſuæ gētis homines. Se uerò neceſſariò principatū aſſumpſiſſe, metuentem ne is migraret in aliā familiā: appellatione uerò uti, qua & pater ipſius Alexāder uſus ſit: & in teſtimoniū citabat quoſdā iuuenes faſtuoſos, exoſos omnibus propter purpureas ueſtes, capillitij curā, & phaleras, ornamētaq; cætera: q̄ hoc cultu tanq̄ ad pompā, & nō ad iudicium uenerant. Pompeius uerò his cognitis, & improbata Ariſtobuli uiolētia dimiſit eos placidè, promittens ſe uenturū in eorū ditionē, quàm primum inſpexiſſet res Nabatæorum: interim iuſſit eos quietos eſſe, comiter habēs Ariſtobulum, ne is

VI. *alienatus intercluderet ei trāſitum: nec tamen*

ullam

ullam apud eum iniuit gratiam: non expectatiu enim Pompeij promissis profectus est ad oppidum Delium, & inde in Iudeam se contulit.

Quo stratagemate castella occupauerit. CA. VI.

QVa re offensus Pompeius, assumpto exercitu quẽ in Nabathaeos parauerat, et exercitu à Damasco cateraq; Syria copijs auxiliaribus, alysq; Romanis legionibus qua ductũ eius sequebantur, cõtra Aristobulũ mouit. Vt uerò praterita Pella & Scythopoli peruenit Coreas, ubi Iudaea mediterranea uersus est initiũ, inuenit elegantẽ arcem in montis uertice sitã Alexandrium: eò quia refugisse Aristobulũ intellexerat, accersiuit illum ad se per nũtios: ille uerò multis suadentibus ut caueret bellum à Romanis, descendit: & cùm de iure principatus cum fratre disceptasset, permissu Pompeij rursum in arcẽ se recepit, idq; iterum & tertio fecit, simul spe regni Pompeio obsecundans, & omnia eius imperata se facturũ simulans, simul redeundo in arcẽ se muniens, & apparatus bellicos faciens, metu ne ad Hyrcanũ transferretur dominium. Iubente autem Pompeio ut traderet sibi castella, & praefectis de ea re propria manu scriberet, nõ tradituris alioquin: paruit quidem,

sed aegrè ferens secessit Hierosolyma quasi ad certum bellum se praparaturus: nec multo pòst Pompeio ducenti contra cum exercitum in itinere uenit nũtius è Ponto, Mithridatem à filio VII.

suo

ſuo Pharnace occiſum eſſe ſignificans.

Hieroſolymitani portas Romanis claudunt. C. VII.

ET cum primi caſtra habuiſſet apud Hiericchuntem, ubi palmeta ſunt præſtantiſſima, & opobalſami prouenit inter unguenta præcipuum, inciſis acuto ſcrupo fruticibus ſuccꝰ in modum ſcatens, mane ſequẽti monſtrauit inde uerſus Hieroſolyma. Tum uerò Ariſtobulus ante actorũ pœnitens obuiam ei uenit, & oblatis pecunijs etiam intra Hieroſolyma eum admittens, rogabat ut omiſſo bello quicquid uellet pacatè ageret. Pompeius uerò data petenti uenia, mittit Gabinium cum militibus in urbem ad accipiendam pecuniam: qui tamen re infecta redyt, excluſus & uacuis manibus, militibus Ariſto-

VIII. *buli pactũ irritum facientibus. Eares uehementer Pompeio mouit ſtomachum, & additis Ariſtobulo cuſtodibus ipſe ad urbẽ properat, cætera quidem probè munitam, tãtum è ſeptentrionali latere iniurijs expoſitã. Circuit enim ea parte uallis lata & profunda tẽplum ambiens, quod muro ualido è ſaxo ſtructo cingitur.*

Pompeius templum cum inferiore urbis parte ui expugnat. CAP. VIII.

INtus autẽ erat diſſidium, urbanis quid opus eſſet facto non cõſentientibus: nam quidam cenſebant urbem Pompeio dedendam, Ariſtobuli uerò factio excludi eum iubebat, & bellum parari, eo quòd illum haberet in uinculis:

hi pra

hi præuenientes alteros templum occupant, & præciso ponte qui in urbẽ ferebat, ad bellum se expediunt: at illi intronusso exercitu tradiderũt Pompeio urbẽ & regiam. Ille Pisoni legato suo misso eò cum parte exercitus & urbis & regiæ commisit custodiam: ipse uicinas templo domos aliaq; propinqua ædificia muniebat, et primum conditiones pacis eis obtulit: quas cùm non admitterent, omnia quæ circũ erant oppugnationi parauit, Hyrcano alacriter suppeditãte quicquid usus posceret. Põpeius uerò à septẽtrionali templi latere, quod maximè erat oppugnationi obnoxium, admouit milites: erant autẽ hac quoq; parte turres altæ, et fossa manu facta, præter profundam uallẽ quæ templũ cingebat: nam etiam uersus urbẽ abrupta erãt omnia, sublato ponte, qua parte Pompeius erat cum suo cõtubernio: erigebantq; quotidie magno labore aggerẽ Romani, cædentes circumquaq; arbores: quod opus ubi perfectũ est, egrè completa fossa propter immensam altitudinem, admotis machinis à Tyro aduectis quatiebat tẽplum saxis missilibus: sed nisi patrius nobis mos esset per otium septimum quemq; diem exigere, non potuissent absoluere aggerem uetantibus aduersarijs: prohibere enim nim inferentes lex permittit, sed opus facientem hostem impedire nos nõ sinit. quod ubi animaduerterunt Romani, sabbatis neq; eminus incessebant telis Iudæos, neq; manus cum eis conferebant:

rebant: tãtum erigebant aggerem et turres, machinasq; admouebant, ut eis postridie aduersus nos uti possent. Facilè est autẽ uel hinc discere, quanta pietate Deum colamus, & quàm obseruantes legũ simus, quandoquidẽ oppugnationis terror nihil obfuit, quò minus solẽnia perageremur sacrificia, bis per singulos dies mane et circa nonã horã super altari immolãtibus nostris sacerdotibus, ac ne in extremo quidẽ discrimine sacra intermittẽtibus: etenim capto tẽplo tertio demum mense, die ieiunij, CLXXXIX. Olymp. C. Antonio, M. Tull. Cicerone Coss. hostis quidem irrumpẽs iugulabat omnes obuios: illi uerò nihilominus sacris operabãtur, neq; metu mortis, neq; iam cæsorũ multitudine absterriti, passuri quicquid liberet uictori potius, quàm deserturi altaria, aut aliquid omissuri præscriptũ patrijs legibus. Quòd autem hæc non fabula sit in pietatis laudẽ conficta, sed rei ueritas, atteſtãtur omnes qui res à Pompeio gestas conscripserunt, & in his Strabo ac Nicolaus, Romanaq; conditor historiæ T. Liuius. Nam cõcussa turri maxima crebris arietis ictibus, collapsaq; & secum ruinã trahente muri proximi, certatim infuderunt se hostium agmina: sed primus euasit per ruinas Cornelius Faustus Syllæ filius, sequente cohorte militum: mox alia parte Furius centurio cum suis manipularibus: & inter utrumq; Fabius & ipse centurio cũ manu suorũ ualida.

Omnia

Omnia autẽ erãt plena cadib', & Iudeorũ alij à Romanis cõfossi cadebãt, alij mutuis vulneribus: nõnulli p abrupta semetipsos iactabãt, aut subiectis in ædes ignib' cõcremabãtur, nõ sustinẽtes spectare quæ patrabãtur ab hostibus: ceciderũt è Iudæis duodecim millia, Romanorũ perpauci desiderati sunt. Capt' est Absalomus, patruus simul & socer Aristobuli. Læsa etiã est nõ mediocriter tẽpli religio, humanis antehac nec vestigijs penetrati, nec oculis. Introgressus est enim in illud Põpei', & unà eũ eo nõpauci alij, & inspexerũt quæ nefas est videre nisi solis sacerdotibus: eũq; intus essent ex auro mẽsa & cãdelabrũ & pocula, et odoramẽtorũ magna copia, præterea in thesauris sacra pecunia circiter talẽtorũ duo millia: nihil horũ præ pietate attigit, sed hic quoq; sui similis fuit, & nihil cõmune indignũ cæteris virtutibus. Sequẽti verò die iussis purgare tẽplũ edituis, & instauratis legitimis sacrificijs põtificatũ Hyreano reddidit, tũ p̃pter alia ipsius officia, tũ qa tota regione habitãtib' Iudæis autor fuit ne arma p Aristobulo sumerẽt: deinde belli cõcitatores securi pcussit. Faustoq; & alijs q primi murũ cõscẽderũt, digna præmia p̃soluit. Et Hierosolyma qdẽ pop. Ro. fecit stipẽdiaria, urbes verò quas eorũ cives sibi subinguinerãt in Cœlesyria, adẽptas illis iussit p̃prio parere præsidi: et totã gẽtẽ prius elatã rebus prosperis, contraxit ĩtra veteres terminos

Gadara deinde paulo ante dirutа instauranit in gratiã liberti sui Gadarensis Demetrij: reliquas uerò, Hippon, Scythopolim, Pellã, Diõ, Samariã, Marissam, Azotum, Iamniã, Arethusam suis restituit habitatoribus, easq; in mediterraneis, præter nariis bellis dirutas. Maritimas uerò, Gazã, Ioppen, Dora, Stratonis turrim, quæ ab Herode magnificè cõdita, & portubus atq; tẽplis exornata, Cæsarea mutato nomine appellata est: has omnes Põpeius liberas esse iussas prouinciæ cõtribuit. Quorũ omnium malorũ causa fuere Hierosolymitanis Hyrcanus & Aristobulus inter se dissidẽtes inuicẽ: nã tum primũ libertatẽ amisimus, subiecti Romanorũ imperio, & regionẽ de Syris bello captã reddere ipsis coacti sumus & insuper plus q̃ decẽ nullia talẽtorũ breui tẽpore à nobis Romani exegerũt: & regnum quo prius põtificale genus honestabatur, ad plebeios trãslatũ est homines. Sed de his suo loco dicemus. Cæterũ Põpeius Cœlesyria usq; ad Euphratẽ amnem & Ægypti terminos Scauro tradita cũ duabus Romanis legionibus, ipse in Ciliciã abijt Romã properans, abduxitq; secum Aristobulum uinctum cum duabus filiabus & totidem filijs.

Scaurus bello aggressus Aretam, fœdus Antipatri suasu cum eo fecit. CAP. IX.

IX. *Scauro autẽ ad Arabia Petrã profecto cũ exercitu, & quia difficilis ad eam aditus esset,*

esset, circumuicinos agros populãte, militibusq; fame laborantibus, Antipater iussu Hyrcani frumentũ ex Iudæa & alia necessaria eis præbebat: missusq; ad Aretam legatus à Scauro, eo, q hospes esset. persuasit etiã illi pecunia numerata uastationem agrorum redimere spõsor factus pro trecentis talentis: atq; his conditionibus hoc bellum finitũ est, non minus è Scauri quàm ex Aretæ sententia.

Alexander à Gabinio uictus, in quodam castello oppugnatur. CAP. X.

ALiquãto autẽ post Alexãdro Aristobuli filio Iudeã incursionibus uexãte, imperator Gabinius è Roma uenit in Syriã: is & alia multa memoratu digna gessit, & cõtra Alexãdrũ ex editionẽ suscepit. Hyrcano iã nõ ualẽte ei resistere, et de muris Hierosolymorũ reficiẽdis cogitãte, quos Põpeius deiecerat, sed ab hoc conatu p Romanos cohibitus est. At Alexãder quagando regionẽ multos Iudæos armauit: collectisq; propere decẽ armatorũ millibus, & mille quingẽtis equitibus, munitionibus firmauit Alexandriũ castellũ iuxta Coreas sitũ, & Macheruntẽ in finibus Arabũ: cõtra eũ uenit Gabinius, præmisso M. Antonio cũ alijs ducibus: atq; ita Romani cõiuncti cũ Iudæis in officio mãntibus, quorũ duces erãt Pitholaus & Malichus, assumptis etiã Antipatri auxilijs, occurrerũt Alexãdro, sequẽte cũ reliquo exer- X.

eitu Gabinio: tũ ille recepit ſe propius Hieroſo lyma, ubi cõſerto prælio Romani occiderunt hoſtiũ circiter tria millia, nec pauciores capti ſunt. tum Gabinius ueniẽs ad Alexandriũ inuitabat cõcluſos ad pacẽ, ueniã præteritorũ pollicẽdo: & eũ multi hoſtiũ extra caſtellũ ſtationem haberẽt, Romani eos adorti ſunt, ubi multis cæſis egregiã operã nauauit M. Antonius. Itaq; Gabinius relicta ad oppugnationẽ parte exercitus, ipſe reliquã Iudaã pluſtrabat: & quotquot inueniebat urbes dirutas, adificari iubebat. atq; hoc pacto inſtaurata ſunt, Samaria, Azotus, Scythopolis, Anthedon, Raphia, Dora, Mariſſa, Gaza, & alia nõ panca: idq; mãdãte Gabinio, quarũ poſthac habitatio tua permãſit, cũ antè longo tẽpore deſerta fuiſſent. His ita per regionẽ diſpoſitis, reuertitur ad Alexãdriũ: & cũ intẽderetur oppugnatio, per legatos ueniam petijt Alexãder, offerẽs caſtella Hyrcaniã & Macheruntẽ, & poſtremò Alexãdriũ, qua Gabinius diruit. Cũq; Alexãdri mater ad eũ neniſſet, qua Romanis fauebat, marito eius & reliquis liberis Romæ aſſeruatis, impetrauit ab eo quicquid petijt: moxq; diſpoſitis eius rebus, deduxit Hyrcanũ Hieroſolyma, curatrũ tẽplum & ſuũ ſacerdotiũ, deinde cõſtitutis quinq; iuridicis cõuentibus, in totidẽ æquales partes totã prouinciam diſtribuit: ita ut alij iura peterent Hieroſolyma, alij Gadara, Amathuntem, alij.

XI.

quarti

quarti uerò Hierichuntẽ, quinti Saphorã, quod eſt Galileæ oppidum, ſicq; liberati dominis ſub optimatum gubernatione degebant.

Ariſtobulus Romæ uinculis elapſus, rurſum in Iudæa captus à Gabinio Romam remittitur. C. XI.

CAeterũ cũ Ariſtobulus Roma pfugus XII.
reuerſus eſſet in Iudeã, & conaretẽ Alexãdriũ recẽs dirutum denuo munire, Gabinius miſit eò milites ducibus Ciſenna, Antonio, & Seruilio, qui eũ locũ occupari nõ ſineret, & daret operã ut ipſum cõprehẽderet: nã multi Iudeorũ ad eũ ppter nominis celebritatẽ confluebãt, nouarũ rerum auidi: ſiquidẽ & Pitholaus Hieroſolymorũ præfectus cũ mille armatis ad eũ trãsfugit: alioqui in eo cõfluxu multi fuere non ſatis armis inſtructi. Ariſtobulus uerò uolẽs occupare Macherũtẽ, tales dimiſit ut inutiles ad moliẽdũ aliqd, aſſumptisq; tantũ armatorũ octo millibus, illuc cõtẽdit, quos aſſecuti Romani uicerũt egregiè: quãuis enim repugnãtes aliquãtiſper impreßione facta coëgerũt terga uertere. occiſis eorũ circiter quinq; millibus: reliqui uerò diſſipati, ne qſq; potuit ſalutẽ ſibi quæſiuerũt. Ariſtobulus tñ plus mille ſecũ trahẽs pfugit Macherũtẽ, muniebatq; id caſtrũ, et quãuis rebus afflictus benè ſperare nõ deſtitit. Sed non ultra biduũ ſuſtinere potuit oppugnationẽ, & multis acceptis uulneribus captiuus cũ Antigono filio, q ei fugæ comes fuerat, ad Gabiniũ,

adductus est: atq; ita reflare fortuna rursum nè amissus Romæ in uinculis est habitꝰ, postq̃ regno & pontificatu potitus est annis tribus cũ dimidio, uir in ea dignitate magnificus et magnanimus. Liberos tñ eius dimisit senatus, cũ ex Gabinii literis cognouisset, pmissum hoc eorũ matri, dũ castella traderet: q̃ mox in Iudæã reuersi sunt. Porrò Gabinio parãti expeditionẽ in Parthos, & iam Euphratẽ trajiciẽti, mutata sentẽtia uisum est Ptolemæũ in Ægyptũ reducere, sicut alias indicatũ est. In hac quoq; expeditiõe ab Antipatro adiutus est frumento, armis, & pecunijs: & illius cõsilio Iudei q̃ Pelusiũ accolunt, ceu custodes Ægypti aditus, in societatẽ practi sunt. Caterũ reuersus ex Ægypto deprehẽdit Syriã laborare dissidijs & tumultib. Aristobuli enim filius Alexãder, denuò innouato per uim principatu multos Iudæorũ ad defectionẽ impulit, collectoq; magno exercitu regionẽ obeũdo, interficiebat Romanos quotquot adipisci potuit, reliquos in mõtẽ Garizim cõpulsos obsedit. Gabinius uerò hoc in statu Syriã offendẽs, Antipatrũ propter notã uiri prudentiam præmittit ad tumultuatores, si forte posset ad saniorẽ mentẽ reductis persuadere ut meliora sequãtur cõsilia: quod ille sedulò fecit, & multos reduxit ad officiũ. Alexãdro uerò potiri nõ potuit: is enim habẽs secũ XXX. Iudæorũ millia, ausus est occurrere Gabinio, & collatis signis

dee

decernere ad montẽ Itabyrium: quo prælio desiderata sunt ex acie Iudaica x. millia. Tum uictor cõstitutis Hierosolymitanis rebus ex Antipatri sententia, contra Nabatæos profectus, hos quoque profligat uno prælio: nobiles etiam Parthos Mithridatem & Orsanem ad se profugos remisit, sparso rumore q̃ aufugissent in patriam: tamisq; rebus gestis Romam reuertens Crasso prouinciam tradidit. De his autẽ Pompeij & Gabinij contra Iudæos expeditionibus scribit Nicolaus Damascenus, & Strabo Cappadox, nihil ab altero discrepans.

Crassi contra Parthos ducentis per Iudæã iter, & sacrilegium. CAP. XLI.

CRassus autẽ expeditionẽ contra Parthos parans in Iudeã pervenit, & pecuniã sacram, quã Pompeius nõ attigerat, duo milliaria talentorũ abstulit, totoq; reliquo auro, cuius summa accedebat ad octo talẽtorum millia tẽplum spolianit. Tulit etiã trabem ex auro solidã, trecentas minas pẽdentẽ, Mina autẽ apud nos cõstat duabus libris cũ dimidia. Hãc trabẽ ei tradidit sacerdos sacri thesauri custos Eleazarus, nõ pre malitia, nã erat uir bonus & iustus: sed cùm cõcreditã haberet aulæorum tẽpli custodiã, ex hac trabe pẽdentium, quorũ admirada pulchritudo erat, & apparatus preciosissimus: uidereq; Crassum totum esse in colligẽdo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabem hac

XIII.

redemptionem pro omnibus ei dedit: cùm prius eum iureiurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturū, cōtentum eo quod ipse traderet, æstima suum plurimis aureorū millibus. Hæc trabs inserta erat trabi cauæ lignea, quod cæteris omnibus ignotū solus sciebat Eleazarus. Crassus tamen & hāc pro reliquo tēpli auro accepit, & mox violato iureiurādo totū quātum intus erat egessit. Nec est mirādū tantas diuitias in nostro tēplo fuisse, cuius Deum cùm omnes ubiq; terrarū Iudæi venerētur ac colant, tam ex Europa quàm ex Asia longo tēpore huc eas cōtulerāt. Nec ad iactationē cōficta est prædicta summa, nec caret testibus: sed cùm alij multi, tum Strabo Cappadox attestatur nobis his uerbis: Mithridates antē misit in Coum insulā, qui asservent sibi inde pecuniā, quam Cleopatra regina ibi deposuerat, & Iudæorum oblingēta talēta. Nobis autem nulla est publica pecunia, præter hanc Deo sacrā: & satis apparet, q̄ hanc Iudæi ex Asia in Coum deportauerāt metu belli Mithridatici. Non est enim ueriſimile, eos qui Iudæam habitabant, habentes urbem adeò munitam & templum, pecunias in Coum misisse. Sed nec Alexandrinos Iudæos hoc fecisse est credibile, quibus nihil erat à Mithridate periculi. Idem Strabo alibi testatur, Syllam quo tēpore in Græciam traiecit, gesturus bellum cōtra Mithridatem & Lucullum, misisse Cyrenem

agit

agitatam seditionibus gentis nostræ, quæ orbem terrarum replenerit: sic enim scribit: Quatuor erant genera in Cyrenensium urbe, cives, agricolæ, inquilini, & quarti Iudæi: hoc iam in omnes urbes subrepsit, nec est facile inuenire locum in orbe habitabili, quē recepta semel non obtineat: nā & Aegyptus & Cyrene, utpote eisdē solita parere dominis, aliaq; multæ regiones horū ritus admiserunt, alumtq; cōgregationes Iudæorū maximas, tēpore coalitas, & utentes institutis domesticis. Per Aegyptum sanè etiā coloniæ sunt eius gētis, absq; eo q̄ Alexādrinæ urbis magna pars eis assignata est: habet etiā proprium magistratū qui sua gētis res administret, & cōtroversias ex iure dirimat, & cōtractus atq; pacta rata habeat, nō aliter quā sit in absoluta republica. Inualuit itaq; hæc gēs in Aegypto, eo q̄ antiquitus originē inde habeat, & facile migretur eò propter vicinitatē. In Cyrenaicā uerò regionē inde trāsijt ut conterminā, quēadmodū etiā Iudæa est, uel potius partē olim regni Aegyptij. Hæc Strabo. Cæterū Crassus rebus arbitratu suo cōpositis, Parthorū ditionē inuasit, ubi cū omnibus copijs perijt, sicut aliàs narratū est. Cassius antē in Syriā refugiēs occupata ea resistebat Parthis, ppter recentē victoriā excursantibus: & cū uenisset Tyrū, inuisit etiā Iudeā. Vbi Tarichæas primo impetu cepit, & fermè XXX. millia captiuorum

abduxit. Pitholaũ quoq; q Aristobuli partes fouebat interfecit, hortãte Antipatro, qui plurimũ apud eum poterat, & maximã inter Idumæos autoritatẽ habuit: apud quos duxit uxorẽ illustri inter Arabas loco natã, Cyprõ nomine, ex qua quatuor ei nati sunt filij, Phasaelus, & Herodes, q postea regnauit, et Iosephus atq; Pheroras, et filia Salome. Hic Antipater etiã alios dynastas hospitio sibi cõiũxit et amicitia, sed maximè Arabẽ, apud quẽ & liberos deposuit, dum bellum cõtra Aristobulũ gereret. At Cassius reparatis copijs ad Euphratẽ se cõtulit, ibiq; Parthis se opposuit, quẽadmodũ & ab alijs scriptoribus est memoria proditum.

Pompeii fuga in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam. CAP. XIII.

XIIII. ALiquãto autẽ pòst Cæsar occupata Roma, & Põpeio una cũ senatu ultra mare Ionium fugato, solutũ uinculis Aristobulũ decreuit in Syriã mittere, adiunctis ei duabus legionibus, quo facilius ordinaret prouinciã: sed is breui frustratus est spe, quã ex accepta à Cæsare potestate conceperat, à Pompeianis ueneno sublatus, & à Cæsarianis funeratus. Corpus autem eius diu melle curatum iacuit, donec Antonius id in Iudeam remissum mandauit repo-

XV. ni in regum cõditorijs. Scipio uerò iussu Põpeij Alexãdrũ Aristobuli filiũ, eo q aliquãdo cõtra Romãos rebellauerat: et

hic

hic quidē apud Antiochiā affectus eſt ſupplicio: fratres uerò eius ad ſe recepit Ptolemæus Menneus dynaſta Chalcidis, quæ ſita eſt in monte Libano: nam miſſo Philippione filio Aſcalonem ad uxorem Ariſtobuli, iuſſit eam cum eo mittere ad ſe Antigonum filium & filias, quarum alterius Alexandræ amore captus Philippio dúxit eam coniugē: deinde uerò occiſo prius eo Ptolemæus ipſe duxit Alexandrā, et germanorū eius curā habere nō deſtitit.

Cæſaris in Aegyptum expeditio, & quàm fideli Iudæorum opera adiutus ſit. CAP. XIIII.

XVI. POſt Pompeij auctē obitum et uictoriā Cæſaris, bellum ei gerēti in Aegypto multis in rebus uſui fuit Antipater Iudæorū gubernator, idq; mandato Hyrcani. Mithridate enim Pergameno adducēte auxilia, nec uolente trāſire per Peluſium, & circa Aſcalonē hærente, Antipater ei ſe adiunxit cū armatis Iudæorum tribus millibus, egitq; cū Arabū primatibus ne et ipſi uenirēt auxilio: eiusq; potiſſimū opera è tota Syria auxilia cōtracta ſunt: nam certatim opē tulerunt Cæſari Iamblichus dynaſta, & Ptolemæus eius filius, & Tholomæus Sohemi filius Libanū montē incolens, & urbes penè uniuerſæ. Mithridates uerò motis è Syria caſtris uenit Peluſiū, & nō receptus ab eius loci hoībus urbē oppugnauit. Vbi præcipuam operā nauauit Antipater, primusq; deiecta

iecta quadã muri parte aditum ceteris irrumpentibus in urbẽ aperuit, & Peluſiũ quidẽ ſic captũ eſt. Antipatrũ autẽ et Mithridatẽ properãtes ad Caſarẽ trãſitu arcebãt Iudæi Aegyptij, qui regionẽ quæ Onia dicitur incolunt. Hos Antipater ut tribules in partes ſuas traduxit, maximè cum oſtẽdiſſet Hyrcani pontificis literas, in quibus rogabãtur, ut amicos ſe præberent Cæſari, eumq; cõmeatibus iuuarẽt, & rebus exercitui neceſſarijs: qui moti autoritate Antipatri ac pontificis, libenter paruerunt. Quod ubi audierunt qui Memphim accolũt, & ipſi Mithridatem accerſiuerunt, & ille eò profectus hos quoq; adiunxit ſuis partibus.

Antipatri res geſtæ & cum Cæſare amicitia. C. XV.

POſtquã autẽ uẽtum eſt ad Delta quod nocant, cõflixit cũ hoſte circa locum qui Caſtra Iudæorum dicitur. Curabat autẽ dextrum cornu Mithridates, ſiniſtrũ Antipater. In ea pugna Mithridatis cornu inclinatum eſt, uidebaturq; cladẽ acceperum, niſi maturè præter fluminis ripã accurrens cum ſuis Antipater, qui iam aduerſarios profligauerat, exemptis ſo eijs periculo, Aegyptios iam uincẽtes coëgiſſet terga uertere: qui adeò fugiẽtibus inſtitit, ut caſtra quoq; hoſtiũ caperet, aduocato etiã in prædæ partẽ Mithridate, quẽ inſectãdo hoſtẽ longe à tergo reliquerat. Is ex ſuis octingẽtos deſideranit. Antipater non plus quinquaginta.

Mithri

Mithridates uerò de his Cæsarẽ per literas certiorẽ reddidit, ingenuè fassus Antipatrum et salutis sibi causam fuisse, & victoria: ita ut Cæsar & tunc eum collaudauerit, & postea toto eo bello in rebus periculosissimis eius forti operâ usus sit: in quibus certaminibus etiã uulnera accepit. Quamobrẽ finito tandẽ bello classe deuectus in Syriã Cæsar magnos honores cõtulit, tum in Hyrcanũ quẽ cõfirmauit in põtificatu, tum in Antipatrum, quẽ ciuitate Romana et immunitate donauit. Nõnulli uerò aiunt Hyrcanũ ipsum huic expeditioni interfuisse, & in Aegyptum uenisse. Attestatur mihi Strabo Cappadox, ex autoritate Asinij sic scribens: Postquã Mithridates in Aegyptũ inuasit, & cum eo Hyrcanus Iudæorum põtifex. Idẽ Strabo alibi ex autoritate Hypsicratis sic scribens: Mithridatẽ primò solum uenisse, accitũ deinde ab eo Ascalonẽ gubernatorẽ Iudææ Antipatrum tria millia militũ ei adiunxisse, & eiusdẽ hortatu cæteros dynastas socia arma cõtulisse, in hisq; Hyrcanum põtificẽ. Hæc Strabo. Eodẽ tempore etiã Antigonus Aristobuli filius ad Cæsarẽ uenies, questus est de patris infortunio, & propter ipsum uenena extinctus esset Aristobulus, & frater suus à Scipione securi percussus: rogabatq; ut sui misereretur, paterno principatu eiecti. Præterea Hyrcanũ accusabat & Antipatrũ, & per nim principatũ gentis gerere-

rent,

rent, nec abstinerẽt ab ipsius iniurijs. Antipater uerò causam suã egit diluẽs obiecta crimina: Antigonumq; seditionis & nouarum rerum studiosum esse coarguit: cõmemorabat etiã quantum proximo bello laborasset pro Cæsare, ipsum uerborum suorum testẽ adducẽs. Aristobulum autẽ merito Romã uinctum pertractum, perpetuum hostẽ & inimicum pop. Ro. Fratrẽ uerò huius cõuictum latrocinij debitas pœnas Scipioni dedisse, & non per iniuriã oppressum. Tum Cæsar oratione Antipatri motus, Hyrcanum pontificẽ declarauit, Antipatro dynastiã quamcunq; ipse optaret obtulit, & procuratorẽ insuper Iudææ declarauit.

Cæsaris literæ & senatusconsulta de Iudæorum amicitia. CAP. XVI.

XVII. HYrcano uerò etiã patriæ mœnia restituere permisit, rogãti hanc gratiã: iacebant enim usq; ad id tẽpus, ex quo a Põpeio fuerant diruta: deditq; hac de re in urbẽ literas ad consules, ut decretũ hoc scriberetur in Capitolio: cuius senatusconsulti exẽplũ sic habet: L. Valerius L. F. Pr. retulit ad senatũ idibus Decẽbrib⁹ in ede Concordiæ, præsente L. Coponio L. F. & C. Papirio Quirino, de his quæ Alexãder Iasonis, Numenius Antiochi, Alexãder Dorothei, legati Iudæorũ, uiri optimi & socij nostri petierũt, renouãtes ueterẽ erga populũ Rom. beneuolentiam: qui phialam & clypeum ex auro

argu

argumentū ſocietatis attulerunt, æſtimationis aureorū L. millium. & literas petierunt ad liberas ciuitates ac reges, ut per regiones eorum atq; portus ſecurè poſſint iter facere. Placuit igitur ſenatui eos in amicitiā & ſocietatē recipere, & omnia quæ petierunt cōcedere, & allatum clypeum accipere. Hæc acta ſunt Hyrcani pontificatus & principatus anno nono, menſe panemo. Quin & ab Atheniēſibus honor habitus eſt Hyrcano, quæſitus beneficijs: miſerūq; ad eum decretū ſcriptū in hanc ſententiā. Sub iudice & ſacerdote Dionyſio Aſclepiadis, panemi mēſis luna uigeſima, oblatum eſt ducibus decretū Atheniēſiū, Agathocle principe: de quo Eucles Menādri Alimuſius ſcriba retulit Munychionis undecima, cōcilio iudicū facto in theatro: ſuffragia collegit Dorotheus ſummus ſacerdos, & aſſeſſores ex populo. Dionyſius Dionyſij dixit: Quoniā Hyrcanus Alexandri pōtifex Iudæorū ac ethnarcha perpetua tam publicè q̄ priuatim cives noſtros beneuolentia proſequitur, nullā bene merēdi occaſionē prætermittēs: & quotquot Atheniēſium uel propter legationes, uel propter priuata negotia illuc deueniūt, acceptos comiter, dēducēdos etiā curat in rēditu, idq; multorū cōſtat teſtimonijs: viſum eſt nūc Theodoſio Theodori (referēte, et populum de huius uiri uirtute cōmoneſaciente, quam propenſus ſit ad benemerendū de noſtris

ciui

ciuibus) honorare hunc uirũ uirtutis ergõ coro-
rona aurea iuxta legẽ, ponere ei effigiẽ auream
in tẽplo Demi & Charitum: & praconis uoce
promulgari eam coronã in theatro Liberalibus
dum noua tragœdia aguntur, & Panathenaeis
& Eleusiniis, et in gymnicis certaminib⁹. Cu-
req; esse nostris ducibus, ut diem ille in amici-
tia nostra perseuerat, ut quicqd in honorẽ eius
& gratiã pro fauore & meritis excogitauerint
mus, exsequãtur sedulo: quo pspicua sit omni-
bus populi nostri erga bonos uiros gratitudo
ac beneuolentia, & huiusmodi honoribus plu-
res ad benemerendũ de nobis inuitentur. Eligi
etiã legatos idoneos ex omni Athenienssũ nu-
mero q ad illũ decretũ hoc perferãt, horteturq;
ut acceptis his honoribus certet nobiscũ benefi-
XVIII. cijs. Et hactenus de collatis à populo Rom. &
Athenienssi in Hyrcanũ honoribus. Porrò
Cæsar ordinatis rebus Syriæ cũ classe profectus
est. Antipater autẽ deducto Cæsare in Syriã,
reuersus ante omnia disiecta per Põpeium mœ
nia restituit, & obeundo prouinciã nouarũ re-
rum cupidos cõpescuit, tum minis agens, tum
consilijs. Fore enim, ut si Hyrcano contenti sint
principe, feliciter degãt fruẽdo suis quisq; pos-
sessionibus. Sin nouas sibi spes polliceantur, &
lucra ex rebus turbatis captent, se quidem pro
præside habituros dominũ, Hyrcanum uero prò
rege tyrannũ, tũ Romanos atq; Cæsarẽ acerbos

hostes

hostes pro principibus, hos enim nequaquã futuros mutari aliquid ex his quæ ipsi cõstituerint: atq; his monitis ille regionẽ totã cõposuit.

Antipater ex filiis suis Herodi Galilææ, Phasaëlo Hierosolymorum regimen cõmittit, & quòd Sex. Cæsar Herodẽ magnũ ac illustrẽ reddidit. C. XVII.

CÆterùm cùm Hyrcanum stupidum ac segnẽ animaduerteret, Phasaëlum è liberis suis natu maximum Hierosolymis & circũiacinæ regioni ducem cõstituit, Herodi secundo Galilæam curandã cõmisit, etiã tum admodum adolescẽti, nec excedẽti annũ quintumdecimũ: quod tamẽ illi nihil obfuit, sed quia fuit generoso ingenio praditus, confestim occasionẽ inuenit quomodo posset uirtutẽ suã ostẽdere. Comprehensum enim Ezeciã primariũ latronẽ, & cæterorũ ducẽ, Syriæ fines incursare ac prædari soliũ, affecit supplicio eum multis latrocinij socijs: quod eius factũ magnã ei apud Syros conciliauit gratiã, nihil magis cupiẽtes, q̃ repurgari tandẽ regionẽ à prædonibus. Deeantabant igitur eum hoc nomine per uicos & oppida, ut autorẽ pacis, & fruendi securè possessionibus. Quin & Sex. Cæsari per hoc factũ innotuit, cognato magni Cæsaris & tum administrãti Syriam. Quapropter etiã Phasaëlus excitatus est ad emulationẽ fraternæ gloriæ, nolens uirtutis laude haberi inferior: nihilq; magis studuit quàm gratiosus esse apud Hierosolymitanum

populum, omnia negotia publica per se obeundo, & in eis cum magna gratia uersando, nec abutendo potestate ad cuiusquã iniuriam: quo factum est, ut Antipater haud secus, q̃ si rex esset à tota gẽte coleretur, & in tali haberetur honore, qualis nõ dedeceret dominũ: nec tamen rebus tam secundis more cæterorũ hominũ depranatus est, quo minus Hyrcano fidẽ seruaret atq; amicitiã. Cæterùm optimates Iudæorũ nidentes eum cũ filijs tãtopere crescere, tum fauore gentis, q̃ Hyrcani pecunijs, & percipiẽdis ex Iudæa reditibus, malignè erga eum affecti erãt: iam enim amicitiã cõtraxerat cũ Romanis imperatoribus, & persuaso Hyrcano ut pecuniã eis mitteret, ipse huius muneris sibi usurpauit gratiã. Misit enim tanquã de proprio, & non quasi ab Hyrcano acceptã. Hæc Hyrcanus audiens adeò nihil curabat, ut gaudere etiã facto uideretur. Sed maximè terrebat Iudæorũ primates uiolentũ ac audax Herodis ingenium et tyrannidis cupidũ, adeunteſq; Hyrcanũ apertè iam incusabant Antipatrũ. Quousq; tandem dissimulabis quæ geruntur quotidie? an nõ uides Antipatrum cum filijs succinctos principatus opibus, tibi uerò præter inane regni nomẽ nihil fieri reliquum? Sed caue ista nescius, neue te securum pates, incolumitatis tuæ atq; regni iuxtà negligens: neq; enim procuratores tuos amplius agunt, (noli falli hac opinione) sed

iam

iam ex professo dominationē exercēt: nam Herodes Ezechiā cū pleriſq; alijs interfecit, cōtemptis noſtris legibus, quæ hominē quantumuis ſceleſtum non ſinunt affici ſupplicio, niſi prius damnatū ex ſententia iudicū: iſte uero hoc auſus eſt, prius quā a te poteſtatē hanc acciperet. Tandem Hyrcanus his auditis motus eſt: accenderunt autē eius irā matres etiā eorū quos Herodes necauerat: nam hæ per ſingulos dies in tēplo nō deſinebāt precibus ſuis tum regē tum populum obtundere, rogantes ut Herodes coram conſeſſu iudicum facti ſui rationem cogeretur reddere. Permotus igitur his hominē ad iudicium & dicēdam cauſam euocat. At ille preſtò fuit, præmonitus tamē a patre, ut nō priuati more, ſed cum comitatu ad ſe tuendū idoneo ueniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, quemadmodum exiſtimabat ſibi cōducere, mediocrē ſed tamē ſufficientē ſibi manū adiunxit in itinere, ne uel Hyrcanum terreret ſi plures adduceret, uel ipſe ſine tutela ſubiret iudicij periculum. Quin & Sex. Cæſar præſes Syriæ ſcripſit ad Hyrcanū ut eum abſolueret, minis ſi contra feciſſet additis. Quod quidē facile ab illo impetratum eſt, ne qua triſtiore iudicū ſententia ferretur, quandoquidē amabat eum nō ſecus atq; filium. Cumq; cōſtitiſſet ante iudicū una cum ſuis, omnes ſunt attoniti, nec quiſquā eorū qui abſentē accuſauerāt, auſus eſt hiſcere: ſed hærebant

bant inopes consilij. Tum unus quispiã Sameas nomine, uir iustus, & ob hoc inuictus terroribus, assurgẽs sic exorsus est: Equidem iudices, tuq; rex, nec ipse unquam uidi quenquã qui ad causam apud nos dicendã uocatus ad hũc modum cõparuerit, nec nos puto posse proferre huiusmodi quempiã: sed quisquis hactenus apud hunc cõfessum iudicãdum se prebuit, humilis uenit, & habitu timẽtis periculũ, ac captantis misericordiam, atratus & promisso capillitio. At bonus iste Herodes cædis reus, et tam graui obnoxius crimini, adstat hic purpuratus & crine belle cõposito, eũ armatis stipatoribus: ut si capitalẽ iuxta leges sententiã in eum tulerimus, nobis mactatis ipse euadat illata ui legibus. Verùm isti non succẽseo q̃ maiorẽ incolumitatis suæ quã legũ rationẽ habeat: sed nobis magis & regi, qui hanc ei cõcessistis licẽtiam. Scitote tamen potentẽ esse Deũ, & q̃ iste quẽ nunc in Hyrcani gratiã legibus eripitis, & nos aliquãdo et regẽ ipsum puniet. Nec uanus fuit uates: nam Herodes regnũ adeptus omnes illos iudices & regẽ quoq; sustulit, excepto uno Samea: hunc enim in honore habuit propter iustitiam, & quia pòst obsessa urbe ab Herode ac Sosio, admittendi Herodem autor fuit populo, negans propter peccata eos posse dominationẽ illius effugere, sicut suo loco dicetur. Porrò Hyrcanus animaduertens iudices propensiores ad

damnan

damnandum Herodem, rem in sequentẽ diem distulit, & clàm eũ admonuit, ut fuga sibi consuleret, non enim esse remedium aliud: atq; ita ille secessit Damascũ, quasi regẽ fugiẽs: cumq; conuenisset Sex. Cæsarẽ, & res suas in tuto collocasset, palàm præ se tulit quòd non esset comparitурus si denuò citaretur ad iudices. Illi nerò indignabantur, & conabantur Hyrcanum docere, quòd in ipsius perniciem hæc omnia tenderent: qui non ignorabat quidem eos uera monere, sed nihil expedire poterat per ignauiam & amẽtiam. Cæterùm cum Sex. Cæsar accepta pecunia Herodem præfecisset Cœlesyriæ, uehementer timuit ne ille contra se duceret: nec eum sua fefellit opinio. Iratus enim quòd iussus sit causam dicere, ueniebat cum exercitu: sed patris ac fratris occursu & precibus cohibitus est quo minus inuaderet Hierosolyma, placãtium eum & roganitium, ut terruisse contentus, re ipsa laderet neminem, neue ulterius aduersus autorẽ suæ dignitatis procederet. Debere etiã eum non tam meminisse quòd citatus sit, quã quòd absolutus etiam, & gratiã habere, quòd nihil triste passus abierit incolumis. Cogitandũ quoq; quàm periculosa sit belli alea, & quòd Deus arbitratu suo his uel illis annuat victoriam: atq; eo minus tum eam esse sperandam, quando non solum cõtra regem suũ & altorem bellũ mouerat, uerùm etiã benemeritũ, ipse nulla

affectus iniuria: nã si quid illi nunc obijciat, non ipsius esse culpã, sed consultorũ non bonorũ, qui ei opinionẽ crudelitatis cõcilient. Paruit his monitis Herodes, ratus sufficere sibi ad futuras spes quòd postea gẽti declarauerit: atq; eo tum in

XIX. *statu res fuerũt Iudaicæ. Caterũ Cæsar Romam reuersus expeditionẽ parabat in Africã contra Scipionẽ & Catonẽ: tum Hyrcanus per legatos eum rogauit, ut confirmaret cœptã societatẽ & amicitiam. Nunc uidetur mihi operæpretiũ percensere omnes honores gẽti nostræ à Rom. imperatoribus habitos, et inita cũ eis fœdera, ut uniuersis notũ sit, quòd tam ab Europæ q̃ ab Asiæ regibus obseruati fuerimus propter fidẽ ac fortitudinem. Quoniam autẽ multi nos odio habẽtes non credunt de nobis Persicarũ uel Macedonicarum rerũ scriptoribus, q̃ ea monumẽta nõ ita peruulgata sint, apud nostrates seruata & alios quosdã barbaros, certè Romanorũ decretis contradicere nõ poterunt: nã hæc & publicè dedicata sunt in urbibus, atq; etiã in Capitolio, & colũnis insculpta sunt æreis. Quin & Iul. Cæsar apud Alexãdriam attestatus est Iudæis inscriptione colũnæ æreæ, q̃ Alexãdrinæ ciuitatis ius habeant, quare his argumẽtis usurus sum: apponam etiã senatusconsulta et decreta Iulij Cæsaris, quæ ad Hyrcanũ & nostrã gentẽ attinẽt. C. Iulius Cæsar imp. & pont. max. dictator iterũ, Sidonicrũ magistratibus, senatui & pop. salutem.*

Si ua

Si ualetis bene est, ego quidē & exercitus ualemus. Mitto uobis exemplū tabulæ, quæ ad Hyrcanū Alexandri filium, Iudæorū ethnarchā ac pontificē attinet, ut in publicis uestris monumentis reponatur, inscriptū Græcis et Latinis literis in ærea tabula. Est autē hoc: Iul. Cæsar imp. iterum & pont. max. de consilij sententia decreui. Quoniā Hyrcanus Alexādri filius Iudæus & nunc & præteritis tēporibus tā pacē q̄ bello bonam ac fidelē operā in nostris negotijs præstitit, sicut ei multi imperatores attestati sunt, & in proximo Alexādrino bello in auxilium uenit cū M. D. militibus, et ad Mithridatē à me missus uirtute cessit nemini: has ob causas Hyrcanum filiū Alexādri et eius liberos ethnarchas Iudæorū esse iubeo, & pontificatū Iudæorū perpetuo retinere more patrio, essēq́; ipsum et filios eius nostros socios, et in amicorū nostrorū recipi numerū. Iura quoq; omnia pontificialia habere ipsum & filios decerno: & si qua controuersia exorta fuerit de Iudaica disciplina, iudicij penes ipsum esse: ad hæc nec hyberna multi debere, nec pecunias ab eo exigi. C. Cæsaris consulis, placita, cōcessa, decreta, sic habēt: ut filij principatū gētis Iudæorū, et donata sibi loca possideāt: ut pōtifex ipse ac ethnarcha Iudæorū iniuriam passis adsit: utq́; ad Hyrcanū Alexādri filium Iudæorū pontificē mittātur legati acturi de societate & amicitia: dedicariq́; æreā tabulā hæc

cõtinentẽ in Capitolio, & apud Tyrũ, Sidonem, Aſcalonẽ, in templis, inſcriptam Romanis atq; Græcis literis: utq; hoc decretũ apud omnes oĩm urbiũ quæſtores ac magiſtratus publicetur, quò pro amicis habeantur; & legatis eorũ hoſpitia præbeantur, & decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæſar, imperator, dictator, cõſul, honoris, uirtutis & benignitatis cauſa, cõceſſit in cõmodum S. P. Q. Romani, Hyrcanũ Alexandri filiũ eiuſq; filios pontifices ac ſacerdotes eſſe Hieroſolymorũ totiuſq; gentis, iure quo & maiores eorum hoc ſacerdotium geſſerunt. C. Cæſar quintũ Cos. decreuit habere & munire Hieroſolymorũ urbem, et gubernare eam Hyrcanũ filium Alexandri pontificẽ Iudæorũ ac ethnarcham ſecũdum ſuam uoluntatẽ, & ut Iudæis ſecundo locationis anno de reditibus eorũ ſubduceant, immunesq; ſint ab angarijs et uectigalib⁹. C. Cæſar imp. iterũ, ſtatuit ut ſingulis annis tributa pẽdant Hieroſolymitani pro ſua ciuitate, Ioppe excepta, abſq; anno ſeptimo quẽ Sabbaticum nominãt, quoniam in eo neq; fructus arborum colligunt neq; ſeminant: utq; in Sidone ſecundo quoq; anno tributũ reddant quartam partem ſatorũ: & ad hæc Hyrcano eiuſq; filijs decimas perſoluant, ſicut hactenus eorũ maioribus. Vtq; nullus uel præſes, uel dux, uel legatus, in finibus Iudæorũ auxilia colligat: nèue militibus liceat pecunias ab his exigere, uel hybernorum,

norum, uel quocunq; alio nomine: ſed ſint immunes ab omnibus moleſtationibus. Quæcunq; etiam poſtea parauerũt, uel emerunt, his omnibus fruantur. Ioppen præterea quã ab initio habuerunt Iudæi dum in populi Rom. amicitiam reciperentur, placere ipſorũ eſſe quemadmodum antea. Tributa quoq; eius oppidi habere Hyrcanũ Alexandri filium cum ſuis filijs, tam ab eius agri aratoribus, quàm uectigaliũ portus nomine, & eorũ quæ Sidonem exportantur, annua modiorũ X X M. D C L X X V. excepto anno ſeptimo quẽ uocant Sabbaticum, in quo neq; arant, neq; de arboribus fructus colligũt. Vicos item quos in Magno campo Hyrcanus & ſui maiores ante eũ poſſederũt, placet ſenatui eundem Hyrcanũ & Iudæos etiam nũc habere, iure quo et antea habuerũt. Manere etiam iura quæ ab initio inter Iudæos & eorũ pontifices fuerãt, & quæcunq; beneficia à S. P. Q. R. conceſſa. Præterea eodẽ iure licere illis uti & in Lydda. Loca etiam, agros, habitationes, quas pro amicitia reges Syriæ ac Phœnices per donationem populi Rom. poſſederãt, placere ſenatui ut Hyrcanus Iudæorũ ethnarcha habeat: eſſeq; ius Hyrcano eiusq; filijs et legatis ab eo miſſis ludos & gladiatores ſpectãdi inter ſenatores ſedentibus. Viq; quotieſcunq; poſtulauerint à dictatore aut magiſtro equitum in ſenatum introducantur, & reſpõſum eis omnibus intra decem dies red-

datur, si quid à senatu decretum fuerit. C. Cæsar imp. IIII. Cos. V. perpetuus dictator, huiusmodi uerba fecit de iure Hyrcani Alexãdri filij pontificis Iudæorũ ac ethnarchæ. Quandoquidẽ mei antecessores imperatores testimonium reddiderunt Hyrcano Iudæorũ põtifici Iudæiq; tam in prouincijs quàm apud S. P. Q. R. & hoc nomine S. P. Q. R. ei gratias egit, æquum est nos quoq; horũ meminisse, & dare operam ut Hyrcano ac Iudæorum genti filijsq; Hyrcani à S. P. Q. R. pro suo erga nos fauore gratia referãtur. C. Iul. Cos. Parianorum magistratibus S. P. Q. Sal. Accesserunt me in Delo Iudæi & quidam de colonijs Iudæorũ, præsentibus etiã uestris legatis, & indicauerũt mihi decretũ, quo uetatis eos uti patrijs sacrificijs & ritibus: mihi uerò nõ placet talia decreta aduersus amicos nostros & socios fieri, uetariq; eos uiuere suis moribus, & cõferre pecunias in epulas ac sacrificia, quandoquidem nec Romæ hæc facere uetantur. Nam C. Cæsar Cos. in edicto quo interdixit in urbe sodalitia, hos solos neq; pecunias cõferre, neq; conuiuia parare uetuit. Ego quoq; cum alia sodalitia interdixerim, hos solos sino iuxta patrios mores ac leges cõuenire. Quapropter æquum est etiam uos si quod decretũ feceritis contra amicos nostros & socios, id abrogare propter eorũ uirtutem, & erga nos benevolẽtiam. Post mortem autẽ Cæsaris M. Antonius, P. Dolabella Cos.

adnoa

aduocato ſenatu & introductis Hyrcani legatis, retulerunt de eorũ poſtulatis, & amicitiam cum eis renouauerũt, & quicquid petierunt ſenatuſconſulto eis decretum eſt. Dolabella etiam acceptis ab Hyrcano literis ſcripſit per uniuerſam Aſiam, & prima eius prouincia ciuitati Epheſiorũ, in hunc modum. Dolabella imperator Epheſiorum magiſtratibus S. P. Q. Sal. Alexander filius Theodori, legatus Hyrcani pontificis ac ethnarchæ Iudæorũ mihi retulit de ciuibus ſuis quòd militare non poſſint, eo quòd neq; arma geſtare neq; iter facere eis fas ſit diebus ſabbatis, neq; uictum more patrio poſſent ſibi quærere. Quamobrem ego quoq; quemadmodum alij ante me imperatores immunes eos uolo à militia, permittoq; ut patrijs utantur moribus, cõuenientes ſacrorum cauſa ſicut leges eorum poſtulant, & conferentes in offerenda templo ſacrificia: uoloq; ut hæc ipſa ſcribatis per urbes prouincia ſingulas. Atq; ita Dolabella Hyrcano per literas rogãti gratificatus eſt. L. autem Lentulus Cos. pro ſententia dixit: Iudæos ciues Romanos templa Iudaica habẽtes & facientes, Epheſi pro tribunali religionis ergô eſſe immunes à militia pronuntiari duodecimo Cal. Octobreis. Multa itaq; exſtant & alia huiuſmodi ſenatuſconſulta & imperatorũ decreta ad Hyrcanũ & gentem noſtram aliasq; urbes, & reſcripta de iure noſtro ad prouinciarum

præſid

præſides, de quibus propter hæc quæ hoc loco inſeruimus credere facile eſt his qui noſtra ſcripta candide lecturi ſunt. Quando enim tam manifeſta argumenta exhibuimus noſtra cum populo Romano amicitia, oſtenſis æreis columnis & tabulis in Capitolio nunc uſq; durantibus, duraturisq; in poſterum, omnia hic apponere ſupernaceaneum ac moleſtum duximus, exiſtimantes neminem fore tam difficilem, ut de re tot decretis comprobata dubitet, ac non potius ex his etiam de cæteris coniecturam faciat, nos uera dicere. Satis ergo iam declarata ſit quæ per ea tempora nobis cum pop. Rom. interceſſit amicitia & ſocietas. Incidit autem eiſdem temporibus tumultus in Syria ex cauſa huiuſmodi. Cecilius Baſſus unus è Pompeianis per inſidias interfecto Sexto Cæſare ipſe occupauit proinciam cum legionibus. Quo facto magnũ bellum exortũ eſt circa Apamiam, Cæſarianis ducibus contra eum uenientibus cum equeſtribus ac pedeſtribus copijs: ad quos & Antipater miſit auxilia cum filijs, memor beneficiorum acceptorum à Cæſare, ideoq; repetendas pœnas ab eius interfectore iuſtum exiſtimans. Id bellum dum trahitur, Marcus uenit Sexti ſucceſſor. & interim Cæſar ab his qui cũ Caſſio & Bruto coniurauerant in ſenatu occiditur, exactis in principatu ſuo tribus annis cum dimidio, ſicut & ab alijs ſcriptoribus memoriæ proditum eſt.

Caſſius

Cassius afflictis Iudæis insuper octingenta talenta ab eis exigit. CAP. XVIII.

BEllo deinde ciuili post eadem Cæsaris exorto, consularibus alijs aliò discurrẽtibus ad parandos exercitus, Cassius in Syriam venit, occupaturus eũ qui circa Apamiam erat exercitum: solutaq; obsidione tam Marcum quàm Bassum in suas partes pertraxit: obeundoq; ciuitates comparabat arma & milites, tributa etiam exigẽdo grauia: sed maximè Iudæam afflixit, plus quàm septingentis argenti talentis imperatis. Tum Antipater res ubiq; turbatas uidens partem eius pecuniæ duobus filijs exigendam committit, partem Malicho sibi parũ amico, partem quibusdam alijs: & primus Herodes ex Galilæa quantum imperatum erat afferens, maximam apud Cassium gratiam iniit: prudens enim illi uidebatur consilium, iam tum Romanorum alieno sumptu captare beneuolentiam. Sub alijs autẽ procuratoribus ipsæ ciuitates uenundabãtur unà eũ suis habitatoribus: quarum quatuor erant præcipuæ, Gophna, Emaus, Lydda, Thamna, nam earũ plebes Cassius hastæ subiecit: adeò autẽ exacerbatus erat, ut etiam Malichum interfecturus fuerit, nisi Hyrcanus per Antipatrũ centum talentis de suo missis, furorem eius lenisset. At ille post Cassij discessum maximè insidiatus est Antipatro, per huius mortem Hyrcani dominationi securitatẽ se paratur

X X.

raturū existimās: nec tū latuerūt Antipatrum eius cōsilia: nā cùm hoc sensisset, ultrà Iordanem profectus copias colligebat tū ex indigenis, tūm ex Arabib⁹. Verùm Malichus uir callidus inficiabatur insidias, deierās apud Antipatrū et filios, q̄ Phasaelo Hierosolymorū præsidiū tenēte, Herode uerò habēte armorū custodiā, ne in mentem quidē sibi unquā tale aliqd uenerit. & uidens nō succedere quod ꝓposuerat, reconciliatus est Antipatro, Marco Syriæ præsidēte: q̄ postquàm intellexit res nouas in Iudea molitū Malichū, minimū abfuit, quin eū interficeret, quem tamē Antipatri precibus donauit incolumem.

Malichus per insidias Antipatrum ueneno tollit. CAP. XIX.

SEd Antipater imprudens seruauit Malichum ut se perderet: nā Cassius & Marcus coacto exercitu Herodē totius Cœlesyriæ ducem fecerūt, attributis ei naualibus, equestribus, & pedestribus copijs, regnū etiam pollicīti post finitū bellum quod tum gerebant contra Antonium & iuniorē Cæsarem. Malichus uerò tum maximè timens Antipatrum, decreuit è medio tollere: corruptoq; pincerna Hyreani, apud quē ambo epulabantur, ueneno necauit hominē, & assumpta armatorū manu suscepit ciuitatis gubernacula. Cæterùm postquam Herodi ac Phasaelo innotuerunt structæ in parentē insidiæ, indignantibus illis Malichus strenuè pernegauit omnia:

omnia: atq; hic fuit finis Antipatri, uiri iusti ac pij, & patriæ amantissimi. Ex filijs autẽ alter Herodes confestim uolebat patris mortẽ ulcisci, & cũ exercitu aggredi Malichũ: sed Phasaelo grandiori magis placuit dolo circumuenire hominẽ, ne uideretur ciuile bellum incipere: itaq; acceptæ Malichi satisfactione simulauit se credere, non esse illum paternæ necis cõscium: secq; uertit ad excolendum monumẽtum quod patri struxerat. Interim Herodes ueniens Samariam, eamq; nimis afflictã offendens, refouere eam cœpit, & iura reddendo cõtrouersias ciuium dirimere: nõ multo antẽ pòst, instante Hierosolymis festo, & ipse uenit in urbẽ cum militibus, quem Malichus metuens Hyrcano suasit ne eum intrare permitteret: id quod Hyrcanus fecit, prætexens nefas esse sanctis populi cæremonijs profanam turbã superinducere: at Herodes contempta obnuntiatione noctu urbẽ ingressus est, & Malichum uehementer perterruit: at ille solitarum artium non immemor palàm lacrymabundus conquerebatur de Antipatri tanquam amici interitu, clàm uerò parabat sibi satellitium: quare uisum est Herodis amicis simulationem hanc non coarguere, sed ad uitandam suspicionem uicißim comiter tractare Malichum.

Herodes iussu Cassii Malichũ dolo interficit. C. XX.

ATtamen Cassio de patris obitu significauit per literas: & ille qui nõ ignorabat mores

Malich

Malichi, reſcripſit ut ulciſceretur parcẽtis iniuriam: clàm etiam mandauit Tribunis apud Tyrum agentibus, ut adeſſent Herodis iuſtis conatibus. Cumq; capta à Caſsio Laodicia, ſimul ad eum iter facerent afferentes coronas & pecuniam, Herodes expectabat daturũ eſſe illic pœnas Malichũ: at ille circa Tyrũ Phœnices ſuſpicione cõcepta, maiora moliri cogitauit: & quia filius eius obſes in ea urbe ſeruabatur, decreuit eam ingredi, & furtim illum in Iudeam abducere: & occupato cõtra Antoniũ Caſsio, gente ad defectionẽ concitata, ſibiipſi principatũ eius acquirere. Sed conſilijs eius fortuna aſpirare noluit, & Herodes homo callidus intellecto eius propoſito, præmiſſo famulo quaſi ad parandam cœnã, quia comites omnes inuitauerat, re autem uera ad tribunos, iuſsit eos Malicho cũ pugionibus occurrere: illi uero egreſsi, & nacti eum prope urbẽ in littore, confoderunt hominẽ: quo facto Hyrcanus adeò eſt attonitus ut obmutuerit: tandẽ agrè ad ſe reuerſus percõtabatur Herodẽ quid hoc rei eſſet, et quis interfeciſſet Malichum: & audito factũ eſſe iuſſu Caſsij, laudauit facinus: malũ enim uirũ fuiſſe, & inſidiatorem patriæ: atq; ita Malichus p oppreſſo Antipatro pœnã perſoluit debitã. Porrò Caſsio profecto è Syria, apud Iudeã tumultus exoriũ. Felix enim relictus cũ militibus Hieroſolymis, in Phaſaëlũ fecit impetũ, & populus arma corri-

p uit.

puit. Herodes uerò ad Fabiũ profectus eſt Damaſci præſidẽ, & uolens fratri ſuccurrere, morbo prapeditus eſt: donec Phaſaelus per ſe ſuperato Felice, in turrim primum compulſum, incolumitatem deinde pactum abire paſſus eſt: quamobrẽ mox cum Hyrcano expoſtulauit graiter, q poſt accepta à ſe multa beneficia, inimicis ſuis fauorẽ impenderet: nam frater Malichi tunc non panca caſtella occupauerat, & inter catera Maſadã longe munitiſsimum. Vt igitur cõualuit Herodes cõtra hunc profectus, receptis omnibus caſtellis pactum incolumitatẽ dimiſit.

Antigonum Ariſtobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetẽtem Herodes profligatum è Iudæa pellit. CAP. XXI.

ARiſtobuli autẽ filium Antigonum, qui conciliato ſibi pecunijs Fabio exercitum cõparauerat, Ptolemæus Mẽneus adoptat propter affinitatẽ: hunc etiã Marion adiuuabat, apud Tyrios ope Caſsij tyrannidẽ adeptus, per Syriã quoq; tyrannidẽ exercens, diſpoſitis in ea præſidijs, atq; etiã in Galilea cõtermina occupatis tribus arcibus. Sed has omnes Herodes illò profectus recepit, et præſidiarios Tyrios clemẽter dimiſit, donatis ex his nõnullis propter beneuolentiã qua ciuitatẽ eorum proſequebatur. His peractis occurrit Antigono, eumq; prælio ſuperat, & uix extremos Iudæa fines ingreſſum inde profligat. Quamobrem reuertentem

rr Hier

Hierosolyma coronis tam Hyrcanus honorauit quã populus. Iam enim gener per sponsionẽ asci tus erat in Hyrcani familiam, quo libẽtius eius tutelam suscepit, ducturus Alexandri Aristobulo geniti filiã, Hyrcani uerò ex filia neptẽ, ex qua postea pater factus est filiorũ trium, & duarum filiarum. Duxerat autem etiam antè uxorẽ è suis popularibus Dorẽ nomine, ex qua suscepit Antipatrũ filiorum natu maximum.

Herodes in Bithynia occurrens Antonio pecuniis eum sibi cõciliat. quo factum est ut ille accusatores eius non admiserit. CAP. XXII.

Cæterũ Cassio apud Philippos ab Antonio & Cæsare deuicto, Cæsar inde in Gallias. Antonius in Asiã proficiscitur: qui ubi peruenit in Bithyniam, omnium gentium legationes habuit obuiam. Aderãt & Iudæorum primates, Phasaëlum & Herodem accusaturi: quasi in speciem solum regnaret Hyrcanus, re autem uera tota potestas esset penes hos fratres. Herodem uerò Antonius in magno honore habuit, qui ad obiecta diluenda uenerat, quo factũ est, ut ne ad colloquiũ quidẽ aduersarios eius admiserit, id enim data pecunia Herodes impetrauerat. Progresso autẽ Ephesum præstò fuit legatio missa Hyrcani pontificis & gentis nostræ publico nomine, afferẽs coronam auream, & rogãs ut quos Iudæos Cassius præter ius belli captiuos abduxerat, scriptis per

prou

prouincias literis in libertatem uindicaret, & agros per Cassium ademptos genti restitueret. Quorũ postulata Antonius aqua existimans. confestim scripsit Hyrcano & Iudeis, simulq; ad Tyrios misit decretũ hanc sententiam continens. M. Antonius imp. Hyrcano pontifici ac ethnarchæ Iudæorum salutem. Si ualetis bene est, ego & exercitus ualemus. Lysimachus Pausaniæ, Ioseph⁹ Mẽnai, Alexãder Theodori, legati apud Ephesum me conuenientes, eãdem quam prius Romæ legationem mihi exposuerunt, & noua hæc tuo ac gentis nomine diligenter persuncti sunt, declarantes quanta nos prosequaris beneuolentia: quare cognitam non tam ex uerbis quã ex operibus uestrã amicitiã, & mores compositos ac pios, non cõplecti non possum. Ergo quoniam totam Asiam aduersarij nostri ac popu. Rom. incursauerunt, nec sacratis locis nec ciuitatibus parcentes, neq; iusiurandum præstitũ seruantes: non tam priuatum nostrum negotiũ agentes, quàm susceptã defensione reipub. in diuini simul ac humani iuris uiolatores uindicauimus. Eorũ enim facinus sol ipse auersatus uidetur, & inuitis oculis spectasse perpetratum scelus in Cæsarem. Sed postquã impios eorum conatus excepit Macedonia, renouantes in eis locis priscã gigantum audaciam, & agitatã furoribus meleficentiam quam circa Philippos exercuerunt, occupatis

oppertunis locis & usq; ad mare montiũ nullo permunitis, ut per unicam ceu portam pateret aditus, dijs ipsis eorũ iniusta molimina damnãtibus uicimus: & Brutus cõpulsus intra mœnia Philippensiũ, obsessusq; à nobis, addidit se Cassio socium exitij: qui postquã meritas pœnas dederunt, pace nos in posterũ fruituros speramus, & Asiã cõquieturam à bellorum tumultibus. Iam enim nostra opera uniuersum Asia corpus uelut è graui morbo colligere se incipit. Cùm igitur etiã de te cum tua gente augendo ornandoq; cogitem, cura mihi erit quicquid in rem nostram fuerit: edictum etiam oppidatim proposui, ut quotquot uel liberi uel serui sub hasta à C. Cassio, Cassianisue uenundati sunt, liberè dimittantur. Voloq; ut quæ mea & Dolabellæ benignitate uobis concessa sunt, ea perpetuo rata sint. Tyrios quoq; iubeo ut iniuriam à uobis abstineãt, & quicquid de Iudeorum finibus occupant, id totum restituant. Coronã autem quam misisti accepimus. M. Antonius imp. Tyriorũ magistratibus S. P. Q. S. Il. Renuntiatum est mihi Ephesi ab Hyrcani pontificis ac ethnarchæ legatis, agros ipsorum ditionis uos occupasse, idq; factũ quo tempore nostri aduersarij tenuerunt eam prouinciã. Quoniam igitur pro imperio bello suscepto, iustitiæ pietatiq; prospicientes uindicauimus in ingratos ac perfidos, uolo etiam uobis pacem esse cum

nostris

noſtris ſocijs: et quicquid ab aduerſarijs noſtris accepiſtis, habere uos non permittimus, ſed iubemus uos prioribus dominis reddere: nemo enim eorum neq; prouinciam à ſenatu accepit, neq; exercitum, ſed quæ per uim corripuerunt, largiti ſunt miniſtris ſua uiolẽtia. Quando igitur illis meritas pœnas dederũt, æquũ cenſemus, ut ſocij noſtri ea quæ antè habuerunt, nemine uetante, retineãt: uosq; ſi quos Hyrcani Iudæorum ethnarchæ agros, poſtquã C. Caßius bellũ illicitũ in noſtra prouincia mouit, occupaſtis, eos reddatis: neue illam uim interponatis quo minus ad priſtinos dominos redeant: quòd ſi aliquid iuris in eos prætenditis, quã primũ ad ea loca uenero integrum uobis erit ius ueſtrum repetere, id quod etiã ſocijs noſtris peræque integrũ ſeruabimus. M. Antonius imp. Tyriorũ magiſtratibus S. P. Q. Sal. Edictũ meum ad uos miſi, quod uolo curetis referri in publicas tabulas literis Græcis & Latinis: & in loco aliquo cõſpicuo proponi, ut legi poßit ab omnibus. M. Antonius imp. ac triũuir dixit: Quoniam C. Caßius hoc perturbato rerũ ſtatu alienã prouinciam & militem præſidiariũ inuaſit, & ſociorũ noſtrorum facultates diripuit, & uaſtauit Iudæorũ gentem amicam pop. Rom. inſolentia eius armis noſtris perdomita, iudicijs atque edictis quæ ille perpetrauit corrigimus, ut ablata reſtituãtur noſtris ſocijs, & ſiue corpora Iu-

deorum sint bona diuendita sint, illa in libertatẽ, hæc ad pristinos reuertãtur dominos. Qui uerò contra diuinũ hoc nostrũ fecerit, pœnas daturus est: & qui inobedientiæ conuicti fuerint, in eos pro rei dignitate animaduertere curabimus. Eodem ferè exẽplo Sidonijs, Antiochensibus & Aradijs scripsit: uisumq; est hoc loco etiã hæc inserere, argumento futura quãta prouidentia nos dignatus sit Romanus populus.

Antonius in Syriam prouinciam ueniẽs Herodem cũ Phasaelo tetrarchas cõstituit. CAP. XXIII.

XXI. POst hæc autẽ in Syriam aduentante Antonio, Cleopatra in Cilicia facta illi obuiã, amoribus suis eum implicuit: quo tẽpore rursum centũ è Iudæorum gente potentissimi uenerunt ad eũ, ut accusarent Herodem unà cum suis, electo ad hoc eloquẽtissimo quoq; è suo numero. Iuuenum autẽ causam defendendã Messala suscepit, assistente sibi etiam Hyrcano, qui iam socer factus fuerat. Antonius uero audita utraq; parte apud Daphnen, scisciatus est ex Hyrcano, utra pars melius administraret rempublicam. Qui cũ respondisset Herodem in hoc præstantiorẽ esse, Antonius qui iam antè familiariter diligebat iuuenes propter paternum hospitiũ, quo tẽpore cum Gabinio agens patris eorũ contraxerat amicitiã, hos ambos tetrachas constituit, & Iudæorũ eis cõmittit gubernacula. Literas quoq; in hoc scripsit, & ex eorũ ad-

uerſ

uersarijs XV. coniecit in uincula, occisurus etiã, nisi intercessisset Herodis deprecatio: quamuis ne sic quidẽ cessauerunt à legatione reuersi. Sed rursum mille uenerũt Tyrum, Antonium ibi præstolaturi. qui magna pecunia iam corruptus à fratribus, imperauit eius loci magistratui, ut in Iudeorũ legatos donatores rerum animaduerteret, & Herodi inuitor esset ad principatum parandum. Herodes uerò ante urbem diuersantes in littore accedens, hortatus est eos ne se subducerẽt: nam & Hyrcanus cũ eis aderat, admonens quantum instaret periculum si contendere pergerẽt, quod illi contẽpserunt: moxq; erumpentes in eos Iudæi cum indigenis, partim trucidauerunt eos, partim sauciauerunt: reliqui uerò domum refugientes posthàc quieuerunt. Populo uerò clamoribus agente contra Herodem, commotus ad iram Antonius iussit quos uinxerat interfici. Alterò deinde anno Syriam occupauerunt Pacorus regis filius, & Barzaphrnes Parthorum satrapa: quo tempore Ptolemæus Mennæi defunctus est, cuius in principatu successor filius Lysanias amicus factus est Antigono Aristobuli filio, conciliante satrapa qui multum apud eum poterat.

Parthi Antigonũ Aristobuli filium in regnum reducunt. CAP. XXIIII.

ANtigonus deinde mille talenta & quin- XXII.
genias mulieres daturum se Parthis est

pollicitus, si ab Hyrcano in illum regnũ transferrent, & Herodem unà cum suis interficerẽt: quæ tamen non dedit, sed Parthi nihilominus asserturi regnum Antigono, duxerunt uersus Iudæam exercitum, Pacorus per maritima, satrapa per mediterranea. Pacorum exclusserunt Tyrij, sed Sidonij ac Ptolemaidenses intromiserunt. Ille alam equitum in Iudæam speculatum præmisit, iussam etiam adiutare Antigonum: eos ducebat pincerna regius, & ipse Pacori nomine. Adiungentibus autem se Antigono Iudæis Carmelum montem incolentibus, & paratis cum eo in hosticũ inuadere, ille spem concepit posse se horum opera partem quandã regionis in potestatẽ redigere, quæ Drymæ uocabatur: & quibusdam eis occurrentibus pernaserunt usq; Hierosolyma. Vbi adiungẽtibus se alijs iam multũ aucti numero, aggressi sunt oppugnare regiam: moxq; ferentibus opem his qui fratrum partes sequebantur, & pugna in foro conserta, repulerunt hostem iuuenes: eoq; in templum compulso, miserunt armatos quosdam in propinquas ædes ut eis essent præsidio, in quos coortus populus, destitutos auxilio cum ipsis concremauit ædibus: quam iniuriam paulo post Herodes ultus est, aduersarios adortus prælio, & multis interfectis ex illorum numero. Cumq; quotidianæ uelitationes inter eos fierẽt, hostes expectabant conuenturas è tota regione

turb

turbas ad pentecoſten, quam uocant, feſtiuitatem. Quæ dies poſtquã illuxit, multa hominum millia circa templum congregata ſunt, tam armatorum quàm inermium: qui & templum & urbem occupauerunt, excepta regia: hanc enim Herodes ſeruabat cum paucis militibus: eius murum Phaſaëlus cuſtodiebat. Herodes uerò cum ſuorum cohortibus erupit in hoſtem agentem in ſuburbio, & egregia pugna edita coëgit multa millia terga uertere, fugientia partim in urbem, partim in templum, partim etiam intra nullum quoddam in propinquo poſitum: in ea pugna & Phaſaëlus adiuuit nonnihil. Pacorus autem Parthorum dux cum paucis equitibus rogante Antigono in urbem ingreſſus eſt, prætextu quidem quaſi ſeditionis compeſcendæ gratia, ſed reuera principatum illi aſtruere cupiens. quin poſtquàm à Phaſaëlo occurrente exceptus eſt hoſpitio, ſuaſit ei ut legatus iret ad Barzapharnem, inſidias hoc pacto inſtruens: ille nihil ſuſpicatus paruit, non probante hoc factum Herode propter Barbarorum perfidiam, hortanteq; ut potius Pacorum & alios ad ſe uenientes opprimeret. Itaq; profecti ſunt in eam legationem Hyrcanus atq; Phaſaëlus: & Pacorus relictis apud Herodem ducentis equitibus, ac decem liberis quos uocant, legatos deduxit. Vt uerò in Galilæam uentum eſt, armati eis occurrunt qui illis oppidis

præerant: & Barzapharnes primum alacriter eos excipit donatq; muneribus: deinde ſtruere inſidias incipit. Phaſaëlus uerò cũ ſuo comitatu deductus eſt in propinquũ iuxta mare diuerſoriũ. Vbi audito q̃ Antigonus mille talenta & quingẽtas mulieres Parthis eſſet pollicitus, ſuſpectos iam habuerũt barbaros: quidã etiam nuntiauit, noctu illis parari inſidias, & clam adhiberi cuſtodiam. Et certè cepiſſent eos, niſi expectaſſent donec relicti Hieroſolymis Parthi Herodem caperent, ne his ſublatis ille præſentiens effugeret: id quod uerum eſſe mox apparuit, conſpectis cuſtodibus. quare non defuerũt qui hortarentur Phaſaëlum, ut nihil amplius exſpectans conſcenſo equo ſe inde proriperet, præcipuè Oſilius, qui id ſecretũ cognouerat è Saramalla Syrorũ tunc ditiſſimo, & naues ad fugam offerebat, nã nõ longe mare aberat: at ille Hyrcanum & fratrem Herodem nolebat in periculo relinquere, ſed accedens Barzapharnẽ, negabat eum rectè facere, qui agitaret eiuſmodi conſilia. Si enim pecunijs opus habeat, plures accepturum à ſe quàm ab Antigono: & alioquin turpe eſſe legatos ſuam fidem ſeentes inſontes interficere. At barbarus hæc audiens deierabat non eſſe uera, & inanibus eum turbari ſuſpicionibus: moxq; ad Pacorum abijt.

Parthi Hyrcanum & Phaſaëlum captiuos abducunt. CAP. XXV.

Quo

Quo profecto ſtatim Parthorum quidam iniecerũt uincula Hyrcano & Phaſaëlo, multum deteſtanti eorũ periurium: ad Herodem autem miſſus eunuchus mandatum habebat, ut productum extra muros comprehenderet. Phaſaëlus uerò miſerat nũtios, qui indicarent Parthorũ perfidiam: quos quoniam hoſtes interceperãt, Herodes re cognita Pacorum adijt & Parthorũ potentiſſimos, quaſi aliorum dominos: qui cũ ſcirent omnia, doloſe diſſimulabãt: aiebantq; oportere eũ cum ipſis progreſſum extra regiã occurrere literarum latoribus: nondum enim eos eſſe comprehenſos ab aduerſarijs, ſed aduẽtare ſignificaturos q̃ bene Phaſaëlo ſucceſſerit: id Herodes nõ credidit, ut qui ex alijs de fratre capto audierat: quã eius ſuſpicionẽ augebat Hyrcani filia, cuius filia ipſi deſponſa erat: huius monitis, licet alijs conẽnentibus libenter parebat, utpote mulieris cordadiſſima. Interim dum Parthi quid faciendũ ſit cõſultant, quòd nõ placeret aperte tantum uirũ aggredi, & rem in ſequentẽ diẽ differunt: Herodes animaduerſa eorum trepidatione, & magis etiam permotus nuntio de intercepto à Parthis fratre, ubicunq; negarent alij, appetente ueſpera decreuit ad fugam uti hac opportunitate temporis, neq; diutius inter hoſtes cunctari in rebus tam dubijs. Aſſumpto igitur armatorũ quos circa ſe habebat ſubſidio, & impoſitis in iumenta

iumenta mulieribus, matre & sorore, & spõsa sua Alexãdri filia nepte Aristobuli, matreq; sponsæ Hyrcani filia, & fratre natu minimo, famulitioq; ac reliqua turba comitũ, properabat uersus Idumæã inscijs hostibus: ex quibus nemo erat tam ferreus, qui nõ tali rerũ facie cõmotus fuisset ad misericordiã, fœminis infantulos suos trahentibus, & cũ lacrymis ac eiulatu relinquentibus patriã, & uinctos amicos, nec de se meliora sperãtibus. Verũ Herodes obdurato cõtra seuientẽ fortunã pectore, & ipse præsenti erat animo, & comites inter eundũ singillatim accedens hortabatur ne mœrori succumberent: hunc enim fugæ officere, in qua sola salutis spes sit reposita: quibus uerbis accẽsi conabãtur calamitati resistere: interim minimũ abfuit quin ipse sibi manus inferret, euerso uehiculo & matre adducta in mortis periculũ: adeò & casus hic eum terruit, & metus, ne inter has moras supernenïret hostis insequẽs: iamq; gladiũ strinxerat uolens se percutere, cùm interuẽtu proximorũ est prohibitus, obtestantiũ ne suos inimicorum iniurijs relinqueret: neq; enim esse uiri fortis, se uno in libertatem asserto amicos contemnere. Partim igitur ui, partim pudore coactus desistere ab incepto facinore, refota matre, & pro tẽpore adhibitis remedijs, pergebat institutum cursum petẽs castellũ Massadã quàm maximis cõpendijs: in quo itinere nõ semel impugna

pugnatus à Parthis persecutoribus, semper uictor discessit. Imò ne Iudæi quidem eo fugiente quieuerũt, sed sexagesimo ab urbe stadio illum aggressi in pugnã pertraxerũt: quibus uictis et profligatis, quasi non ex necessitate, sed multo ante præparatus conflixisset, in eo loco ubi Iudæos uicit, postquã regno potitus est regiã condidit cũ primis memorabilẽ, adiuncto etiã oppido, quod Herodiũ uocari uoluit. Postea uerò quã ad Ressam uicũ Idumææ peruenit, occurrit ei frater Iosephus: ubi consultatum est inter eos quid facto opus esset, cùm tantã turbã secũ traherent, etiã absq; milite conductitio: Massada uerò, ad quod castellũ decretũ erat confugere, tantã multitudinẽ nõ caperet. Maiorem igitur partẽ dimisit, numero supra nouẽ millia, iussis aliis aliàs per Idumæã salutẽ sibi quærere, additoq; uiatico: expeditioribus autẽ quibusq;, & suis intimis necessitudinibus assumptis in castellum ingressus est: depositisq; ibi cũ suo comitatu mulieribus, quorũ omnium numerus ad octingentos pertingebat, & ibi & frumentũ et aqua & reliqua omnia necessaria suppeterẽt, ipse properauit ad Petrã Arabiæ. Caterũ ubi dies illuxit, reliqua quidem omnia Hierosolymitanorum bona directa sunt per Parthos unà cum ipsa regia, sola Hyrcani pecunia, circiter trecenta talenta, intacta remãsit. Herodis etiam facultatum magna pars euasit, præsertim quas

ille

ille maturè prouidẽs in Idumeam deportandas curauerat. Nec cõtenti Parthi urbis direptione, egreſsi agrum quoq; latè populati ſunt, & Mariſam urbẽ opulentam euerterunt: atq; ita Antigonus in Iudeã à rege Parthorum reductus, Hyrcanũ & Phaſaelum uinctos accepit. Vehemẽter autẽ triſtatus eſt, q̃ mulieres effugiſſent, quas Parthis tradere cõſtituerat, et unà cum pecunia daturum ſe promiſerat. Veritus deinde, ne populi fauore Hyrcanus in regnum reſtitueretur, qui a Parthis aſſeruabatur, amputauit ei auriculas, hoc agens, ne ille propter hoc uitiũ ad recipiendũ pontificatũ eſſet idpneus, quãdo lex hunc honorẽ non cõcedit, niſi ei qui integro ſit corpore. Sed maximè miranda eſt Phaſaëli generoſitas, qui ubi neci ſe deſtinatũ cognouit, non tam mortẽ indignè ferens, q̃ miſerabile ac turpe ducẽs inimici arbitratu cadere, cùm manus ſibi inferre nõ poſſet propter uincula, alliſo ad ſaxũ capite uitam abrupit, quod illi tum in tali neceſsitate cõſtituto, uiſum eſt honeſtiſsimũ, adempta inimico poteſtate ſæuiẽdi in ſe pro libidine. Fertur autẽ q̃ ſauciato uehemẽter capite, Antigonus ſubmiſsis medicis, pro remedio uenenum in uulnus indiderit: ante tamẽ q̃ exhalaret animã, audito ex quadã mulierecula q̃ Herodes frater hoſtẽ euaſiſſet, ualde tranquillo animo mortẽ tulit, ulterem ſuæ necis poſt ſe relinquens, qui poſſet ab inimicis pœnas exigere

exigere. At Herodes non fractus malorũ se circumstantium magnitudine, expediebat consiliũ ad moliendas res arduas. ad Arabũ enim regẽ Malchũ, multis suis beneficijs iam antè obligatum proficiscitur, cùm maximè opus haberet mutuã operã postulaturus, & accepturus pecuniam uel munere uel fœnore ab homine sibi obnoxio: nondum enim certior factus de fratris interitu, dabat operã ut eum quàmprimum ab hoste redimeret, uel trecẽta talenta paratus expendere: qua de causa etiam Phasaëli filiũ septennem secum ducebat, oppigneraturus eum apud Arabes. Sed cùm occurrissent ei missi à Malcho qui denuntiarent ut finibus eius regnì excederet, sic Parthis iubentibus, (prætexebat autẽ hoc suasu optimatũ suorũ ne debitã pecuniam redderet, utq; ille fraudaretur rebus quas Antipater penes eos deposuerat) respondit se non uenisse ut molestus esset cuiquã, sed ut colloqueretur cum rege de rebus necessarijs. deinde cum consultius uideretur discedere, ualde molestè abijt Aegyptũ uersus iter ingressus, et eunc quidẽ in quoddam templum diuertit, ubi multos ex comitatu reliquerat. Sequenti uerò die cùm uenisset Rhinocura, ibi cognouit de fratris obitu. Malchus autẽ pœnitẽtia motus, & cursim insecutus Herodem, nihil profecit: iam enim ille procul aberat uersus Pelusium properans: quò postquã peruenit, nõ recipientibus eũ nautis

nautis qui nauigaturi erant Alexandriã, magistratus eius loci conuenit: à quibus ob pristinæ fortunæ reuerẽtiam honorificè in eam urbẽ deductus, à Cleopatra detinebatur: quæ tamen efficere nõ potuit ne Romã properaret, licet hiberno tẽpore, & parũ tranquillis, ut nuntiabatur, rebus Italiæ. Soluens igitur inde uersus Pamphyliam, & cum graui tẽpestate conflictatus, ægrè in Rhodũ euasit, iactura etiã sarcinarũ facta. Vbi duo ex amicorũ cohorte ei præstò fuerunt, Sappinas et Ptolemæus. Et cùm inuenisset eã ciuitatẽ grauiter afflictã bello quod contra Cassiũ gestũ est, ne præsenti quidẽ inopia cohiberi potuit, quo minus uel supra uires eam refoueret: instructaq; triremi & cum amicis consceẽsa, in Italiã Brundusium appulit: Inde Romam profectus, ante omnes Antonio denarrauit ea quæ sibi in Iudæa cõtigerant: & quòd frater Phasaëlus à Parthis captus occisus sit, & Hyrcanus apud eosdẽ captiuus detineatur: quodq; Antigonum regem cõstituissent, pollicitum eis mille talẽta, & quingentas mulieres, quas ex ipsius familia seligere destinauerat: & quòd eas noctu absportasset nõ sine labore, & ægrè manus hostiũ euasisset: & post hæc omnia familiã in extremo periculo relictã oppugnari, ipso per medias tempestates contẽptis omnibus difficultatibus properante ad unicum subsidium quod in illo haberet repositum.

Herod

Herodes Romæ à senatu Iudææ rex declaratur.

CAPVT XXVI.

ANtonium uerò mutatæ Herodis fortunæ cõmiseratio subijt, reputantẽ q etiam ab illo fastigio deuoluãtur homines, nõ mediocriter mouẽte eum cùm paterni hospitij memoria, tum pecunia quã Herodes pollicebatur, si eius ope rex fieret, quemadmodũ ante potestatẽ tetrarchæ cõsecutus fuerat: sed præcipuè huc impellebat odiũ Antigoni, quẽ q pro turbulento haberet ac Romanis infestißimo, ad iuuandum Herodem erat propensior. Cæsar quoq; partim propter Antipatri militiã in Ægypto cũ patre ipsius toleratã, & hospitij ius ac reliquã beneuolentiã, partim ut Antonio gratificaretur, quem nalde studiosum Herodis sciebat, ad dignitatẽ ipsius tuendã & conatus promouendos erat paratißimus, conuocatoq; senatu Messala ac deinde Atratinus, cõmendarunt productũ Herodẽ, tam patris q ipsius beneficia & studium Romani nominis cõmemorantes: simulq; accusauerunt & hostẽ declarauerũt Antigonum, non solũ ob uetera crimina, uerumetiã q contẽptis Romanis à Parthis accepisset imperium: quibus rebus cùm senatus esset offensus, tum Antonius eum docuit, q etiã ad Parthicum bellũ plurimũ cõduceret regnare Herodẽ: idq; mox omniũ suffragijs approbatũ est. Quo insignius fuit Antonij erga illũ studiũ, nõ solũ XXII.

quia præter ipſius ſpem regnũ ei parauit, nunquam enim putabat Romanos hoc ſibi cõceſſuros, ſolitos hunc honorẽ regio ſeruare generi: ideo coniugis ſuæ fratri id petiturus erat Alexandro, nepoti ex patre Ariſtobuli, ex matre Hyrcani: ſed etiã quia intra ſeptẽ dies inſperata felicitate ornatũ dimiſit ex Italia. Hũc adoleſcentẽ poſtea Herodes interfecit, vt ſuo loco indicabimus. Cæterũ dimiſſo ſenatu, Antonius & Cæſar mediũ habẽtes Herodẽ exiuerũt, conſulibus cæteriſq; magiſtratibus deducẽtibus, aſcenderuntq; in Capitoliũ ſacra ibi facturi, & ſenatuſcõſulta depoſituri: & nouus rex primo regni ſui die cõuiuio acceptus eſt ab Antonio, atq; hoc pacto ille regiũ faſtigium adeptus eſt CLXXXIIII. *Olympiade, C. Domitio Caluino iterũ, C. Aſinio Pollione Coſſ. Toto autẽ eius abſentiæ tẽpore Antigonus familiã eius oppugnabat in Maſada, abundantẽ quidẽ cætero cõmeatu, ſed laborantẽ aquarũ inopia, ita vt hac de cauſa Ioſephus frater cũ ducẽtis familiaribus ad Arabas inde fugere decreuerit, audierat enim Malchũ iam pœnitere, q̃ parũ officioſus in Herodem fuiſſet: id conſiliũ mutauit imbre noctu de cælo demiſſo, ciſternis enim aqua repletis, non amplius fuga opus habuit: ſed haud ſecus q̃ diuina ope hac difficultate leuati magno animo excurrebãt, & cõferentes manus cum Antigonianis, modò apertè, modò clàm*

multos

multos trucidabant. Interea Ventidius Romanorum dux, missus ut Parthos è Syria pelleret, post illorũ abscessum in Iudæam [redacted]co praetextu, quasi Ioseph o laturus auxiliũ: sed re uera hoc cõsilio, ut pecuniã extorqueret ab Antigono. Positis igitur castris prope Hierosolyma, satis magnam pecuniæ uim exegit ab eo. Quo facto ipse quidẽ cũ maiore copiarũ parte recessit: ne tamen fraus deprehenderetur, Silonem cum quadam militum parte ibi reliquit: quem & ipsum placandum habuit Antigonus, ne quid interim molestius esset, dum Parthi ut ipse sperabat succurrerent.

Herodis ex Italia nauigatio & pugna aduersus Antigonum. CAP. XXVII.

IN terim Herodes ex Italia reuersus Ptole- XXIIII.
maidẽ, collectis nõ mediocribus copijs tũ ex cõductitio, tũ ex suæ gẽtis milite, pperabat per Galileã cõtra Antigonũ, adiutus à Silone ac Ventidio, ad quos Gellius ab Antonio missus fuerat cũ mãdatis ut Herodẽ in suũ regnũ deduceret: quãuis Ventidius tũ fortè distinebatur cõponẽdis ciuitatum tumultibus, quos irruptio Parthorũ excitauerat. Silo uerò in Iudæa erat, sed pecunia corruptus ab Antigono. Attamẽ Herodis ulterius procedẽtis copiæ augebantur indies, & tota Galilea, paucis exceptis, stabat ab eius partib⁹: ducẽti autẽ ei uersus Masadã, q̃ necesse esset seruare cognationẽ in eo castello

obſeſſam, impedimẽto fuit Ioppe, quã occupatã ab hoſte opus erat primũ capere, ne quã hoſtilẽ muni[illegible] à tergo relinqueret petiturus Hieroſolyma: qua occaſione arrepta Silo monit exercitũ, quẽ cũ Iudæi perſequerẽtur, Herodes cum modica manu eis occurrit, & Iudæis profligatis Silonẽ agrè repugnantẽ ſeruauit. Capta deinde Ioppe properauit Maſadã ad liberãdos obſidione domeſticos. Ex indigenis aũt alij propter paternã amicitiã illi ſe adiungebãt, alij propter ipſius gloriã, nõnulli q̃ amborũ deuincti eſſent beneficijs: ſed maxima pars ob ſpes quas de confirmato iam rege cõceperãt. Augebat aũt valde exercitus, cui Antigonus in trãſitu locis opportunis ſtruebat inſidias, & tamẽ nihil aut parum hoſtẽ ladebat his artibus: nã Herodes receptis è Maſada domeſticis, & capto Reſſa caſtello, petebat Hieroſolyma, ſequẽtibus Silonis militibus, & multis Hieroſolymitanis eius potentia perterritis. Cũq; ad occidentalẽ urbis tractum caſtra poſuiſſet, q̃ hac parte diſpoſiti erãt cuſtodes ſagittis cũ impetebant & miſſilibus: deinde quibuſdã cateruatim excurrẽtibus & ſtationes hoſtiũ infeſtãtibus, Herodes caduceatorẽ clarigare iuſſit circa mœnia, ſe bono publico uenisſe, & ad ſaluẽ urbis, nec apertorũ quidẽ inimicorũ retaliaturũ iniurias, ſed etiã inimiciſſimorũ in ſe peccata obliuioni traditurum. Ad hæc Antigonus ita reſpõdebat, uerſo ſermone

mone ad Silonẽ de Rom. milites, iniquũ eos facere q̃ Herodi regnũ aſtruãt, homini priuato et Idumæo, hoc eſt ſemiiudæo, cum id more gẽtis debeatur ſucceſſioni generis: nã ſi offenſi q̃ ipſe à Parthis regnũ acceperat, ideo uelint hoc auferre, nõ deeſſe multos ex eo genere q̃ legitimè poſſint id accipere, nihil de po. Ro. malemeriti, & ſacerdotes inſup. quos iniquũ ſit priuari debitis honoribus. Ad hũc modũ ambobus inter ſe cõtẽdentibus, & uſq; cõuitia prorũpẽtibus, Antigonus p̃miſit ſuis ut arcerẽt hoſtes à mœnibus: q̃ cũ ſtrenuè iacularẽtur è turrib⁹, facile eos fugauerũt. Tũ uerò Silonẽ largitione corruptum eſſe patuit: ſubornatis enim aliquot militibus è ſuis familiarib⁹, q̃ clamoribus largiores cõmeatus & pecuniã in alimẽta flagitarẽt, abduciq; ſe in hiberna ad cõmodiora loca poſtularẽt, uaſtis circa urbẽ omnibus quòd Antigoniani amoliti eſſent uitæ neceſſaria: turbari cœpit exercitus, & parare abitũ. Contrà, Herodes rogabat Silonis tã duces, q̃ milites, ne ſe deſererẽt, miſſum tũ à Cæſare & Antonio, tum à ſenatu reliquo: ſibi curæ futurũ ne q̃d exercitus deſideret, atq; etiã ut abũdè adſint quæcũq; requirerẽt. Poſt quas preces cõtinnò dimiſſis ſuis p̃ agros, nullã Siloni diſcedẽdi anſam reliquã fecit, maior enim q̃ quiſquã ſperaret rerũ neceſſariũ allata eſt copia: familiarib⁹ etiã ſuis apud Samariã agẽtibus imperauit, ut frumẽtũ, uinũ,

olcũ, pecora, & reliqua neceſſaria Hierichunte comportaret, ut & in poſterũ inde ſuggeri poſſent militibus. Ea res nõ fefellit Antigonũ, ſed cõtinuo dimiſit p agros q per inſidias frumẽtatores interciperẽt: qui ſicut iuſſi ſunt cõparata circa Hierichũtẽ armatorũ multitudine, inſeſſiſq; mõtibus, intẽti obſeruabãt eos q cõmeatus cõueherẽt. Nec Herodes interim ſegnis erat, ſed aſſumptis X. cohortibus, quarũ V. è Romanis, totidẽ è Iudeis cõſtabãt, adiunctisq; mixti generis conductitijs & equitatu modico, Hierichuntẽ petijt: offendẽsq; urbẽ relictã ab habitatoribus, & D. ex his ad montiũ uertices confugiſſe cũ familijs, hos quidẽ captos dimiſit: Romani uerò inuadentes urbẽ diripuerũt, repertis intra ædes omne genus rebus pretioſiſſimis. Rex igitur relicto in ea præſidio reuerſus eſt, & Ro. exercitũ hibernatũ in recẽs deditas regiones dimiſit, Idumæã, Galileã & Samariã. Antigonus quoq; pro largitione obtinuit à Silone ut partẽ Rom. exercitus intro Lyddã acciperet, captans Antonij gratiã: atq; ita Romani degebant in magna rerũ copia, ab armis tãtiſper nacãtes. Herodi uerò otiari nõ libuit, ſed miſſo in Idumæã Ioſepho fratre cum M. peditibus & CCCC. equitibus, ipſe in Samariam proſectus, et depoſita ibi maire cognatisq; aliis quos è Maſada eduxerat, in Galilæam duxit, expugnaturus quadam loca ab Antigono inſeſſa præſidijs:

præſidijs: cumq; Sephorim celo ningente peruenisset, Antigonianis inde refugientibus magnã raptus est rerũ necessariarũ copiam. Inde in latrones quosdam spelunearũ recessus habitantes equitũ alam immisit, cum peditũ tribus cohortibus, ut eos cohiberet à maleficijs: aberãt autem non longe à uico qui Arbela dicitur. Quadragesimo deinde die uenit cũ toto exercitu, et magna audacia hoste occurrente, in sinistro acici cornu laborari cœptũ est, donec ipse armatorum manu stipatus succurrit, & hostes iam uincẽtes coëgit terga uertere, suos uerò fugiẽtes gradum sistere: nec hoc cõtentus, profligatos & palantes usq; Iordanẽ persecutus est, atq; ita uniuersam Galilæam in partes suas traduxit, præter eos qui erãt in spelunearũ receptaculis: numeratisq; uiritim CL. drachmis, & pro portione centurionibus, suos in hiberna dimisit. Interea Silo ad eum uenit cũ suis ducibus qui apud Antigonum in hibernis fuerant, illo nolente eos post unũ mensem exactũ amplius alere: nam & ad circumuicinos miserat qui iuberent eos sublatis omnibus rebus ad uictũ necessarijs in mõtes refugere, ut Romani præ inopia fame perirent: at Herodes Pheroræ fratrum minimo cõmeatuum curam cõmisit, iusso instaurare Alexandrium. Ille uerò breui & militibus magnã necessariarum rerũ abundãtiam præbuit, & castellũ illud prius desertũ denuo cõdidit. Eodẽ tẽpore An-

tonius morabatur Athenis. In Syria uerò Ventidius Silonẽ accersens cõtra Parthos, iussit primum Herodi nauare operã, deinde ad proprium bellũ exire prouinciales auxiliarios. At ille Silone ad eum missso, ipse contra latrones in speluncis degẽtes duxit militẽ. Erant autẽ hæ speluncæ sitæ in præruptis mõtibus, angustis transitibus accessibiles, & acutis cinctæ rupibus: in harũ cauernis illi cum totis habitabãt familijs. Rex autẽ arcas in hunc usum cõpactas de uertice mõtis per machinas demittebat catenis ferreis, eò q̃ nec infernè propter asperitatẽ montis ascendere daretur, nec supernè contra eos derepere: hæ arcæ cõpletæ erant militibus hastas falcatas gestantibus, ad attrahẽdos repugnãtes & deturbandos per præceps. Hæc tamẽ arcarũ demissio periculosa erat propter immensam altitudinem, & in speluncis nõ deerant uictui necessaria. Vt uerò demissæ sunt arcæ ad earũ ostia, & nemo præ metu audebat progredi, quidã scutatus accinctus gladio, manu utraq; apprehẽsa catena qua arca sustinebatur, demisit se intra fauces moræ impatiens, illis exire cũctantibus: et ad quandã cauernã accedens, primũ iaculis multos intus cõfecit: deinde resistere conatos falcata hasta attractos dabat in præceps, deinde penitius recõditos inuadẽs iugulauit multos, ac tum demũ in arcam se recepit. cæteros uerò eiulatum audientes pauor corripuit, et salutis desperatio:

XXV.

eos tamen conatus impediuit nox interueniens, multiq; rege per praconē pollicente ueniam deditionē fecerunt. Sequēti uerò luce eodē usi sunt oppugnationis genere, magis etiam exarcis exeundo & pugnādo in foribus, & subiecto igne antra incēdendo. inerat enim intus multa materies. Senex autē quidam deprehensus intus cum uxore ac septem filijs, rogatus ab eis ut se fugere hostē permitteret, stans ante hostium, primum quemq; exeuntē iugulabat, donec ad unū omnes confecit, & uxorē ultimam: deinde precipitatis cadaueribus, postremò seipsum superiecit, mortem seruituti praferēs: primò tamē in obscuritatem Herodis multa eiecit cōuitia, licet rex è specula quadam dextrā porrigeret, & pollicereturueniam. Spelunca igitur omnes hoc modo expugnatæ sunt. Rex autē Ptolemæo præposito ei regioni, in Samariam profectus est cum sexcentis equitibus, & tribus millibus peditum, ut armis eum Antigono rem decerneret. Sed Ptolemæo sua præfectura nō bene cessit: nā inuasus ab his qui & antè Galilæam turbauerant, interfectus est: quo facto receperūt se in paludes & loca inaccessibilia, totū eum tractū rapinis infestantes & excursionibus. Herodes autē reuersus pœnas ab eis exegit latrocinij, & ex defectoribus alios mox interfecit, alios refugientes in loca munita expugnatos supplicio tradidit, & arces ipsas diruit: atq; ita sublatis rerū nouarū autoribus.

ciuitates centũ talentis mulctauit. Interea caſo in pugna Pacoro, & Parthis profligatis Ventidius Herodi in auxilium mittit Macherã cum duabus legionibus & mille equitibus, iubente hoc Antonio. Ille uocatus ab Antigono, & pecunijs corruptus, inuito Herode ad eũ ſe conſulit, tanquam inſpecturus eius negotia. At Antigonus ſuſpectũ habens eius aduentũ non admiſit hominem, ſed per funditores glandibus impetitũ arcuit, ſatis declarans ſuum animũ: ille tum demũ Herodem bene monuiſſe, & ſe non obtemperantẽ erraſſe intelligens, in Emaunitem urbem ſe recepit: & in eo itinere quotquot Iudaorum ad manus ei uenerunt, interfecit nullo amici aut hoſtis diſcrimine, iratus ob ea quæ ſibi acciderãt: quo facto rex exacerbatus petebat Samariã, nã decreuerat ea de cauſa adire Antonium, alijs ſibi opus dictitãs, quàm his qui ſe magis quàm hoſtẽ ledercnt: alioqui ſufficere uel ſeipſum ad opprimendũ Antigonũ. Machara uerò conſcentus eum rogabat ut maneret: aut ſi certũ eſſet pergere, ſaltẽ Ioſephum fratrẽ ſibi attribueret, gerẽti bellum cõtra Antigonũ. Itaq; reconciliatus Machæra multũ roganti, relicto ibi Ioſepho cum exercitu, præcepit ei ne rem totã in diſcrimẽ adduceret, neue cum Machara cõtenderet. Ipſe uerò properauit ad Antoniũ oppugnantẽ Samoſatã ſitam ad Euphratẽ fluuium, ducẽs auxiliares tã pedites q̃ equites. poſtquam

autem

autem peruenit Antiochiã, reperris ibi multis collectis qui cupientes adire Antonium, non audebãt se cõmittere itineri, propter obsidẽtes uias barbaros & sauientes cædibus, bono animo esse iussis ducẽ se præbuit. Statione autẽ altera procul à Samosata insidiabatur barbarorũ turma eõmeantibus ad Antonium: ubi qua exitus erat in campestria occultauerãt se nõ pauci equites, non moturi se loco, donec uiatorũ agmen peruenire in planiciem. Cumq; iam primi pertransissent, Herodes q præsidio erat extremo agmini, inuaditur à fermè quingentis equitibus: qui eũ primos sibi occurrẽtes in fugã uertissent, rex cum suis stipatoribus magno impetu in eos illatus hostẽ repulit, & excitatis suorũ animis pugnã redintegrauit, reuertentibus qui paulo antè fugerãt, ita ut ubiq; cæderẽtur barbari. Rex autem sæuire ferro nõ destitit, nec nisi receptis iumentis quæ non panca gerebãt sarcinas, simulq; mãcipijs, cæptũ iter prosecutus est. Et cùm plures alij in propinquo campis saltu insidiantes in illos coorirẽtur, hos quoq; cũ ualida suorũ manu aggressus in fugã cõpulit: multisq; ex eorum numero cæsis securũ sequẽtibus se iter præstitit: illi uerò seruatorẽ eum & protectorẽ suum appellabãt. Postquàm autẽ prope Samosata uẽtum est, exercitũ instructũ & ornatũ ei honoris causa misit obuiã Antonius, propter adducta auxilia, et quia, pfligatos ab eo barbaros audierat,

mul-

multumq; gauisus eius aduẽtu, & cognitis quæ obiter gesserat, collaudata uiri uirtute, cõplexus est eũ & salutauit comiter, in summoq; honore habuit ut regẽ recens à se declaratũ. Antiocho autẽ paulo post id castrũ dedente, & hoc pacto finito bello, Sosio prouinciã Antonius cũ exercitu tradidit, cõmendatoq; ei Herodis negotio, in Aegyptũ ipse profectus est. Tum Sosius duas legiones eũ rege præmisit in Iudæam, ipse aũ reliquo exercitu sequebatur. Interim absente fratre Ioseph⁹ in Iudæa perierat hoc modo; Immemor mãdatorum fratris quæ illi Antoniũ aditurus dederat, assumptis & à Machæra quinq; cohortibus uersus Hierichuntẽ profectus ad demetẽdas eius agri fruges, in montibus castris locum cepit: et quia Rom. cohortes constabãt è tyronibus nõ admodũ rei militaris peritis, & pleriq; è Syria delecti essent, circumuẽtus ab hoste inter locorũ difficultates, amisso exercitu et ipse fortiter pugnãs occubuit: sex enim cohortes deletæ sunt. Antigonus uerò potitus cadaueribus, Ioseph⁹ præcidit caput, L. talẽtis à Pherora fratre redimendũ: quo facto Galilæi à suis præfectis deficientes, factionẽ Herodis in lacum demersam nccauerũt, & apud Iudæam multa nouata sunt. Machæra autẽ Gittham castellũ muniebat. Regi uerò apud Daphnen Antiochiæ suburbium fratris casus renũtiatus est, iam antè tale aliquid expectãti propter quædã insomnia,

quibus

quibus nõ obſcurè de fratris morte præmonitus fuerat. Accelerato igitur itinere poſtquã ad Libanũ montẽ peruenit, aſſumptis oclingẽtis eius loci hominibus, ducẽs etiam unã Romanã legionem; Ptolemaidem petijt: unde noctu profectus cum exercitu, per Galilæam progrediebatur: cui occurrẽtes hoſtes, prælio uicti cõpulſi ſunt in caſtellum unde exiuerãt pridie: quod primo mane oppugnare adortus, ui repẽtina tempeſtatis coactus eſt infecta re inde exercitum in proximos uicos abducere. Superueniente antẽ ab Antonio legione altera, qui caſtellum tenebãt territi noctu id deſeruerũt. Rex quoq; properauit Hierichuntẽ, uolens uleiſci fratris interitũ: quò poſtquam uenit, honoratiſſimũ quemq; adhibuit ad conuiuium: peractaq; cœna dimuſſis cõuiuis recepit ſe in cubiculũ. Hic uidere licuit res regis à Deo nõ negligi. Triclinium enim illud in quo cœnatum fuerat, iam nacuum ſine cuiuſquã noxa concidit: quo factũ eſt, ut omnes Herodem Deo charũ crederent, ut qui miraculoſe ſeruatus uideretur è tanto periculo. Sequenti uerò die cum hoſtium ſex millia ad pugnam deſcendiſſent à montiũ uerticibus, Romanos terruerũt, eorumq; uelites procurſando iaculis & ſaxis feriebãt regios, adeò ut ipſi quoq; regi quidã uulnus in latus inflixerit. Porrò Antigonus miſit Samariam ducem quendã nomine Pappũ, uolens uideri ita abundare copijs, ut foris quoq; poſſet

bellum

bellū gerere. Sed ille Machæra ſe oppoſuit. Herodes uerò occupatis quinq; oppidis, præſidiariorū circiter M M. in eis interfecit, & incenſis oppidis cōtra Pappū reuerſus eſt, qui caſtra habebat ad uicū Iſanas nomine: & confluentibus ad ſe multis à Hierichunte ac Iudæa, ubi animaduertit hoſtē præ audacia uenire ad pugnā, collatis cū eo ſignis uicit egregiè, & acceſſus ulciſcendi fratris cupidine, ſæuiendo inſtabat in uicū fugientibus. Repletis autē ædibus milite, et quibuſdam in tecta cōfugientibus, his ſuperatis & tectis dirutis uidit omnia referta & conſtipata militibus, hos igitur ſaxis ſupernè impetentes acernatim conficiebāt: nec fuit toto hoc bello ſpectaculū miſerabilius, q̄ uidere innumera cadauera cumulata intra parietes: & hoc facinus maximè fregit hoſtiū audaciā, ita ut nō amplius ſperarent aliquid latius. Videre enim erat eos agminatim diffugere, & niſi repēte ualida tempeſtas interueniſſet, regij uictores petiſſent confeſtim Hieroſolyma, & bello finē impoſuiſſent. Iam enim Antigonus de fuga diſpiciebat, coginans urbē deſerere. At rex iam ueſpere inſtis parare cœnam militibus, ipſe pugna laſſatus in quoddā cubiculum lauatū abijt, ubi maximum diſcrimen adijt, quod tamē euaſit Dei prouidentia. Cùm enim eſſet nudus, & unius tantū pueri miniſterio lauaret, intus in eiſdē ædibus latebāt quidā hoſtium armati, quos metus eò cōpulerat:

dumq;

dumq; ille se abluit, primus prodiens stricto gladio per fores se proripit, deinde alter & tertius, armati similiter, adeò attoniti, ut illaeso rege contenti essent sibi ipsis fugae salutē quaerere. Sequēti uerò die praeciso Pappi inter reliquos occisi capite, misit illud Pherorae in ultionē fratris: nam is eum sua manu interfecerat. Post haec ubi tempestas desaeuit, moto inde exercitu uenit Hierosolyma, & castra prope urbē metatus est, anno tertio postquàm Romae declaratus rex fuerat: quibus mox propius admotis quà maxime oppugnationi obnoxia putabat moenia, ante tēplum fixit tētoria, uolens sic ea quemadmodum olim Pompeius aggredi: & tribus aggeribus ei loco circumdatis, turres erexit adiutus operarū multitudine: & casa circumquaq; materie, praepositisq; huic operi uiris idoneis, durante etiā tum obsidione Samariam ad nuptias profectus est, ducturus filiam Alexandri, neptē Aristobuli, quam ei desponsam fuisse iam diximus.

Antigonus à Sosio & Herode opprimitur. CAP. XXVIII.

PEractis uerò nuptijs uenit per Phoenicem Sosius, premissisq; per mediterranea copijs, mox & ipse affuit, habens secū multos tam pedites quàm equites: uenit etiā rex à Samaria, ad ueterem exercitum non mediocrem accessionem adducens, erāt enim circiter XX. millia. omnes autem confluebant ad Hierosolymorum XXVI. moenia,

mœnia, & aßidebāt ſeptentrionali urbis lateri, ad undecim legiones peditū, & ſex equitū millia, præter auxiliares Syrorum copias. Præerant autē duo cum imperio, Soſius ab Antonio miſſus in auxilium, & Herodes pro ſeipſo bellum gerens, ut deiecto Antigono hoſte pop. Rō. ipſe pro eo ex ſenatuſconſulto regnū acciperet. Intus autem certatim reſiſtebant Iudæi ex tota ea regione collecti & concluſi intra mœnia, tēplum domini iactātes, & fauſta populo ominātes, non deſerturum Deum ſuos in periculo: direptisq; extra urbē tam hominū quàm equorū alimētis, per clanculatia etiam latrocinia difficultatē annonæ augebāt obſeſſoribus. Cui rei Herodes ita proſpexit, ut cōtra latrocinantes opportuna loca præoccuparet inſidijs, & cōmeatus additis præſidijs etiam è longinquo cōueheret, ut breui neceſſaria victui abundarent in exercitu: ad hæc operarum frequētia facile abſoluti ſunt tres illi aggeres, æſtas enim erat, & opus feruebat, nulla interturbatū aëris intemperie: machinis etiam murum quatiebant, & nihil intentatum relinquebant. At obſeßi intrēpidè repugnabāt, conatus eorū eludentes uarijs artibus: excurrentes enim crebrò, modò inceptæ, modò iam perfectæ opera incendebant, & conſerentes pugnā cum Romanis nihilo erant inferiores audacia, peritia tantum rei militaris cedebant: tum pro diſiecto machinis muro intus recentem exſtruebant,

& cum

& cuniculis obuios agebant alios cuniculos, ut nonnunquã ſub terra manus conſererent, utentesq; deſperatione pro fortitudine ad extremũ perdurabant, idq; obſeſſi à tam numeroſo exercitu, ipſi fame ſimul laborantes & inopia, nam in ſabbaticũ annum ineiderat oppugnatio. Tãdẽ euaſerunt in mœnia primi lectiſſimi nigmi milites, deinde Ioſy ccturio, captus eſt enim primus murus die X L. ſecundus uerò quintadecima: & quedã porticus circa tẽplũ exuſte ſunt, quas Herodes Antigonum incendiſſe calũniabatur, nolens in eũ conciuare inuidiam populi. Capta uerò exteriore tẽpli parte & ima urbe, Iudei ad interiora templi & ſuperiorẽ urbem refugerunt, timenteſq; ne à Romanis impedirẽtur mactare Deo quotidianas victimas, per legatos petierunt ut has tantum ſinerẽtur introducere. Rex uerò annuit, ſperans remiſſa tandẽ obſtinatione ceſſuros. Vt uerò ſpem ſuam fruſtratam uidit, pertinaciter pro Antigoni regno contendentibus, totis uiribus adortus urbẽ expugnauit, monq; omnia repleta ſunt cadibus, Romanis longa oppugnatione exacerbatis. Herodianis Iudeis conãtibus aduerſam factionem exſtirpare ſundicus arrayq; continua cedes per angiportus & domos, ne religione quidem templi tuente ſupplices: non ætati ulli parcebatur, non ſexui, ne imbelli quidem: & quamuis obſtante rege & precibus intercedente, nemo

tamen temperabat à manibus, ſed ueluti furore perciti ſæuiebant nullo ætatis diſcrimine. Antigonus quoq; neq; ueteris neq; recẽtis ſuæ fortunæ ratione ſatis habita deſcendit è turri, Soſioq; ad genua procidit: & ille nihil miſeratus mutatam eius fortunã, inſultauit homini Antigonam appellans, non tamen ineuſtodium reliquit tanquàm fœminam, ſed uinclo cuſtodes addidit. Ceterùm Herodes deuictis hoſtibus, non minus negotij habuit in compeſcendis alienigenarum auxilijs: ruebat enim multitudo conductitiorum ad uiſendum non ſanum ſolũ, ſed intimum etiam adytũ. Rex uerò alios precibus, alios minis, nonnullos & armis reprimebat, moleſtiorem clade uictoriam exiſtimãs, ſi quid eorum quæ uideri fas non eſt, ueniret in conſpectum profanæ multitudinis. Prohibebat etiam rapinas per urbem fieri, identidẽ Soſium rogitans, ſolitudinisne ſe regem Romani facturi eſſent, exhauſta urbe rapinis ſimul ac cædibus: exiguumq; dicens ſibi uideri tanta ciuium ea dis precium, etiam ſi totius orbis dominiũ conſingeret. Ille uerò referente pro expugnatione urbis direptionem meritò permitti militi, promiſit ſe de ſuo mercedem numeraturum ſingulis: atq; ita redempta ciuitate ab ulteriore uexatione, promiſſa perſoluit. Liberaliter enim militibus, & pro portione ducibus, Soſio uerò etiam regiè dedit munera, ita ut omnes bene

nummati discederent. Ea clades Hierosolymorum incidit in consulatũ M. Agrippæ & Canidij Galli, CLXXXV. Olympiade, mense tertio, feriis quibus solenne fit ieiunĩ, tãquam recurrente in idem tẽporis monumentũ illata Iudeis à Pompeio calamitate. Nam et ab illo eadem die urbs capta fuerat ante annos uiginti septem. Sosius autẽ consecrata Deo corona aurea profectus est Hierosolymis, Antigonũ uinctum ducens ad Antoniũ. Herodes autẽ ueritus ne asseruatus Antigonus, & Romam perductus ab Antonio, apud senatũ iure secum contenderet, docens se regio natũ sanguine, Herodẽ uerò plebeiũ, et ꝙ si ipse propter offensum Rom. popu. indignus esset qui regnet, certè filijs eius insontibus regnũ debeatur: hac inquã timẽs multis pecunijs induxit Antoniũ ut Antigonũ tolleret, quo facto tum demum Herodes metu liberatus est, atq; ita Assamonæi principatus desijt post annũ centesimũ uigesimũ sextũ: quæ domus illustris fuit, & celebrata propter continuatum in ea gente honorẽ sacerdotij, sacrorũq; maiorum egregia quibus propugnauerunt Iudeorum rempublicam. Verũ hæc familia intestinis seditionibus agitata amisit imperiũ. Administratio autẽ rerum peruenit ad Herodem Antipatri filiũ, plebeio natũ genere, & subiecto regibus. Atq; hũc Assamonæorum exitum a maioribus traditum accepimus.

Ass: vag finis

FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIB. XV.

Expugnatis à Sosio & Herode Hierosolymis, Antigonus ab Antonio securi percutitur, Herodes uerò præcipuum quemq; ex amicorum eius cohorte interimit. CAP. I.

HIEROSOLYMORVM expugnationẽ Sosij ductu atq; Herodis, & captiuitatẽ Antigoni, superiore uolumine diximus, nũc quæ deinceps consecuta sunt dicemus. Postq̃ totæ Iudæa potitus est Herodes, quantũ urbanæ plebis etiã nondũ regnũ adepto fauerat, eos uicissim promouebat: aduersæ autem factionis homines quotidianis absumebat supplicijs. In præcipuo honore apud eum erat Pollio Pharisæus, & Sameas huius discipulus: dum enim obsiderentur Hierosolyma, hi cõsulebant ciuibus ut Herodẽ in urbem reciperent, eamq; ob rem gratiam illis habuit. Pollio uerò hic olim capitis reo Herode Hyrcano cæteriq; iudicibus prædixit opprobrãs, qꝰ absolutus eorũ sentẽtijs ab omnibus illis pœnas exiget, quã prædictionẽ procedẽte tẽpore Deus euẽtu cõprobauit. Tunc uerò capitis Hierosolymis, omnẽ regiã supellectilẽ in unũ congessit: à finitimis quoq; ablata & collecta magna ui auri ac argẽti, totũ id Antonio eiusq; amicis

don-

donauit. Interfecit etiã XLV. primates ex factione Antigoni, appositis ad portas custodibus, qui etiã cadauera scrutabãtur, ne quis eorũ efferretur pro mortuo, & quicquid auri aut argenti inueniebatur, id totũ ad regẽ referebatur: nec ullus finis malorũ aderat, nã bona eorũ auaritia domini egentis absumebat: & agri inculti manebãt propter tempus anni sabbatici, quo nobis non est fas serere. Caterùm Antonius accepto Antigono uolebat eum uinctũ seruare ad triumphum: sed ubi audiuit gẽtem ad res nouas spectare, & odio Herodis fauere Antigono, magis placuit apud Antiochiam eum securi percutere, uix enim Iudæi contineri poterãt in officio. Testis est Strabo sic scribens: Antonius Antigonum Iudæum perductum Antiochiam securi subiecit, Romanorumq; primus affecit regẽ hoc supplicio, ratus nõ aliter posse adduci Iudæos ut Herodẽ pro illo regẽ constitutũ admitterent, nã ne tormentis quidem adigi poterant ut appellatione regis eũ dignarentur, tanta apud eos fuit prioris regis existimatio: quare uisum est ignominiosa morte obscurare eius memoriã, & lenire publicũ Herodis odiũ. Hæc Strabo. Hyrcanus autẽ pontifex II.
captiuus apud Parthos, cognito q̃ Herodes regnũ assecutus sit, rursus est ad eũ, in hũc modũ dimissus. Barzapharnes & Pacorus Parthorũ duces, Hyrcanũ qui primò pontifex, deinde rex

fuit, et fratrẽ Herodis Phaſaëlũ, captiuos abdu xerãt: quorũ Phaſaëlus non ſerens captiuitatis dedecus, & turpi uitæ honeſtã mortẽ præferẽs, ſeipſe interfecit, ſicut ſuprà diximus.

Quomodo Hyrcanus à Parthis dimiſſus ad Herodem reuerſus eſt. CAP. II.

HYrcanum autẽ ad ſe perductũ Phraates Parthorum rex propter claritatẽ generis comiter habuit, & uinculis ſoluũ permiſit Babylone degere, ubi magna erat Iudæorũ frequẽtia: hi non aliter quã pontifici ac regi Hyrcano honorẽ habebãt, nec hi ſolũ, ſed quantũ Iudeorum ultra Euphratẽ habitat: ita ut nõ admodum præſentis fortunæ pœniteret hominẽ. Sed poſtquã reſciuit Herodẽ ad regiam dignitatem euectũ, ad nouas ſe ſpes transtulit, natura ſuorum amans, & gratiã ab eis expectans, ꝙ aliquando de capite periclitantẽ ſeruaſſet in iudicio. Cœpit igitur de profectione cõſultare cũ Iudæis, officij cauſa inuiſere illũ ſolitis: qui tamen ut maneret ei ſuadebãt, commemorantes obſequia ſua & honores quos exhiberent non aliter quàm uel regi uel pontifici: imò ne in patria quidem talem dignitatem eum obtinere poſſe, propter corpus mutilatum ab Antigono: nec reges ſolere meminiſſe accepti in priuata uita beneficij, quandoquidem mores cum fortuna ſint mutabiles: nec tamen his monitis Hyrcano potuerunt eximere patriæ deſiderium. Herodes

quoq;

quoq; ei ſcripſit, rogaret Phraatem & eius regni Iudæos, ne ſibi inniderẽt communẽ cum genero futuram poteſtatẽ: nunc enim adeſſe tempus referendæ ſuo quõdam & altori & ſeruatori gratiæ. Simulq; etiam ad ipſum Phraatem legatũ miſit Saramallam cum multis muneribus, eblanditurũ ne obſtaret cupienti referre gratiam homini de ſe optime merito. Nec tamẽ re uera hoc agebat: ſed quia ipſe grauis eſſet princeps, cauens mutationis occaſiones, quærebat Hyrcanũ in poteſtatẽ ſuam redigere, aut etiam omnino tollere: id quod poſtea fecit. Tunc autẽ dimiſſum à Partho, & ab illis Iudæis honorificè aduentũ miratus, cũ excepiſſet, in ſummo honore habuit: primumq; in conuentibus locũ ei tribuendo, & in conuiuijs ſemper honoratiorẽ cedendo, patremq; appellitando. Lactabat homines quò minus ſuſpicarentur inſidias: quin & alijs artibus procurabat quicquid putaret ſibi ad ſtabiliendũ principatũ cõducibile, unde tamẽ domeſticæ ſeditionis orta eſt occaſio. Cauens enim ne quis illuſtriũ crearetur pontifex, accito Babylone nõ obſcuri generis ſacerdote Ananelo, huic ſummũ ſacerdotiũ dedit. Mox igitur Alexãdra nõ tulit hãc cõtumeliã. Hyrcani filia, uxor Alexandri Ariſtobuli regis filij, ex quo liberos habebat, alterũ formoſiſſimũ, nomine Ariſtobulũ, alteram Mariãnem Herodis cõiugẽ, inſigni pulchritudine fœminam. Hæc ini-

quissimè ferebat contemptũ filiũ, q̃ eo superstite aliunde uocatus pontificatũ usurparet. Scribit igitur Cleopatra per quendã fidicinẽ, ut põtificatũ filio suo petat ab Antonio. Sed Antonio rem negligẽte, amicus eius Gellius ob quædam negotia in Iudeã profectus, ut uidit Aristobulũ delectatus est eius forma, admiratus statũrã adolescentis simul & pulchritudinem, nec minus Mariammem regiam coniugẽ, felicemq; prole Alexandrã predicans: eũ qua colloquutus persuasit ut depictas amborum effigies ad Antoniũ mitteret, fore enim ut his conspectis ille nihil non à se impetrari patiatur: his uerbis excitata mulier eas effigies ad eum transmisit. Gellius quoq; rem exaggerabat, affirmans eos sibi uisos non mortali, sed planè diuino natos genere, uolẽs Antoniũ in amores pellicere: qui indecorũ sibi ratus puellã Herodi nuptã accersere, atq; etiã Cleopatræ suspiciones uitans, scripsit ut aliquo honesto pretextu filiũ ad se mitteret, addens nisi molestum uideatur. Quæ postquã relata sunt Herodi, nõ puauit tutũ Aristobulũ in ipso flore ætatis, uidelicet decimũseptimum agentẽ annũ, ad hæc genere nobilissimum mittere ad Antoniũ, primũ Romanorũ nemini cedentẽ, deinde proclinẽ ad libidines, et huiusmodi uoluptates undecunq; uenantem impunè propter potentiã. Rescripsit igitur, si uel pedem è regno suo moueat adolescens, fore, ut cuncta

comp

compleantur bellicis tumultibus, Iudeis nouationē rerum ſub alio rege ſperātibus: hoc pacto cū ſatis feciſſet Antonio, decreuit non omnino adoleſcentē & Alexandram ſpernere, uxore etiā Mariamne aſſiduis precibus obtūdente, ut fratri debitū pontificatū redderet, dicēteq; ipſi quoq; id fore cōmodū, adempta per honorē adoleſcēti peregrinandi facultate. Aduocato igitur amicorū concilio, multis uerbis in Alexādram inuectus eſt: eam & clàm regno ſuo inſidiatā, et per Cleopatrā id agere ut ope Antonij à ſe regimen transferatur in puerum: idq; tanto iniuſtius eā moliri, q & filiā ſuam interim honore parto priuare conetur, & regnum perturbatione reipublicæ alijs parare, quod ipſe quaſiſſet multis ſudoribus ac periculis: ſe tamen præteritorū libenter obliuiſci, nec deſinere pietatē erga eā cæterasq; neceſſitudines colere: & nunc eius filio pōtificatum reddere, cui Ananelus hactenus propter ætatē immaturam præfuit. Hæc poſtquā elocutus eſt uerbis meditatis quo magis fucum faceret mulieribus & amicorū cōſiſtorio, Alexādra uix ſui cōpos, tū præ gaudio, tum q ſe ſuſpectā intelligeret, cœpit cū lacrymis pro ſe uerba facere, faſſa ſe pro ſacerdotio nihil nō tentaſſe indignitatis & cōtemptus impatiētia: regnū autem negans ſe uel ambiſſe unquā, uel etiam ſi ultrò offerretur, admiſſurā fuiſſe. Satis honoris ſibi uideri, q filiā

eum ipso regnare uideat, satiúq; ita consuluĕ securitati totius familiæ. Victă igitur beneficiorũ magnitudine accipere se honorẽ filij, futuramq; posthac regi obsequentissimã: ueniamq; præteritorũ petere, si quid fiducia generis et necessitudinis propter indignitatẽ rei egisset immodestius. Post hoc colloquium ad reconciliationis fidem datis uicißim dexteris discesserunt, omni ut tum uidebatur suspicione sublata.

Herodes Aristobulum coniugis suæ Mariammes fratrem pontificem declaratam non multo pòst necandum curauit. CAP. III.

III. *TVm rex confestim pontificatum abrogat Ananelo, uiro peregrini generis, utpote nato ex Iudæis olim ultra Euphratẽ traductis per Assyrios, ut antè diximus: multa enim millia huius gentis Babyloniam incolunt, unde & hic erat, a põtificibus alioquin oriũdus, & Herodi iamdudum notus familiariter. Eum adeptus regnum cũ autoritate sua põtificem fecisset, ipse postea deposuit, quò familiam suã componeret perturbatã, propter neglectas leges patrias: alioquin honor hic semel assumptus solet esse perpetuus: primus Antiochus Epiphanes eam legẽ uiolauit, pro Iesu subrogato in hoc sacerdotiũ fratre ipsius Onia. Secundò Aristobulus ab Hyrcano fratre eum honorem in se trãstulit. Tertius Herodes Aristobulum adolescentẽ nimo adhuc pontificei successorẽ dedit,*

atq;

atq; ita tum niſus eſt diſcordiæ domeſticæ attuliſſe remediũ: nec tamen ut decebat poſt reconciliationẽ uacauit ſuſpicionibus, ueritus Alexandram ne in poſterum quidem quieturam, ſi daretur rerum nouandarum occaſio. Iußit igitur eam continere ſe intra regiam, & nihil pro poteſtate agere: ad hæc obſeruabatur aßiduè, ita ut nihil regẽ lateret, ne eorũ quidẽ quæ ad quotidianã uiuendi rationem attinent: quæ omnia exaſperabãt eam, & incitabant ad odiũ. plena enim muliebri ſuperbia ſuſpectam ſe obſeruari indigniſſimè ferebat, malens quiduis potius pati, quã amiſſa licentia, honoris ſpecie in ſeruitute & timore uitã degere: miſit ad Cleopatram literas, præſentem rerũ ſuarum ſtatum deplorans, & rogans ut opem aliquam ſibi afferat. Illa iußit eam unà cũ filio clàm in Ægyptũ ad ſe confugere: quod conſilium placuit, moxq; tale quiddã cõminiſcitur. Paratis duabus ſandapalis in has ſe & filium incluſit, inſtis famulis conſcijs, ut noctu has efferrent: erat autem mare petendum, ubi paratum ſtabat nauigium quod eos in Ægyptũ deueheret: hæc apud Sabbionem amicum mulieris Æſopus ipſius ſeruus effuciuit, putans eum non inſcium eius conſilij: quo cognito Sabbion, qui hactenus inimicus Herodis erat, ſuſpectus quaſi ſocius inſidiarum quibus Antipater ueneno ſublatus eſt, arripuit occaſionem concilianda

ſibi

ſibi per hoc indiciũ regiæ beneuolentiæ: & ad eum inſidias Alexãdræ detulit: at ille paſſus eam tẽtare negotium, in ipſa fuga deprehẽſam retraxit. Veniã tamẽ erroris dedit, non auſus ei mali quicquã facere. Verebatur enim nõ ceſſaturam Cleopatram, odij tali anſa præbita: quare ſimulata magnanimitate, nolebat per clementiam uideri indulgentior: ſtatuit tamen modis omnibus adoleſcentẽ tollere, ſed interponenda erat mora, quò magis lateret inſidiæ. Iamq; inſtabat Scenopegia, feſtũ apud nos cum primis celebre, cuius ſolẽnitatis dies decreuerat cũ reliquo populo per hilaritatem exigere: attamen hinc quoq; data eſt occaſio per inuidiam, quo magis acceleraret quod ſemel ſtatuerat. Poſtquam enim adoleſcẽs annũ tum egreſſus decimumſeptimũ, ſacris iuxta legem operaturus ad altare aſcẽdit ornatu pontificali, cæremoniasq; decẽter tractabat, ipſe eximia forma & ſtatura quã pro ætate procerior, tota facie generis dignitatem præferẽs, conuertit in ſe multitudinis oculos ſimul & ſtudia, reputãtis ſecũ etiã aui Ariſtobuli memoria digna facinora. Victi igitur affectu paulatim ſe aperiebant, cõfuſi nimio gaudio, nec continẽtes fauſtas uoces ac cõprecationes, licentius quã ſub tali rege decebat proferẽtes debitã familiæ beneficiorũ tum memoriã tum gratiã. Hæc omnia perpulerũt Herodem, ut quod de adoleſcẽte decreuerat perfi-

ceret.

ceret. Itaq; peracta feſtiuitate dum apud Alexandrã accipitur conuiuio, comitate pertracto in opportunum locũ adoleſcente, oſtendebat ſe paratũ in eius gratiã iuueniliter colludere: eumq; loci eius natura eſſet abluoſior, citò deſeſſi relicto luſu, magnis piſcinis quæ ibi circa aulam erant, imminẽtes frigus captabant meridiano tempore: ac primũ ſpectabãt natãtes quoſdã è ſocijs & famulis: deinde poſtquã prouocante Herode adoleſcẽs quoq; eis ſe miſcuit, amicorũ quibus hoc datũ erat negotiũ, deprimentes eum natantẽ, & quaſi per luſum ac petulantiam mergentes nõ prius deſtiterũt quã omnino aqua præfocatus ſit. Hic fuit Ariſtobuli exitus anno ætatis decimo octauo, põtificatus primo, qui mox ad Ananelũ rediit. Hic caſus ubi mulieribus renuntiatus eſt, uerſa repẽte rerum facie lamẽtatio exoritur ſupra cadauer iuuenis & luctus inconſolabilis: totamq; urbẽ rumore ſparſo mœror occupat, nulla nõ domo calamitatẽ deflente tãquã propriã: ſed præcipuus fuit dolor Alexãdræ, quã etſi dolus nõ fefellit, perpetii tamẽ metu maioris mali neceſſe habuit: & ſæpe ad inferendã ſibi manũ promior, impetuum tamẽ hunc animi repreſſit, ſi fortè ſupereſſe poſſet extincto per ſummũ nefas filio, & reeenta diutius uita nullã ſignificationẽ dare quã data opera necatũ ſenſiſſet, donec aliquando ſe offerret ultionis facultas: quapropter diſſimulanter

lanter hoc tulit, nullã ſuſpicionẽ præ ſe ferens. At Herodes modis omnibus curabat fidẽ facere, ſe inſcio caſum hunc cõtigiſſe, nõ luctũ ſolùm fingens, ſed & lacrymas & mœſtitiã uera ſimillimã: ac fortaſſe uera etiã miſerationis nõnihil ſentiebat ad conſpectũ extincti in ipſo flore ætatis ac pulchritudinis, tametſi mortem eius plurimũ ad ſecuritatẽ ſuã exiſtimaret cõducere: ſed potiſſimũ hoc agebat, ut alienus uidereetur ab hoc crimine. Cæterùm quod ad magnificentiſſimũ funeris apparatum attinet, nihil ſibi ad ſummã liberalitatẽ fecit reliquũ, tã in exornando cõditorio, q̃ in cõgerendis eò aromatibus & alijs rebus pretioſiſſimis, quò maius miſeris mulieribus hoc pacto afferret ſolatium.

Cleopatra Iudæorum & Arabum regnis inhians, parte eorũ ab Antonio impetrare conatur. C. IIII.

ALexandra tamẽ nullo modo emolliri potuit, ſed indies magis ac magis exacerbãte mœſtitia per luctũ accẽdebatur ad nindicta deſideriũ. Per literas igitur inſidias Herodis Cleopatræ indicat, ſimulq; filij ſui miſerabilem interitũ. Illa uerò iamdudum adimãdi eã cupida, ereptum etiã miſeratæ mulieris infortunijũ, non ſecus q̃ propriũ curauit hoc negotium: nec unquã deſtitit incitare Antoniũ ad ulciſcendam necem iuuenis: indignũ facinus dictitans, Herodem ope eius alieni iuris regno potitum, in legitimã regũ ſtirpem tam inſolenter debac-

chari

chari. His permotus Antonius postquã Laodiceã peruenit, accersiuit ad se Herodẽ, dicturũ causam de obiecto necis Aristobuli crimine: factum enim improbabat, si quidẽ ipse Herodes autor eius fuisset. At ille nec causa sua satis fidens, & Cleopatræ odia metuẽs, indesinẽter Antonium cõtra se irritantis, decreuit quidẽ parêre, neq; enim aliter facere poterat, sed commissa regni cura Iosepho patruo, clàm ei mandauit, ut si Antonius in se grauius aliquid statuisset, eõsestim Mariãmen interficeret. sic enim se affectum erga uxorem, ut etiam si post ipsius mortẽ aliquem potiri cõtingat illius pulchritudine, ad suã id iniuriã pertinere existimet: aiebatq; totũ hoc negotiũ exhiberi sibi propter eius fœminæ formã, in quã ille iam pridem fama cognitã aceẽsus sit: atq; his mãdatis, non admodũ læta speratis de rerũ suarũ exitu, proficiscitur ad Antoniũ. Porrò Iosephus creditũ sibi regimẽ administrans, & sæpissimè Mariammen conueniẽs, partim propter negotia, partim honoris causa, dum crebra mẽtio fit coniugalis amoris quo eam Herodes prosequeretur: irridentibus hanc eius asseuerationẽ mulieribus, præsertim Alexandra, ille nimio studio approbandi eis affectum regis eò proiectius est, ut mandatum illud proderet, ratus id certissimum amoris argumentum, quòd neq; sine ea uiuere sustineret, neq; uel morte ipsa ab ea disiungi: qua Iosephi

ſephi uerba mulieres non tam ut indubitatum Herodis amoris ſignũ interpretatæ ſunt, quam exhorruerunt illius tyrannicum animum, ſi uel mortuus ſeuiret in earum capita. Interea per ciuitatem rumor ab inimicis regis ſparſus eſt, exercitũ eum ab Antonio necitraditũ: qui cùm reliquam regiã turbauit, tum mulieres maximè. Alexandra uerò etiam Ioſephũ hortata eſt, ut aſſumens eas ad ſigna legionis Romanæ cõfugeret, quæ tum ad regni cuſtodiã circa urbem tendebat ſub tribuno Iubo: ſic enim primũ ſi quid turbarum in aulam incideret, ipſas in tuto fore propter Romanorum beneuolentiam. Deinde ſperandũ eſſe conſequuturam quidquid Mariammen ſi in Antonij conſpectũ uenerit, atq; etiam regnũ recepturã & quicquid debetur regio generi. Tenente adhuc ea cõſultatione litera ab Herode ſuperuenerũt rumori contraria: quamprimũ enim uenit ad Antoniũ, muneribus eum placauit quæ in hoc Hieroſolymis attulerat: & crebris colloquijs indignationem uiri lenijt, ne minus poſthac ponderis apud eum haberet Cleopatræ inſtigatio: negabat enim Antonius oportere regẽ facti ſui rationẽ reddere, alioqui ne regẽ quidẽ futurũ: ſed datò illi ſemel honore, etiã liberã poteſtatẽ permittendã eſſe: idq; ipſum etiã Cleopatræ aiebat conducibile, ſi non multum ſe miſceret alienis imperijs. Hæc ſignificabant Herodis litera, reliquumq;

honor

honorẽ quo ſe dignaretur Antonius, ad cõſeſſum adhibẽs & ad quotidiana cõuiuia, idq; nõ ceſſante à criminationibus Cleopatra: quæ capta eius regionis cupidine, quo regnum id ſibi uſurparet, omnibus modis quærebat illũ perdere. Sed quia inſtũ ſe præberet Antonius, nihil poſthac expectandũ grauius, uenturumq; breui conſtabilito tam regno q̃ amicitia: nec relictam Cleopatræ cupiditati ullam ſpem, quando Antonius pro eius poſtulatis Cœleſyriã ei cõceſſiſſet, hac cõditione', ne poſthac Iudeã peteret, & ut moleſta eſſe deſineret. His literis redditis uoluntas cõfugiendi ad Romanos euanuit: nõ tamen latuit id conſiliũ, ſed q̃ primũ deducto aliquãtiſper Antonio cõtra Parthos eunte Herodes in Iudeam reuerſus eſt, ſtatim ſoror Salome & eius mater indicauerunt quid Alexandra cũ ſuis noluerit: nec hoc cõtenta Salome etiã maritũ ſuũ Ioſephũ criminata eſt, Mariammes cõſuetudinem obijciens: hoc autẽ fecit propter ſimultatẽ ueterẽ, q̃ regina elati animi fœmina inter muliebres cõtentiones exprobraret ei obſcuritatẽ generis. Porrò Herodes qui ſemper ardẽter amauit Mariammẽ cõiugẽ, ſtatim perturbatus eſt, nõ ferẽs zelotypiæ ſtimulos: agre tamẽ ſe continẽs, ne à recta ratione tranſuerſum raperetur inſanis affectibus, ſeorſim Mariammẽ percũctatus eſt, ecquid haberet cũ Ioſepho cõmercij. illa uerò pernegante facilũ cũ

deleratiõnibus, et quicquid inſons fœmina poſſet in defenſionẽ adducẽte, rex paulatim aſſentiendo placari ſe ſinebat, uictus amore uxorio, ita ut poſtremò ueniã peteret, q̃ temerè fidẽ habuiſſet rumoribus: agebatq; ei gratias pro ſeruata pudicitia, ſuũ uiciſſim amorẽ cõmemorãs: tandẽ ut mos eſt amantiũ prorumpentibus lacrymis ruũt in cõplexus mutuos: cum tamẽ nõdum uxori amoris ſui fidẽ faceret, tãtoq; magis conaretur id efficere: tum illa, Non eſt, inquit, amantis mãdare ſi quid ipſi humanitus accidat, uxorẽ innoxiã addi fati comitẽ. Hoc uerbo rex uelut ictus pra dolore cõfeſtim eã è cõplexum dimiſit, uociferabaturq; capillos ſibi lacerans, tenere ſe manifeſto deprehẽſam cõſtupratam à Ioſepho coniugẽ: nunquã enim proditurũ fuiſſe data ſibi priuatim ac ſecreto mãdata, niſi obſtricta mutuũ fide per ſtupri conſuetudinem: atq; ita parũ abfuit quin eam interficeret. Sed amore uictus, licet ægrè, cohibuit ſe tamẽ. Verumtamen Ioſephum ne in cõſpectũ quidẽ admiſſum iuſſit interimi, & Alexandrã ut malorũ omniũ cauſam, uinctã coniecit in cuſtodiã.

XIII. Interea turbabãtur res Syriæ. Cleopatra non deſinẽte in omnes incitare Antonium: quem hortabatur ut auferẽs eniq; ſuam dynaſtiã, ipſi contribueret, multumq; apud eum poterat irretitum ſuis amoribus: cumq; natura eſſet alieni appetẽs, nihil ſibi putabat illicitũ: primò fratrẽ,

cui

eui debebatur regni ſucceſſio, ueneno ſuſtulit, agentem annum XV. deinde Arſinoën ſororẽ ſuam Epheſi in tẽplo Dianæ ſupplicẽ, interfecit per Antoniũ. Pecuniarũ etiã ubicũq; ſpes affulgeret, neq; tẽplum, neq; ſepulcrũ, neq; aſylum ullũ unquã uiolare dubitauit, modò ad illam redirẽt ſpolia quæſita uel ſacrilegio: miſcebatq; ſacra profanis, fas nefas, ut augeretur lucris uel iniquiſſimis: ad ſummã nihil ſatis erat mulieri ſumptuoſæ & uoluptatibus deditæ, cuius cupiditates nix totius orbis expleri poſſent opibus. quãobrẽ & Antoniũ cõtinuò ſollicitabat, ut alijs àblata ipſi largiretur: & ingreſſa cũ illo Syriã, ſtatim cogitauit quomodo eam poſſeſſionẽ ſuam faceret. Nam Lyſaniã Ptolemæi filium interfecit, cauſata eum ſtudere rebus Parthicis flagitabat etiam ab Antonio Iudæam ſimul & Arabiã ſibi dari, ademptas ſuis regibus. Verùm ille erat quidẽ adeò deditus ei mulieri, ut nõ illecebris ſolùm, ſed etiam ueneficijs eius captus uideretur: puduit tamen eum tam inſignis iniuſtitiæ, ne uideretur ad procacis fœminæ nutũ libẽter peccare etiam in rebus maximis: ne igitur uel negãdo eam contriſtaret, uel imperata illius omnia faciẽs uideretur mortalium omnium nequiſſimus, partes de utriuſq; regione ablatas ei largitus eſt: ad hæc urbes quotquot ſunt intra fluuium Eleutherum uſq; Ægyptum, præter Tyrum &

Sidonem, quas iam inde à maiorum ætate scie-bat liberas, quamuis has quoq; illa multis pre-cibus impetrare conata fuerat.

Cleopatræ reginæ in Iudæam aduentus. CAP. V.

HAec assecuta Cleopatra, & Antonium in Armeniam cum exercitu profectum usq; Euphratẽ prosecuta, reuertitur: obiterq; edita Apamia & Damasco, etiam Iudæam ei libuit inuisere: ubi excepta ab Herode, con-cessam sibi Arabiæ partem & Hierichuntini agri reditus ei locauit. Is & balsamum fert, quod unguentorum longe pretiosissimum ibi tantum prouenit, & eximiarum palmularum uim maximam: per hæc negotia contracta ma-iore cum rege familiaritate concubitum eius appetijt. mulier natura intemperans, & dedita libidini, ac fortè etiam amore tacta nonnihil: quamuis uerisimile sit per stuprum quæsitam occasionem strnendis insidijs, sed illa amorem pratexebat. Herodes autem iam antè ei parum amicus, quòd nosset infestam ex æquo omnibus: tum uero etiã abhorrens tam prostratam im-pudentiam, & reiecturus si petulantius perge-ret, renuit: deinde cum amicis consultauit, num habens eam in sua potestate deberet occidere. sic enim multis molestijs leuare posse eos quibus uel hactenus infensa fuerit, uel in posterũ futu-ra sit: quin & ipsi Antonio id fore utile, quãdoquidem nec illi fida futura sit, si in quam

tempo

temporum difficultatē delapsus opera eius opus habeat. Hue procliuiorē cohibuerunt amici, indignū censentes, hominē in magnis uersantē negotijs in manifestū se periculū conjicere, & obsecrātes ne quid ageret temerè: nō enim hoc laeturū Antonium, quāmuis ei hoc approbetur utile: quin hoc ipso augēdum eius desiderium, quòd per nim atq; insidias amissse eam uidebitur: nec supereſſe uel mediocrem excusationem, quādo mulier sit oīm eius aetatis lōge honoratissima, et si quid utilitatis ex eius nece posſit existere, coniunctū sit cū Antonij iniuria. unde facile apparere q̄ magna & immedicabilia mala exoritura sint in regno & familia regis ipsius, cùm nihil uetet recusata illius illicita postulatione, res pro praesenti statu rectè disponere. His deterrētes, & periculū probabilibus rationibus ostendētes, cohibuerūt eum à tāto facinore. Ille placata muneribꝰ regina, uersus Aegyptū eam deduxit. Caterùm Antonius subiugata Armenia Artabazē Tigranis filiū eū filijs suis satrapis uinctū in Aegyptū misit, munus Cleopatrae, & q̄quid pretiosū de eo regno ceperat. Regno autē Armeniae potitus est Archelaus filiorū illius natu maximus, q̄ in eo tumultu effugerat: cui post Archelaum et Nero Caesar per uim à se pulso iuniorē ipsius fratrē successorē dederunt. Quod autē attinet ad tributa regionū quas regina ab Antonio dono acceperat, Herodes ea

inſtè reddebat, parũ tutũ putãs, prebere Cleopa
tre occaſionẽ malenolẽtiæ. Arabs uerò poſtq̃
eorũ exactio ad Herodẽ ſpectare cœpit, aliquã-
diu ſoluebat ei dueẽta talẽta annua: deinde ma
lignior factus, & ad dandũ ſegnior ſex partes
quaſdam reddebat, ac ne eas quidem integras.

Herodes bellum Aretæ infert, quo tempore Anto-
nius à Cæſare Actiaco prælio uictus eſt. CAP. VI.

QVam eius iniquitatẽ & iuris contẽptũ
non ferẽs Herodes illaturus erat bellum,
ni remoratus eſſet Romanorũ contẽtionibus: cũ
enim expectaretur pugna Actiaca, quæ in
CLXXXVII. Olympiadem incidit, Cæſar de
imperij ſumma decertaturus erat cũ Antonio.
Herodes uerò multorũ iam annorum poſſeſſor
regionis pacatæ et refertæ paſcuis ac pecoribus,
nonis quoq; abũdans reditibus & opibus, de-
lectus habendo magno apparatu expediebat
auxilium Antonio. Sed ille hanc operam ei
remiſit, negans ſibi opus eſſe: uerũ quia tam ex
ipſo q̃ ex Cleopatra audierat de Arabis perfi-
dia, inſit in illum bellũ uertere: nam & regina
hoc in rem ſuam fore exiſtimabat, ſi alter ab
altero mutuis attereretur cladib⁹. Igitur An-
tonij inſſu reuerſus Herodes domi cõtinuò exer
citum, cum quo mox inuaſit Arabiam equi-
tatu ſimul & pedeſtribus copijs inſtructiſſi-
mum. Dioſpolim petens quò occurſuri erãt Ara-
bes, non enim eos latuit hæc expeditio. Poſt

acer

acerrimũ igitur conflictũ penes Iudæos fuit victoria. Post hæc rursum magnus Arabũ exercitus confluxit ad Cana, qui locus est in Cœlesyria: quod præsentiens Herodes duxit contra eos maximã exercitus sui partẽ: cumq; vellet munitis vallo castris per occasionẽ deinde prælium committere, imperãti hæc reclamabat multitudo, mitteret moras & cõfestim in Arabas duceret. Faciebat antẽ eis animos, tum q pulchrè instructã aciem habere se crederent, tum recens memoria prioris pugnæ in qua egregiè vicerant. Cùm igitur ardor eorũ vix cohiberi posse videretur, decrevit rex uti alacritate militũ, & professus se nõ cessurum illis virtute, armatus ante agmen ibat in hostẽ, subsequẽte instructa acie: qua res attonitos reddidit Arabas, paulisper enim repugnare conati, ut viderũt nõ posse ferri eorũ audaciam, maiore ex parte in fugam versi sunt, actumq; de eis fuisset, ni Athenio Herodem innasisset, eiusq; exercitum. Hic Cleopatræ dux erat in ea regione, & quia Herodẽ oderat, non imparatus pugnæ eventũ expectabat, quieturus si Arabes vincerent. Vbi verò vinci eos animaduertit, cũ collectitia manu indigenarum fessos iam, & victoriam suam putantes ex improviso adortus magnam stragem edebat. Nam Iudæi viribus in professos hostes absumptis, tum verò etiam ob victoriam dissolutiores, facile hosti cedebant, multaq; vulnera accipiebãt in locis

asperis & inæqualibus, quorum peritiores erant aduersarij. His igitur uehemẽter laborantibus Arabes resumptis animis reuersi in prælium trucidabant iam fugientes: nec una erat exitij facies, pauciq; in castra euaserunt. Rex uerò uidens eos uiribus impares, citato equo profectus est ad euocandos qui illis succurrerent: nec tamen licet festinus, affuit in tẽpore, sed Iudeorum castra capta sunt. Arabibus antẽ non mediocris felicitas ex insperato cõtigit, dum & victoria potiuntur, à qua plurimũ aberãt, & hostium ualidum exercitum opprimunt. Ex illo tẽpore Herodes latrocinijs cœpit agere & excursionibus in Arabiã, castra ponẽdo in montibus: & cauebat quidem totũ exercitũ prælio cõmittere, sed interim non mediocriter proficiebat suos labori assuefaciens, & continuis exercitijs præparans ad abolendam tandem ignominiam.

De terræmotu qui Iudæam concussit. CAP. VII.

QVo tẽpore dum maximè apud Actium Antonius conflictatur cũ Cæsare, septimo regni Herodis anno, Iudæa terra quali nunquam antè motu cõcussa, magnã per totam eam regionẽ iacturã fecit pecudum, quin & hominum oppressa sunt ruinis adium circiter decem millia: militaris tamẽ multitudo nihil detrimẽti accepit, utpote sub dio agitans. Hæc clades in maius etiam aucta rumoribus, quos uanitij gentilium odiorum non ignari dabant auribus

Arab

Arabum, immane quantum extulit hostium animos, quasi subuersis Iudaeorum urbibus, & extinctis hominibus, nulli iam supereſſent aduersarij: legatos itaq; gentis, qui rebus afflictis pacẽ petituri uenerant, cõprehenſos necauerũt, moxq; magna alacritate properauerũt ad hoſtilem exercitum. at illi non auſi aduẽtum eorum praeſtolari, utpote deiecti animis ob calamitatem, Remp. negligere, nec multum à deſperatione abeſſe uidebantur: quos ita affectos rex excitabat, duces eorum appellando, & quantum in ſe erat conando animum illis addere. Cumq; generoſiores quoſdam in meliorem ſpem reſtituiſſet, tum demum auſus eſt etiam exercitum alloqui, quẽ prius uiderat in recentibus cladibus nullam orationem admittere: eos igitur his uerbis conſolatus ſimul & cohortatus eſt.

Herodis concio ad exercitum. CAP. VIII.

NOn ignoramus, uiri fortiſſimi, multa hoc tẽpore noſtros conatus remorata infortunia, quibus quantumuis audaces perterreri nil mirũ fuerit. Sed quoniam belli eſt pro foribus, & quae hactenus acciderũt talia ſunt ut noſtra uirtute poſſint corrigi, cohortãdi mihi eſtis, & monendi quo pacto retinere poſſitis priſtinũ robur animi. ac primũ de bello uerba faciam, declaraboq; nos id iuſtiſſimis de cauſis gerere, coactos inimicorum iniurijs: id quod nel praecipuè debet acuere noſtrã fortitudinẽ. Deinde oſten-

dam, nec hæc quæ nos cõtriſtant, eſſe tam grauia quàm uidentur, & magnã nobis ſupereſſe ſpem uictoriæ: ac primùm de eo diſſeram quod prius propoſui, nosq; ipſos teſtes eorum quæ dicturus ſum faciam. Noſtis enim ipſi Arabum iniuſtitiam, & q̃ ſint erga alios quoq; omnes perfidi, nimirũ genus hominũ impium ac barbarũ: ſed nos præcipuè infeſtauerunt, ob auaritiam & inuidiam perpetuis iniurijs nos laceſſentes. Et tamen ne alia beneficia noſtra in eam gentẽ collata cõmemorem, quis eos imminẽte Cleopatra de libertate periclitãtes eripuit niſi nos? Mea enim cum Antonio cõiunctio, & illius erga me benenolentia in cauſa fuit ne q̃d iſti grauius paterentur: dum ille cauet cõmittere quod & nobis ſuſpectũ eſſe poſſet: deinde poſtquam precib' illa euicit ut de utraq; regione portiones quædã ei decideretur, in his quoq; diſpẽſandis nõ ceſſauit mea induſtria: & datis de meo magnis muneribus ſecuritatem ambobus acquiſiui meo animo ſumptu, dũ C C. talenta expẽdo, & pro alijs ducentis fideiubeo, pro reditibus eius ipſius terræ quam iſti olim noſtrã occupãt: atqui æquũ erat nos Iudæos & à tributis immunes eſſe, nec cuiquam ullã agrorũ partẽ decidere: certè in Arabum gratiã, qui nobis ſalutẽ ſuam debẽt, indignũ erat quicquã expẽdere. Sed multo iniquius eſt, eos q̃ negare non poſſumus ſuã liberalitatẽ noſtrum eſſe beneficiũ, & eam ob rẽ gratias nobis

eger

egerunt, fraudare nos debitis, præsertim amicos & pacis tẽpore: quandoquidẽ fides etiam hostì seruãda, multò magis inter amicos locũ habeat necesse est: at nõ inter tales quales isti sunt, qui nihil honestũ putant nisi cũ lucro coniunctũ, & iniuriam impunitã esse debere, quæ lucri gratia committitur. Dubiumne igitur est, nostri officij esse iniustos iusto bello persequi, quod Deus ipse fieri iubet, inbetq; nos semper vlcisci vim & iniuriam, maximè in bello nõ solum iusto, verum etiam necessariò: quod enim cõfessione omnium tam Græcorũ quàm Barbarorũ est crudelissimũ, hoc cæsis nostris legatis perpetrauerũt. Nam & Græci caducatores sacros ac inuiolabiles esse volunt, & nostri honestissima sanctissimaq; legis præcepta per angelos, hoc est nuntios à Deo acceperũt: hoc enim nomẽ & Deum in hominum notitiã adducere, & hostes hostibus cõciliare potest. Quid igitur magis neferium, q̃ legatos de iure agentes interficere? aut quæ illis post hoc facinus expectãda vel in bello prosperitas, vel in rẽliqua vita felicitas? ego sanè nõ video. Dixerit fortè aliquis, Ius quidẽ & fas penes nos est, sed penes illos vires et maiores copiæ. Verùm isthæc oratio indigna est nostris hominibus: cũ quib⁹ enim iustitia est, cũ illis etiã Deus. vbi autẽ Deus est, ibi nec multitudo, nec fortitudo deesse potest. Sed age etiã per se vires nostras expendamus. Prima pugna vicimus, in secunda

primo

primo congreſſu eos profligauimus, nõ ferentes noſtrã impreſſionẽ: victores deinde nos Athenio, nõ indicto bello, ex inſidijs aggreſſus eſt: uerùm hac fortitudo eorũ dicẽda eſt, an inſidiæ potius, & ſecũda iniquitas? Cur igitur nobis minus ſit animi, quib⁹ oportebat eſſe plus ſpei? aut cur nobis timẽdi ſint, qui quoties abſq; dolo certandũ eſt, ſemper ſuccumbũt: quando uerò uincere uidẽtur, per iniuſtitiam hoc faciunt? Quid quòd etiam ſi fortes quis eos exiſtimet, hoc ipſo magis ad uirtutẽ excitari debet? nõ eſt enim generoſi laus infirmiſſimum quemq; aggredi, ſed poſſe etiã fortes deuincere. Quòd ſi quẽ domeſtica clades terrẽt, & terræmotus proximus, primùm cõgitet hoc ipſum eſſe quod Arabas decipit, putãtes grauiorẽ quàm re uera fuit: deinde nõ decere ne illis audacia, nobis timiditatis, eadem cauſa ſit. Illi enim nũc audent, nõ quòd alicuius boni ſibi ſint conſcij, ſed quia nos afflictos credũt calamitatibus. Vbi antẽ nos uiderint occurrere, collabet eorũ fiducia, & nobis hoc ipſo creſcent animi, & iam cum nõ ita ferocientibus pugnabimus: nã neq; admodum afflicti ſumus neq;, ut quidã putant, irato Deo nobis hoc accidit: ſed caſus hi ſunt fortuiti. Quòd ſi Dei uoluntate hoc factũ eſt, mirũ ni eiuſdem uoluntate ceſſauit calamitas, & hac caſtigatione cõtenti eſt. Quòd uerò præſens bellũ ei probetur ne infeſtum, ipſe euidenter declarauit. Nonnullis enim

per

per totam regionẽ terræmotu oppreſſus, neſtrum qui armagestatis nemini quicquã mali cõtigit, ſed omnes eſſis incolumes, manifeſto diuinæ uoluntatis indicio, quòd ſi populariter militaſſetis unà cũ liberis & uxoribus, nemnẽ neſtrum deſideraretis. Hæc cogitãtes, & quod maius eſt, habere nos Deum protectorẽ omni tẽpore, perſequimini iuſto bello gentẽ impiam, nec amicitiæ iura, nec fœderũ fidem ſeruantem: in occidendis legatis fortẽ, cum uirtute gerenda res eſt, ſemper fugacem. His uerbis Iudæorũ animi non mediocriter accẽſi ſunt ad prælium. Herodes autẽ ſæcris de more peractis, ꝓperè duxit eos ultra Iordanẽ cõtra Arabas: metatuſq; caſtra nõ procul hoſtibus, decreuit caſtellũ intra utroſq; ſitũ occupare: cõmodum ſibi id rãtus, ſiue pugnãdum eſſet, ſiue caſtra in tutiorẽ locum transferenda. Cumq; idem eſſet Arabũ quoq; conſilium, circa eum locum certamen cõtractum eſt: ac primùm telis uelitati eminus, deinde manus conſeruunt, utrinq; nõnullis cadẽtibus, donec Arabes uicti diſceſſerũt. Ea pugna Iudeis tantũ momenti ad bene ſperandũ fuit, ut quia hoſtes certamen detrectabãt, auſi ſint nullum eorũ diuellere ipſa caſtra expugnaturi: atq; ita coacti proceſſerunt non ſatis bene ſtructa acie, ne tantillum quidem alacritatis aut ſpei ad pugnã afferẽtes: conſeruerũt tamẽ manus uel quia plures numero, uel quia neceſſe erat laceſſenti hoſti reſiſtere:

poſt

post diutinũ igitur cõflictũ non paucis utrinq; cæsis, tandem Arabes in fugã uersi sunt. Tanta autẽ strages impulsis semel edebatur, ut non solũm hostiũ gladijs conficerentur, sed pre impetu fugientis incõditæ multitudinis alij proculcarentur, alij suis ipsorũ telis se inducrẽt. Itaq; quinq; millia desiderata sunt: cætera turba refugit quidem intra castra, sed nulla certa salutis spe, non tam cõmeatus, quàm aquæ penuria. Porrò Iudæi quia nõ potuerũt unà cum fugientibus irrũpere, obsidione eos cinxerũt, & auxilijs aditus, et fugam obsessis intercludendo. In hac rerũ difficultate Arabes legatos ad Herodem miserũt, primum pacem petentes, deinde quia siti urgebat, præsenti necessitati remediũ. At ille nõ legatos, non pecuniã pro captiuis, nihil denique æquũ admittebat, enixè cupiens facinorũ in suos patratorũ pœnas ab eis exigere. Itaq; coacti siti inter alia mala prægrauãte, progressi præbuerũt se uincendos, & in captiuitatẽ abigẽdos, ita ut intra quintũ diem capti sint ad quatuor millia. Sexta uerò omnes reliqui decreuerunt prodire, & hostem aggredi, uel certã cladem malentes, q̃ paulatim ignominiosè opprimi. Quæ sententia postquàm placuit, eruperũt è castris, sed parũ idonei ad prælium, fractis tam uiribus quàm animis, propter extremũ infortunium mortẽ in lucro reputãtes. Quare primo cõflictu circiter septem millia ceciderũt: domitaq; per hãc cladẽ gentis

fera

ferocia, in Herodis, quem ſuo malo bellatorem egregium experti ſunt, clientelam ſe dederunt.

Herodes ad Cæſarem profecturus neceſſariò Hyrcanum interficit. CAP. IX.

QVa felicitate ille multũ elatus domum reuertitur, aucta ob rem bene geſtam exiſtimatione. Sed dum maximè res ſuas conſtabiliſſe videtur, ſummũ diſcrimen adijt, Antonio apud Actium deuicto armis Cæſaris. Tum enim actum de ſe putauit, non ipſe ſolus, ſed & amici eius omnes & inimici: nemo enim credebat impunè ei fore tãtam Antonij amicitiam: quo factum eſt ut amici quidem nihil diſſimularent deſperationem, inimici uerò condolere ſe fingentes, clàm gauderent, pollicentes ſibi in futurum meliorẽ ſtatum Reipublicæ. Ibi Herodes uidens præter Hyrcanum neminem ſupereſſe regij generis, ſtatuit eum è medio tollere: ſiue enaſurus eſſet periculum, tutius ratus neminẽ extare digniorẽ imperio: ſiue opprimendus eſſet à Cæſare, ſucceſſionẽ illi inuidens. Hæc ſecum uolutanti, ab ipſius Hyrcani familia præbita eſt occaſio: qui quòd eſſet mitis ingenio toto uitæ ſuæ tempore nullis ſe admiſcuit negotijs, omnia fortunæ permittens, & quæcunq; illa conditionem attuliſſet, ea bene cõtentus. Verùm Alexandra ambitioſa fœmina, & mutationis ſpem modeſtè ferre neſciens, ſolicitauit patrem ne ulterius ferret Herodem afflictorem ſuæ familiæ, ſed potius ſibi VII.

sibi quoq; caueret, seq; sperata fortuna seruaret: cõsuluit, deinde ut Malcho Arabiã ditione tenenti scriberet, peteretq; ab eo tutelã & hospitium. Si enim cõtingat Herodem male mulctari ab offenso Cæsare, dubio procul ad ipsum rediturum imperium, propter nobilitatẽ generis, & fauorẽ populi. Talia suadentẽ Hyrcanus primo repulit, deinde victus importunitate mulieris, interdiu noctuq; eandẽ cantilenã de futurorum spe, deq; Herodis insidijs occinẽtis, ad Arabem literas dat amico cuidam Dositheo: in quibus scriptum erat, ut equites mitteret, qui eum ad Asphaltitem lacũ deducerent. Distat à Hierosolymitanis finibus per trecẽta stadia. Hæ literæ ideo Dositheo potissimũ creditæ sunt, quòd & Hyrcani cliens erat, & filiæ: & exosum ei Herodẽ nõ una de causa uidebatur uerisimile: nam Iosephi ab eo necati cognatus erat, & aliquãto ante fratres eius apud Tyrũ inter alios ab Antonio interfecti fuerant: nihilo tñ magis ob hæc Hyrcano fides seruata est. Pluris enim ille faciẽs præsentis regis gratiã, ostendit ei epistolam. Qui actis primum gratijs, unũ etiam ab eo postulauit ministerium, ut cõplicata epistola, & obsignata Malcho eã redderet, & responsum ab illo reciperet: multũ enim sua referre, si etiã illius mentem intelligat. Quod ubi Dositheus sedulo exse cutus est, Arabs rescripsit paratũ se & ipsum & familiã recipere, atq; etiã oẽs illius factionis Iudæos,

Iudeos, missurumq; instructã manum quæ eos tutò deducere ualeat, & uoluntati eius obsecuturũ per omnia. Postq̃ autẽ etiam hanc epistolã Herodes accepit, accito Hyrcano, rogauit eum, ecquid haberet cũ Malcho fœderis: quo inficiãte, prolatis in cõsistorio literis, occidi eũ imperauit. Atq; hæc ita in ipsius Herodis cõmẽtarijs scripta habentur: nã ab alijs traditur aliter, uidelicet non ob hoc crimen, sed quasi regi insidiatũ, necatũ esse. Scribit enim sic: In quodã conuiuio dissimulata suspicione quæsiuisse ex Hyrcano, num quas literas à Malcho accepisset: respondisse illum, accepisse quidem, sed nihil præter officiosam salutationẽ continentes. Alterũ amplius interrogasse, num quod etiã munus accepisset; cumq; respondisset, nihil præter quatuor iumenta quibus uectaretur: regẽ traxisse hoc in crimen corruptelæ ac proditionis, moxq; hominẽ duci iussisse. Insontẽ autem perisse argumentũ afferunt mitissimum ipsius ingeniũ, ut qui ne inuenis quidẽ unquã ullam temeritatis aut audaciæ significationẽ dederit, ac ne tum quidẽ cũ ipse principatum potiretur: sed tum quoq; pleraq; omnia ex Antipatri administrauerit sententia. Tunc uerò iam octuagesimũ annũ excesserat, sciebatq; opes Herodis in tuto esse: Euphrate etiam traiecto, relictisq; qui trans eam annẽ in summo honore habuerant, in patriam postliminio rediit, ut sub illius

poteſtate uiueret, quo minus uerisimile eſt eum molitũ facinus à ſua natura alieniſſimum, cõfictaq; uideretur hæc ab Herode omnia. Hic finis fuit Hyrcani poſt uariã fortunam, qua tota uita circumactus eſt: nam uiuente etiam tum matre Alexãdra pontifex Iudæorũ creatus, per nouẽ annos eum honorẽ obtinuit: cui defuncta cũ in regnum ſucceſſiſſet, elapſis tribus menſibus ab Ariſtobulo fratre pulſus eſt; ac deinde Põpeij ope reſtitutus, receptiq; omnibus honoribus quadraginta annos in eis exegit. Deinde iterũ ab Antigono pulſus, & mutilato corpore, captiuus apud Parthos uixit: unde aliquãto poſt domũ reuerſus, quamuis multa ſibi de Herode polliceretur, nihil tamen eorũ cõſecutus eſt poſt tantã fortunæ uarietatẽ: & quod omniũ eſt maximè miſerabile, ut modò diximus, in extrema ſenectute indigno fine abſumptus eſt. Fuit enim æqui amantiſſimus & perpetua modeſtia, imperiumq; maxima ex parte per alios adminiſtrabat, amore otij, & imperitiæ ſibi conſcius. Antipater certè atq; Herodes huius bonitate ad tantas opes prouecti ſunt: pro quibus meritis cõtra ius ac fas occiſus eſt. Cæterum Herodes Hyrcano ſublato ad Cæſarẽ properãs, & nihil boni de ſe ſperans propter amicitiã Antonij, ſuſpectã habebat Alexandrã, ne uſa hac temporis opportunitate ad defectionẽ cõcitaret populũ, & inteſtinis ſeditionibus regnum perturbaret:

baret : quare mandata regni cura Pherorae fratri, & matrẽ Cypron, & sororẽ, & totã deniq; cognationẽ in Masada deposuit : iussitq; fratrẽ, si quid sibi accidisset durius, habenas regni retinere. Mariãmen uerò uxorẽ, quia propter simultatẽ cum matre eius et sorore degere non poterat, in Alexandrio cum Alexandra matre collocauit, cõmissa quæstori suo Iosepho & Sohemo Itureo castelli custodia, uiris & antè semper fidissimis, & tunc honoris causa his mulieribus regijs adhibitis. Verũ his quoq; mandatũ dederat, ut si quid quod nollet accidisse sibi cognoscerent, confestim ambas interficerent, regnumq; pro uiribus liberis eius ac Pherorae fratri conseruarent.

Quomodo Herodes etiam regnum à Cæsare obtinuit. CAP. X.

His mandatis properauit Rhodum, ut illic Cæsari occurreret. Quò postquã appulit, posito tantũ diademate, de cætero paratu regio nihil mutauit: admissusq; ad colloquiũ, tum maximè ostendit animi sui magnitudinẽ, neq; ad supplicationes (ut in tali fortuna mos est) uersus, neq; preces adhibens, quasi rogando ueniã, sed facti sui rationem reddens intrepidè. Fatebatur enim apud Cæsarem & amicitiam sibi intercessisse maximam cum Antonio, & totis uiribus se conatũ ut penes illum esset rerũ imperium : non armis quidem coniunctis, q tum

distineretur bello Arabico, sed misso ad illum frumento simul atq; pecunijs: nec tamen se hac parte sibijpsi satis feciſſe: professum enim amicũ pro bene de se merito non opes solùm, sed caput etiam & salutẽ debere obiectare periculis. Id quia nõ licuerit, certè hanc laudẽ suam esse, q̃ ne post Actiacã quidẽ cladem illũ deseruerit, neq; fortuna iam apertè mutata ad nouas spes se trãstulerit: quo tẽpore si nõ auxilio, at consilio à se aditũ hominẽ, cõmonstrando quo uno modo seruari posset, nec omnino in ordinẽ redigi, uidelicet si Cleopatrã interficeret: hoc enim maturè perpetrato, licebat illi in eius opes succedere, atq; ita faciliores à te pacis conditiones impetrare. Ille uerò per incogitantiã consilium meũ aspernatus est: atq; hoc pacto tibi magis, q̃ sibi cõsuluit. Nunc igitur si odio Antonij meũ quoq; studiũ damnas, non negauerim ea quæ feci, neq; uereor ingenuè fateri quanto illũ amore prosecutus sim: q̃ si amoto personarũ respectu hoc tantũ in disquisitionẽ uocas, qualis sim amicus, et q̃ memor beneficiorũ, licet tibi quoq; hoc experiri: mutato enim nomine nihilominus manebit amicitia, & laudem suam merebitur.

VIII. His uerbis cum magnã generositatem præ se ferret, non mediocriter allexit Cæsarem, nirum liberalẽ ac magnificũ: ut occasione dicẽdæ causæ paulatim insinuaret se in illius amicitiam. Quare diademate reſlicto hortatus eum ut

non

non minus ſuã q̃ quondam Antonij amicitiã coleret, in ſummo honore habuit, addens ſcripſiſſe Capidium, quãtum apud monarchas fauore Herodis adiutus ſit. Ergo ubi præter ſpem acceptum ſe uidit Cæſari, & ope eius denuo cõ firmatũ in regno, ſenatuſconſulto quoq; per illũ impetrato, deduxit eum in Aegyptũ, donatũ plurimis muneribus, quibus etiam amicos eius ſibi conciliauit, & animi declarauit magnitudinem. Conatus eſt etiã Alexandro Antonij amico impetrare ueniã, quod tamen nõ potuit, quia Cæſar animaduerſurũ ſe in illum iurauerat. Reuerſus deinde in Iudeam auctus honore ac poteſtate, omnes qui cõtrà exſpectauerãt attonitos reddidit, quaſi Dei benignitate ſemper illuſtrior è periculis euaderet. Mox igitur parauit ſe ad excipiendũ redeuntẽ ex Aegypto Cæſarẽ: qui poſtquã uenit, omni regia magnificentia eũ accepit apud Ptolemaidem: exercitui quoq; omnẽ hoſpitalitatẽ exhibuit, & rerũ ad uictũ accõmodarũ copiã: quo factũ eſt, ut in intimã familiaritatẽ reciperetur, unà obequitare ſolitus dum traducuntur copiæ, tractansq; tum ipſum tum amicos miniſterio uirorũ CL. ditiſſimo & ſumptuoſiſſimo cultu inſigniũ: quin & ſqualida ac inaquoſa loca tranſeuntibus nihil deeſſe paſſus eſt, non uinũ, nõ aquã, qua miles tum magis etiam delectabatur. Ipſum quidem Cæſarem talentis DCCC. donauit: adeoq;

ſatisfactū eſt omnib. ut luculētius etiā quā pro eius regni facultatibus tractatos ſe fatērentur: quo magis amicitiæ prōptiæq; ad benemerendū voluntatis fidē fecit, & uſus opportunitate tēporis egregiā opinionē magnanimitatis ſibi parauit: rurſumq; ab Aegypto redeuntes alios Romanorum primates tot officijs proſecutus eſt, ut nemini mortalium hac parte cederet.

Herodes Mariammem calumnijs oppreſſam interficit. CAP. XI.

SEd cùm primū in regnū reuerſus eſt, pertur batā familiā inuenit, inſenſamq; ſibi uxorē Mariammen & ſocrū Alexandrā: rata enim, id quod nō immeritò ſuſpicabantur, non ſecuritatis cauſa ſe in id caſtellū concluſas, ſed quaſi in carcerē, ita ut nec ſuis nec alienis bonis frui poſſent, agerrimè ferebant. Mariāme quoq; maritū ſimulare amorem credebat, q ei bonū eſſet atq; cōmodū: ſed nihil moleſtius ferebat, quā q ne illo quidē defuncto ſpes relinquebatur ipſam fore ſuperſtitē: nec unquā excidebant mandata olim Ioſepho data, ita ut omnibus modis demereri conarentur cuſtodes, præcipuè Sohemū, non ignara incolumitatē ſuam ſitam in eius manibus. Ille uerò principiò fidus erat, non diſcedēs ab Herodis præſcripto: deinde munuſculis ac blāditijs muliebribus paulatim mollitus eſt: poſtremò effutijt omnia mandata regia, præſertim q non ſperaret eum cum eadem poteſtate reuerſ

uersurum: eam ob rem sic existimabat, nec ab illo sibi esse periculũ, & à muliebribus paratam gratiã, præsentẽ dignitatẽ & in posterũ facile retenturis. Quòd si Herodẽ rebus ex sententia confectis redire contingeret, nihil eũ nisi uxoris arbitratu actuũ: sciebat enim quã impotenter eam rex amaret. His ille de causis à mandatis discessit. Mariãme uerò iniquissimo animo tulit nouæ sibi semper aliæ ex aliis ab Herode nasci pericula: notaq; faciebat ne ille unquã salutis remitteretur, cogitans sibi cũ eo fore intolerabilem: id quod postea nec dissimulauit, aperte fassa quid se moueret. Ille enim cũ præter spem magna ornatus fortuna appulisset: prima, ut par erat, uxori latum de hac re attulit nuntium: eamq; solam præ aliis uxoribus ob amorẽ ac iucundissimã consuetudinẽ salutauit & cõplexus est. Mulier uerò narrante eo suos successus, sunq; deq; ferre uidebatur, nec bellè suũ affectum occultabat: sed ut erat ingenuis minimeq; fucatis moribus, ad illius blandas appellationes ingemiscebat: narrationeq; eius cõtristari magis q̃ gaudere uidebatur: ut iam Herodes nõ tam suspicionibus quã manifestis signis turbaretur: angebatur enim uidens inexspectatam & apertam uxoris auersationẽ: quam molestiã præ amore ferre nõ ualens, nec in ira nec in reconciliatione perdurare poterat, & sibi ipse non constans iam hoc iam illo affectu di-

ſtrahebatur: adeò animus inter amorẽ & odiũ ambigebat, ut cùm ſæpe cuperet punire mulieris ſuperbiã, intercedente amore uetaretur. Nihil autẽ magis timebat, quam ne ſumpto de ea ſupplicio, ſeipſum hoc pacto grauius lederet ob defuncta deſideriũ. Talibus curis æſtuantẽ, & ſic erga Mariammẽ affectũ, ut uidere ſoror eius & mater, opportuniſſimũ tempus ſe nactæ putauerunt: moxq; aſſiduis calumnijs concitabãt hominẽ accendentes eius odiũ ac zelotypiam: quas ille nec reijciebat, nec tamẽ libebat credere, & ſæuire in dilectã coniugẽ: peius tamẽ indies erga eam afficiebatur, magisq; ac magis exaſperabatur, dum nec illa curas ſuas occultat, & ipſe amorẽ uertit in odium. Ac fortaſſe iam tum ſæuius in eam aliquid ſtatuiſſet, ni cõmodum nuntiatum eſſet, extinctis Antonio et Cleopatra, Cæſarẽ Ægypto potiri: cui obuiam properans, familiam ſic ut erat reliquit. Diſcedenti Mariamme cõmendauit Sohemum, plurimum ei ſe debere propter habitam ſui curam profitẽs, & cuiuſdam Iudææ partis ei dominiũ
IX. impetrauit. Cæterùm Herodes in Ægypto cum Cæſare congreſſus, liberius iam cũ illo egit amicitia fretus, & magnis ab eo beneficijs ornatus eſt: quadringentorum enim Gallorum Cleopatræ ſatellitiũ ei donauit, & regionis partem reddidit, quam illa prius occupauerat: attribuit etiã eius regno Gadaram, Hippon, & Samar

*mariam, & in maritimis Gazam, Anthedonem, Ioppen, Straton*iq́; *turrim: quæ illi nõ mediocris fuit ad regiũ ſplendorem acceſſio. Deducto deinde uſq; Antiochiã Cæſare in regnũ reuerſus ſenſit fortunã quã foris propitiam, tam domi aduerſam, maximè quod ad coniugiũ attinet, qua parte ſibi antè uidebatur feliciſſimus. Flagrabat enim legitimo coniugis Mariãmes amore quã qui ardentiſſime, ne illis quidẽ exceptis, de quibus à ſcriptoribus proditur: ea fœmina cætera pudica & inuiolatæ fidei, innatam habebat muliebrem quandam moroſitatẽ, improbius illudens obnoxij mariti patientiæ, ita ut nõ habita regiæ poteſtis ratione, nõ raro contumelioſius eũ tractaret, quam tamẽ ille diſſimulanter & moderatè ferebat, licet ſolitam apertè & ſorori eius & matri exprobraret humilitatẽ generis, quæ cauſa fuit implacabilis inter eas mulieres odij, atq; etiam calumniarum quoties daretur occaſio: eaq́; ſuſpiciones paulatim creſcentes duranerunt integrũ annũ poſt Herodis à Cæſare reditũ, tandem diu præmeditatũ odiũ in hunc modũ erupit: cùm merediano tempore quietis cauſa in cubiculũ ſe rex contuliſſet, pro coniugali affectu Mariammen accerſyt: hæc autem ingreſſa quidem eſt, ſed una cubare noluit, roganteẽ contemnens, & inſuper patris ac fratris ſui necem opprobrans: quo indignè ferẽte, & uix ab inſequendis muliebri manibus rem-*

perante, postquã ex strepitu commotiorẽ eum sensit soror, submittit iamdudũ subornatũ pincernã, qui indicaret solicitatũ se à Mariamne, ut ei operã cõmodaret in propinando regi amatorio poculo: & si amplius scisciteretur qualenam id esset, dicere pharmacũ penes ipsam esse, à se requisitũ tãtũ ministeriũ: q si rex mẽtione amatorij nihil moueretur, tum & ipse sileret, nihil enim illi fore periculi: hac prædoctum illo ipso tẽporis articulo intromittit ad eũ alloquẽdum: atq; is cõposito vultu ingreditur, ex quasi rem valde seriã afferens, ait se largitione à Mariamne solicitatum, ut amatoriũ regi misceret. quo audito cũ ille perturbaretur, ait pharmacũ quoddam sibi oblatum, cuius ipse uim ignoret: ideoq; id renuntiare, quod hoc & regi & sibi tutius existimet. Ad hæc uerba Herodes, iam antè satis cõmotus, cũ magis etiam exasperatus esset, eunuchum Mariammes fidissimum tormentis examinauit, sciens quòd sine illo nihil nec magnum nec paruum tentatũ sit: qui cruciatus non ferens, ad interrogata quidem nihil respondit, hoc tantũ prodidit, offensam esse mulierem propter ea quæ Sohemus indicauerat: adhuc eo loquente exclamat rex, Sohemum & sibi antehac & regno fidissimum nõ fuisse hæc proditurum, nisi aliquid commercij secretioris inter ipsos intercessisset, moxq; Sohemum comprehensum imperat interfici, uxorem uerò

causam

causam suam iubet agere aduocato intimorum amicorũ cõsilio, accusationẽ accuratã exorsus, & cõfictũ ueneficij crimẽ intentans. erat autẽ uerbis immodicus, et iratior quã decorũ iudicij postulat: quo factũ est, ut cùm eum ita uelle uiderent, omniũ qui aderant suffragijs damnata sit, qua sentẽtia prolata, uisum tamẽ est tam ipsi quã alijs quibusdã præsentibus, nõ esse eius supplicij præcipitandũ, sed includendã in aliquem regiæ carcerẽ: at Salome cũ sua factione modis omnibus dedit operã ut mulier sine mora necaretur: quò tanto facilius regẽ perpulerũt, q̃ diceret timendũ esse aliquẽ motũ in populo, si sciretur uiuã asseruari in carcere, atq; ita Mariamne ducta est ad supplicium. Id conspicata Alexãdra, & intelligẽs similẽ exitũ sibi expectandũ ab Herode, omissa pristina ferocia, nalde indecore mutata est. Volens enim ostẽdere se nõ esse conscią eius criminis, cœpit filiæ conuitium facere omnibus audientibus, scelestissimã & ingratã erga uirũ clamitãs, dignamq; tali exitio, quæ ausa sit tã immane facinus, nõ enim pro merito tractatũ maritũ amantissimũ. Hæc illa turpiter fingẽte, & inuolatura ut uidebatur capillos misera, etiã alij meritò damnabant ineptã eius simulationẽ: sed in nemine hoc magis apparuit, q̃ in ipsa quæ ducebatur ad interitũ. nam neq; uerbo ullo eam diguata est, neq; uel tantillũ intemperijs eius perturbata, excelso animo

animo improbare ſe illius turpẽ dementiã vultu ſignificabat: ipſa intrepida ſpecie, ac ne colore quidẽ metu mortis mutato ibat, generoſam indolẽ extremo quoq; ſuo tẽpore præferẽs. Ad hunc modũ periit mulier & tẽperans & magnanima, ſed nõ ſatis modeſta, & paulo contentioſior. Cæterum formæ venuſtate, & comitate cũ maieſtate cõiuncta dici nõ poteſt quantũ omnes ætatis ſuæ fœminas ſuperauerit, quæ potiſſima cauſa fuit, quò minus iucũdè cũ rege uitã degeret. Obſequijs enim ob amorem ab eo culta, et nihil moleſtũ expectãs, licẽtioſius æquo ſe gerebat: moleſtè etiã ferebat ſuorũ caſus, idq; apud ipſum quoq; fatebatur. Tandẽ effecit ut exoſa eſſet regi & matri & ſorori, atq; etiam illi ipſi à quo ſolo nihil timebat. Ea perempta impotentius etiam flagrare cœpit rex, iam antè miſerè affectus ſicut diximus: neq; enim vulgari cõiugũ more amabat, ſed cùm penè ad inſaniam uſq; indulgeret huic cupidini, ne licentioribus quidẽ uxoris moribus effici potuit, ne indies magis ac magis eam diligeret. Tum verò maximè ſibi uiſus eſt irato Deo necaſſe Mariammen, ſæpe inuocabat eius nomẽ, ſæpe etiam indecore lamẽtabatur: excogitabat antẽ oblectamenta quæcunq; poterat, apparãdis cõuiuijs ac cõpotationibus, nihil tamẽ proficiebat: quare & regni curã reliquit, adeoq; dolori ſuccubuit, ut ſæpe miniſtros iuberet nocare Ma-

riamm

riammen, quasi illa adhuc uiueret. Sic affecto superuenit pestilentia, quæ & plebis & purpuratorum maiorē partem abstulit, omnibus irato Deo hanc immissam interpretantibus propter iniustū reginæ supplicium: ita anxia regis ægritudine postremò in solitudines se abdidit prætextu uenationis, ubi afflictās se intra paucos dies grauē morbum cōtraxit. Is erat inflammatio & dolor ceruicis, mēte etiam mota nonnihil: nec remedia quicquā proderant, sed cùm exacerbare potius malum uidērētur, res minimum à desperatione abfuit. Itaq; mediei partim propter morbi contumaciam, partim quia in tāta difficultate nō erat libera diæta electio, permittebāt ei quicquid appeteret, in incertum euentum salutē fortunæ committentes. Quo sic apud Samariam, nunc Sebasten, decumbente, Alexandra habitās tum Hierosolymis re cognita conata est urbis arces in suā potestatem redigere, alteram tēplo contiguam, alteram in ipsa urbe sitam: nam qui has obtinēt, totā gentem habent obnoxiam: quia nec sine his sacrificia quotidiana possunt peragi, neq; Iudæi sine sacrificijs degere, quibus uita citius contēnatur quā religio. Præfectos igitur tentat, ut sibi & genitis ex Herode ac filia pueris eas traderent, ne fortè illo defuncto occuparētur ab alijs: quòd si contingat eum sanitatem recipere, interim à nemine tutius eas seruari quàm à domesticis.

Hæc

Hæc ſolicitatio non eſt æquis auribus accepta, ſed cùm eſſent alioquin etiã fidi, tum eo magis manebãt in officio, quòd & Alexandrã oderant, nec fas putabant deſperare de ſalute principis: amici enim erant ueteres, unus etiam nepos regis, Achiabus nomine, quare continuò per nuntios de Alexãdra ſignificauerunt: ille ſine mora eam iuſſit interfici: ſuperatoq; tandẽ morbo affectis et corporis uiribus & animi ſic efferatus eſt, ut quauis ex cauſa ad ſæuiendum eſſet propẽſiſſimus: quãobrẽ ne ab intimis quidem amicis ſanguinarias manus abſtinuit, Coſtobaro uidelicet, Lyſimacho, Antipatro cognomine Gadia, & Doſitheo, occaſione arrepta huiuſmodi. Erat Coſtobarus unus inter primates Idumæorũ, penes cuius maiores olim fuerat ſacerdotiũ Cozę numinis, quod tũ religioſe ab ea gẽte colebat, priuſquã ſub Hyrcani principatu Iudaicos ritus acciperet: hunc Herodes quã primũ regnũ adeptus eſt, Idumææ ac Gazæ præpoſuit, data in matrimoniũ Salome ſuæ ſorore, cuius maritũ Ioſephũ interfecerat, ut iam dictũ eſt. Ea felicitate præter ſpem oblata, inflatus ille, paulatim ad tantã inſolentiã progreſſus eſt, ut regis imperata detrectaret, indignũ ratus Idumæos ſeruire hominibus quorũ ſacra et religionẽ acceperant: miſſiq; legationẽ ad Cleopatram, docẽs Idumæã ſemper maioribus eius reginæ paruiſſe, proinde nunc quoq; impetran-

dam

dam esse regionē ab Antonio, se enim paratū illi potius obsequi. Hac autē moliebatur, non q̄ Cleopatrā mallet habere dominā, sed ut accisis Herodis opibus, eò facilius ipse Idumæorū dominationem invaderet: nam spem ei faciebat eam generis claritas, q̄ pecuniarū copia: quibus parandis ille nunquā non intētus, ne à turpibus quidē lucris abstinebat, nimirū nihil mediocre volutans in animo. Sed Cleopatra frustra tentato precibus Antonio, nihil impetrare potuit: & Herodes re cognita interfecturus erat hominē, nisi intercessissent pro eo tam mater q̄ soror: ita tamē eum donauit illarū precibus, ut nunquā posthac illi fideret. Orto deinde inter cōiuges dissidio, Salome libellū repudij marito mittit, præter legitimū morē patriæ: lex enim nostra solis maritis hoc ius permittit, mulieribus aūt ne dimissis quidē fas est nubere, nisi prioris viri permissu. Verū illa magis ex propria licentia q̄ cōmuni iure fecit diuortiū, & ad fratrem se cōferens, ait se præstitisse fraternā benevolentiam cōiugali fœderi, cōspirasse enim cū ad res novas molīdas cū Lysimacho, Antipatro & Dositheo: suisq; rebus fidē astruebat per Babæ liberos, quos ille iam per XII. annos seruasset incolumes: erat autē hoc nerū, & tū præter omnem opinionē à rege auditū nehementer eius animū pculit. Quod enim ad Babæ liberos attinet, decreuerat eos aliquādo tollere, aduersa-

tos ſemper ſuis conatibus, ſed procedẽte tẽpore per oblitionẽ hoc omiſerat: cauſa uerò odiorũ hæc fuit. Regnante Antigono dũ Herodes obſideret Hieroſolyma, in tãtis rerũ difficultatibus maior populi pars feſſa propẽſa erat ad accipiendũ Herodẽ intra mœnia: ſed obſiſtebant Babæ liberi pollentes autoritate ac opibus & fidi Antigono, q̃ putarẽt eũ regẽ magis eſſe è republica. Tandẽ capta urbe p̃ Herodẽ Coſtobarus deſtinatus ad obſeruãdos urbis exitus, ne quis aduerſæ factionis elaberetur, ſciẽs magnã eſſe Babæ filiorũ apud uulgus autoritatẽ, & cogitans illos mutato rerũ ſtatu magnũ momentũ afferre poſſe ſuis conatibus ſubtractos clàm in ſuis agris habuit. Ac tũc quidẽ licet ſuſpectus Herodẽ periurio fefellit, negãs ſe quicquã ſcire quò illi deuenerint: rege deinde per edicta præmium promittẽte indici, et modis omnibus eos perquirẽte, ne tũ q̃dẽ fateri uoluit: ueritus enim nõ impune ſibi hoc fore poſt primã negationẽ, pergebat eos occultare, iam neceſſitate etiã, nõ modò benenolentia. Hoc poſt quã ſororis indicio rex cõperit, miſſis q̃buſdã ad loca latebrarũ, & illos interfecit, & quotquot in eodem hærebant crimine: ut nihil iam reliquũ eſſet ex Hyrcani cognatione, ſed ſublatis omnibus quorum excellebat dignitas arbitratu ſuo poſſet quicquid uellet agere, nemine amplius reſiſtente.

X. Quo factũ eſt ut magis ac magis diſcederet à patrijs

patrijs ritibus, et peregrinis studijs ueterũ instituta corrũperet inuiolabilia: quo tẽpore permagna facta est bonorũ mũrũ in deterius inclinatio, labante disciplina qua antehac populus solebat cõtineri in officio. Ac primum athletica certamina quinto quoq; anno in honorẽ Cæsaris instituit theatro Hierosolymis exstructo: deinde in cãpo amphitheatrũ utrũq; sumptuoso opere cõspicuũ, sed alienũ à Iudaicis moribꝰ, apud quos nullus est horũ usus, nulla spectaculorũ ostẽtatio. Ille tamẽ celebritatẽ hãc nobilissimã esse uoluit, denũtiatã circũuicinis atq; etiã lõginquis gẽtibus: propositisq; præmijs magnus undiq; athletarũ ceterorũq; certatorũ cõcursus factus est, cõfluxerũtq; exercitatissimi quiq; in hoc genere: euocabantur enim magnis præmijs nõ hi tantũ q gymnicis certaminibꝰ dãt operã, sed musici etiã præstãtes, & q uocãtur thymelici, necnõ quadrigarij ac trigarij, & q singulis equis celetizontes cursum peragũt: magna contentione regis, ne quid desideraretẽ, quod usquã in hoc genere sit spectabile. Theatrũ ipsum per circuitũ titulis erat ornatũ Cæsaris, & trophæis deuictarũ ab illo gẽtiũ, auro atq; argẽto collucentibus. Quod uerò ad instrumẽtũ & apparatũ attinet, nõ uestes pretiosissimæ, nõ gẽmæ raritate insignes deerãt in his spectaculis: cõquisitis etiam feris plurimis, leonibus ceterisq; uel robore spectandis, uel aliquo naturæ miraculo.

hæ modò inter ſe, modò cũ dãnatis hominibus cõmittebãtur: quæ peregrinis quidẽ ſpectatoribus plurimũ admirationis ſimul atq; delectationis afferebãt, indigenis uerò prorſus ad diſſolutionẽ patriæ diſciplinæ tẽdere uidebãtur: nihil enim magis impiũ exiſtimabãt, quã ex ſpectãdis hominibus cũ beſtijs cõparatis uoluptatem crudelẽ captare homines: abſurdum aquè peregrinis artibus mutare inſtituta domeſtica. Sed nihil tam moleſtũ ſuit quã trophæa: quæ cũ putarẽt armis cõtectas imagines, quarum uſus interdictus eſt noſtris legibus, indigniſſimè eas ferebãt: à quibus cũ eos ſic abhorrere Herodes animaduertereret, per uim nihil agere uoluit, ſed blãdis alloquijs conabat hãc ſuperſtitionẽ eximere, nihil tamẽ mouebant, ſed credẽtes eũ graniter peccare, uno ore exclamãt, Etiã ſi reliqua omnia ferre oporteat, nõ laturos ſe intra urbem hominũ imagines, (ſic trophæa uocabant) hoc enim nefas eſſe. Herodes uerò uidẽs eos turbatos, & ſine ſatisfactione nõ facile ceſſuros, acciſis ad ſe præcipuis ex illo numero, & in theatrum adductis, rogabat eos, oſtenſis trophæis, quidnã hoc eſſe putarẽt: cũq; reclamaſſent, hominũ eſſe imagines, iubet detrahi ornatũ appoſititiũ, & oſtẽdit nudos ſtipites: quo facto in riſum uertit indignatio concepta ex ſuſpicione imaginũ: atq; ita ſedato multitudinis tumultu, plerique iam mutati æquo animo ferebãt omnia: quidam

quidã tamẽ ne sic quidẽ desiterũt externos mo-
res abominari, veriti ne ex hac mutatione se-
queretur magnũ aliquod reip. incõmodũ: puta-
uerunt́q; sui officij labãti disciplinæ publicæ uel
capitis periculo succurrere, nec pati Herodem
quicquã cõtra receptos mores inducere, & pro
rege hostẽ agere. ex his x. ciues cõiurauerũt cõ-
trà pro periculo, ficaq́; ne sib' texerũt: & in hi-
mus cæcus, ob indignitatẽ eorũ quæ audierat
nõ tam paratus ad agẽdũ aliquid, q̃ ad patien-
dum si quid assertoribus patrij moris accideret,
cuius exẽplo nõ mediocriter cõfirmati sunt ce-
teri. Hi cõmunicatis cõsilijs in theatrũ uadunt,
sperãtes nec ipsum regẽ improuisum impetum
suũ euasurũ, aut certè multos ex amicis eius ty-
patoribus opprimẽdos: & uel hoc sibi fore mor-
tis solatiũ, si illũ uiolatæ religionis ergô in popu-
li inuidiã adducerẽt. Ea illi quidẽ quasi duces
se cæteris præbẽtes hæc facere statuerãt. Quidã
uerò ex his quos Herodes ad perscrutanda &
indicãda talia disposuerat, rẽ totã expiscatus,
regi theatrum ingressuro aperit. Is nõ ignarus
quantũ odiorũ sibi quotidie cõcitaret, recipit se
in regiã, & nominatim cõiuratos accersit: qui
cõprehẽsi ipso facinore, & scientes nullũ esse
effugiũ, decreuerũt præsentẽ necessitatẽ ferre for-
ti animo: nihil enim inulti & incorrecti uultu si-
cas procũberũt, profitẽtes se rectè ac pio coniu-
rasse, nõ propter priuatos affectus, aut sui com-

modi gratia, ſed pro diſciplina publica, quã nemo bonus uiolare ne morte quidẽ ſibi intemata ſuſtineat. Hæc illi cùm magna cõfidẽtia pro ſe attuliſſent, à regijs abducti per omnes cruciatus necati ſunt: nec multo poſt delator eorũ inuiſus omnibus à quibuſdã interfectus fruſtatim conciſus eſt, & obiectus canibus, idq; multis inſpectantibus: nemo tamẽ hoc factũ prodidit, donec poſt longas ac moleſtas Herodis inquiſitiones à cõſcijs quibuſdam mulierculis per tormẽta expreſſa eſt cõfeſſio: tum uerò autores eius facinoris cũ totis familijs plectebãtur, plebe nihilominus interrita, & parata leges defendere, ni maiore cohiberetur potẽtia. Quod animaduertens rex omni ope obuiã iuit eorũ conatibus, ne fortè hac rerũ nouitate ad apertã defectionẽ adducerentur. Cùm igitur duas arces munitas in urbe haberet, unã in qua ipſius erat regia, alterã uerò iuxta templũ Antoniã à ſe cõmunitam, niſum eſt tertiam quoq; munire Samariam, mutato nomine Sebaſten, qua foris totã gentẽ contineret in officio: abeſt à Hieroſolymis itinere unius diei, ad urbanos etiã tumultus cõpeſcendos opportuna. Aliam etiã toti genti cen arcẽ impoſuit, olim Stratonis turrim dictã, ipſe Cæſaream appellari maluit. In magno etiã, quem uocant, campo ſorte lectis equitibus caſtellum condidit, & in Galilæa Gabalam, Eſbmoniam in Peræa. His arcibus ad tutelam regni per totam

totam regionẽ opportunè diſpoſitis, adempta eſt
nulgo leuiſſimis quibuſq; cauſis mobili tumul-
tuandi materia, parato ad quoſcunq; elanculą-
rios conatus remedio, dum in propinquo ſem-
per ſunt qui uel præcaueant, uel reeẽs ortos cõ-
peſcant. In primis autẽ Samariã cinĉturus mœ-
nibus dedit operam ut tam è milite auxiliari,
quàm è finitimis gẽtibus plurimos in eius ciui-
tatis corpus congregaret, partim propter tẽ-
plum quod ibi dedicare ſtatuerat, partim quo
illuſtriorẽ eam faceret, ſed maximè quia præ-
textu magnificẽtiæ ſecuritatẽ rebus ſuis hoc pa
ĉto procurabat: urbi abrogato uetere nouũ no-
men Sebaſtes impoſuit, agroſq; eius natura fe-
races habitatoribus diuiſit, ut mox ab initijs eſ-
ſent locupletes: firmiſſimũ deinde murum cir-
cumdedit, natura etiam loci acclinioris adiu-
tus, & præter ueterẽ ambitum tantum ſpatij
cõplexus, ut nulli celebrium urbium cederet:
erat enim x x. ſtadiorum circuitus: in eius me-
diturbio fanum ſeſquiſtadij amplitudine eſſe uo
luit, modis omnibus ornatiſſimum, in quo tem-
plum exſtruxit cum quouis alio pulchritudine
& magnitudine conferendum: reliquas etiam
urbis partes procedente tempore magis ac ma-
gis excolere ſtuduit, ſecuritatem captans ex fir-
mitate loci quo aree uti uoluit, pulchritudine
uerò loci ſuæ liberalitatis ac magnificentiæ mo
numentum relicturus ad poſteros.

XL. EOdem anno qui fuit regni Herodis decimusſtertius, maxima calamitates in eam regionem ingruerunt, ſiue ea fuit uindicta irati numinis, ſiue ita ferebant ſtatæ temporũ uiciſſitudines. Primum ſterilitas diuturna obtinuit, inde inſecuta eſt ſterilitas, neillis quidẽ fructibus prouenientibus quos ſpõte ſua terra ſolet edere. Poſtea per inopiam mutata uictus ratione, morbi iam inualuerũt & peſtilentia, ſuccedentibus aliis poſt alias calamitatibus. Nam hoc ipſum peſtem exacerbabat, quòd ægroti in tanta penuria nec curam ſibi cõuenientem, nec alimentum congruum habere poterant: & quotidie multis morientibus, etiam ſuperſtites per deſperationem curam ſuorum relinquebant, non profuturam in tantis rerũ difficultatibus. Itaq; abſumptis ueteribus frugibus, & nullis in earũ uicem ſubnaſcentibus, nihil ſpei reliquum erat, malo præter opinionem indies creſcente, dum non anno anno etiam ſemina ipſa percunt, terra non reddente debitum: quapropter neceſſitas multa ad præſentem uſum excogitare cogebat: ac ne Herodi quidem ample facultates ſuppetebant, dum fraudatur agrorum reditibus, abſumpta in ædificationẽ urbium nostrarum pecunia: adeoq; omnia nariis malis naſtabantur, ut uix eſſet cui ſuccurri poſſet. Ad hæc accedebat populare in regem odium, quòd ferè ſoleat calamitatum culpa

in eos reiici, penes quos eſt regimen Reipublicæ. Cogitabat tamen aliquam medelam afferre tam difficili tẽpori, ſed modum nix expediebat, quòd nec finitimi res ad uictũ neceſſarias uenderent, eadem preſſi inopia, nec pecuniarũ tantum ſupereſſet, quantum poſſet omnibus ſufficere: attamen uidens opus eſſe ut omnes ad ferendã opem conſilia conferrẽt, quicquid erat in regia ſupellectilis tam aurea quàm argentea, id totũ concidit, nec laudatorũ artificum parcens operibus, nec uaſis ad uſum neceſſarijs: inde confectam pecuniam mittebat in Ægyptũ, quantum Petronius obtinebat pro Cæſare. Is licet obrutus multitudine ob talem neceſſitatem ad ſe confugientium, tamẽ quia priuatim amicus erat Herodi, & ſeruatos cupiebat eius ſubditos, præ alijs eis conceſſit frumenti exportationẽ, tam in emendo, quàm in euehendo adiuuans, ita ut maximum momentum ad gentis ſalutẽ in eo fuerit. Porrò Herodes aduecto frumento, & approbata populo ſua diligẽtia, non ſolũ mutauit auerſorum à ſe animos, uerùm etiam eximiam laudẽ beneficentiæ & prouidẽtiæ retulit. Nam primum his qui ſibijpſis frumentũ quærere non poterant, diuiſit omnibus accuratiſſimè diſpenſans. Deinde quia multi erant qui propter ſenium uel aliam debilitatẽ cibos parare non ualebant, his quoq; prouidit adhibitis piſtoribus, ut in promptu alimẽta haberẽt. Quin & aduerſus hiemis aſperi-

tatem prouidit, ne qui periclitarẽtur inopia ueſtium abſumptis pecoribus, & lanis alijsq; tegmentis deficiẽtibus. Vbi uerò etiã huic neceſſitati proſpectũ eſt, propinquis quoq; Syrorũ urbibus ſolicitudinem impendit, diſtributis ad ſementẽ faciendã frugibus: quod ſanè & ipſi fuit cõmodum, terra mox uberẽ referẽte gratiam, ut omnibus alimenta ſuppeterent: & quãprimum ſegetes meßi maturæ factæ ſunt, ad L. M. hominum quos ipſe aluerat dimiſit p agros: atq; ita res penè perditas reſtituit ſua diligentia, nõ mediocriter ſublenatis etiã finitimis, qui eiſdẽ laborabãt difficultatibus: nemo enim eius opẽ implorauit, quẽ nõ pro ipſius dignitate adiuuerit: ſed & caſtella & urbes, & ex plebe qui granabantur numeroſiore familia, ad illũ cõfugientes neceßitati inuenichãt remediũ: ita ut reuocatis ad rationẽ qua in exteros tãtum inſumpſerat, reperta ſint frumẽti cororũ X. millia. corus autem capit X. medimnos Atticos: intra regni uerò ſui pomœria LXXX. millia cororũ expẽſa ſunt: quæ quidẽ eius cura & tam opportune collata gratia tantũ apud Iudæos ualuit omniũ ſermone celebrata, ut poſitis odijs quicquid hactenus uel adminiſtrãdo regno, uel tranſgrediendis patrijs ritibus peccauerat libenter obliniſcerẽtur, benè compenſatum putãtes eius liberalitate, qua uſi ſunt hoc difficillimo tẽpore: nec minor uel gratia uel gloria parta eſt apud exteros, ut per hæc

mala

mala non mediocriter nomẽ regis illustratũ ſit, & quãtum damni domi acceptũ eſt, tantũ foris ad celebritatẽ nominis accreuerit. Cùm enim in alienis neceſsitatibus tãtam oſtendiſſet magnanimitatẽ, omnes non qualis antè fuiſſet reputabant, ſed qualem tũ recens experti fuerint. Eodem tempore & auxilia miſit Cæſari, quingẽtos ſelectos è ſuo ſatellitio, quos Aelius Gallus duxit in expeditionẽ Arabicã, eorumq; ſæpe forti opera uſus eſt. Rebus igitur in priſtinã felicitatem reſtitutis, regiã in ſuperiori urbis parte ædificauit, exſtructis ædib⁹ ampliſsimis, exornatisq; auro & marmoribus & ſubſellijs, ut magnũ uirorũ numerũ poſſent capere: domibus etiam pro cuiuſq; dignitate appellatione indita, ut una diceretur Cæſaris, Agrippæ altera. Coniugem XII.
deinde duxit amore correptus, ne diſtraheretur magis uoluptatibus. Occaſio autẽ nouarum nuptiarum fuit hæc: Erat inter Hieroſolymitanos ciues Simon Boëthi Alexãdrini filius, ſacerdos cum primis nobilis, habebatq; filiã omniũ eius ætatis pulcherrimã: cuius forma cùm uulgi ſermonibus celebraretur, primũ fama illius Herodes permotus eſt, deinde conſpecta amore captus uoluit uti ſua potẽtia, ne tyrãnice uideretẽ agere, maluitq; in legitimũ thorũ puellã introducere. Cumq; Simon nec affinitate tali, nec tamẽ contemptu dignus uideretur, quo cupiditati ſuæ ſatisfaceret, id quod æquius uiſum eſt elegit, ut

videlicet honoris acceßione eum ornaret: mox igitur Ieſu Phabetis filio pontificatū abrogat, et ſucceſſorē ei dat Simonē, atq; ita affinitatē cum illo cōtrahit. Peractis deinde nuptijs nouum caſtellum cōdit, quo loco Iudeos olim profligauit, dum pelleretur armis Antigoni: diſtat autē à Hieroſolymis circiter L X. ſtadijs, natura firmū, & ad excolendū idoneū: collis enim eſt leniter acclinis, attollens ſe in manufactā altitudinem, habēs mammæ ſpecie circumferētiam: eſtq; diſtinctus teretibus turribus, aſcēſu arduo, qui per C C. gradus lapideos ſcāditur: imus autē diuerſoria ſunt regia, magnis impēſis ſtructa, tam ad firmitatē, q̄ ad pulchritudinē: & in pede collis habitationes ſpectatu digniſſimæ, tum propter alia, tum propter aqueductus egregios, magno ſumptu è lōginquo perductos: circumiacēs planicies ædificijs referta eſt ad iuſtæ urbis magnitudinē, cui collis ille nice arcis imminet. Ita omnibus ordinatis ex ſententia, nullos amplius in regno ſuo motus timuit, duobus potiſſimū modis ſubditos in officio cōtinens: timore ſupplicionum quæ uemini remittebat, et liberalitate qua prodebat publicis neceßitatibus: cōmuniebatq; ſe accuratiſſimè, quaſi incolumitas ſua ptineret etiā ad Remp. Ciuitatibus ſe comē et humanum præbebat, dynaſtas p occaſionē colebat, ad cōciliandā ſibi eorū gratiam munificētiſſimus, q; innatā haberet magnanimitatē regiā. Ita factum

eſt.

eſt, ut cùm apud omnes eſſet gratioſus, magnis reriũ ſuarũ incremẽtis augeretur. Hæc iñ ambitio ſtudiumq; demerẽdi Cæſarẽ cum Rom. potentioribus cauſa fuit ut multũ à patrijs inſtitutis decederet, & leges diuinas uiolaret, dum in honorem eorũ urbes condit, & tẽpla exſtruit, licet non in ſolo Iudaico: hoc enim illi nequaquã lauri erant, q̃ uiſus ſit noſtris ſtatuas ac effigies more Gracorũ colere. Quapropter extra eorum regionẽ tales urbes collocabat, excuſans ſe Iudæis, q̃ non ſpõte, ſed potentiorũ iuſſu hæc faceret: & interim Cæſarem Romanosq; tãto magis ſibi deuinciens, q̃ in eorũ honorẽ à patrijs conſuetudinibus ſuſtineret diſcedere. Sed præcipuus ſcopus erat utilitas propria, & ſtudiũ memoriæ propagandæ ad poſteros, ita ut in condendis & exornandis urbibus nullis ſumptibus parceret.

Cæſarea conditur. CAP. XIII.

ERgo quam animaduertiſſet in maritimis locum condendæ urbi opportuniſſimum, cui pridem Stratonis turris nomen fuerat, & formam eius magnificè deſcripſit, & adificijs marmoreis totam exornauit accuratiſſimè, tam regijs palatijs, quàm priuatorũ ciuium ædibus. & quod fuit omnium operoſiſſimũ, portum à tempeſtatibus tutum addidit, magnitudine Piræa parem, ſtationibus inſtructũ & diuerſorijs. admirandum ſtructura, eo quòd propter loci naturam omnis materia tantæ fabricæ aliunde

magno

magno ſumptu conuehenda fuerit. Sita eſt hæc urbs in Phœnice, quà in Ægyptũ præternauigatur, Dora inter & Ioppẽ, litorales urbeculas, non ſatis portuoſas, & Africo ſint oppoſitæ: hic enim procelloſis flatibus arenas in littus prouoluens, nullam ſtationẽ quietã eſſe patitur, ita ut plerunq; naues mercibus onuſtæ in ſalo ancoras iacere neceſſe habeant. Hanc locorũ incõmoditatem correcturus circulũ portus circumduxit, quantum putaret magnæ claſſi recipiendæ ſufficere: & in uiginti ulnarũ profundum pregrandia ſaxa demiſit, quorũ pleraq; pedũ quinquaginta longitudinis, latitudinis uerò octodecim, altitudine nouempedali fuerunt, quædam etiam maiora, minora alia. Hæc moles in mare iacta brachium ducẽtos pedes longũ efficit, cuius ſpatij dimidium oppoſitũ eſt frangendis fluctibus, inde pocymation Græcè dictũ: reliquum ſuſtinebat murum lapideum diſtinctum turribus, quarũ maxima & pulcherrima nomen Druſæ à Druſo Cæſaris prinigno immaturo fato defuncto. Inerant & crebri fornices, nautarũ diuerſoria. Excęenſus deinde lato ambitu totum portum cingebat, locus ad inambulandum animi cauſa iucundiſſimus. Os antẽ portus patet uerſus ſeptentrionẽ uentorũ ſereniſſimum: crepido uerò totius ambitus, à ſiniſtra quidẽ portum intrantibus turris eſt lato margini inſiſtens ad ſeptimus reſiſtendum fluctibus: à dextra autem duæ

colum

columna lapidea coniuncta turri ex aduerso sita pares celsitudine. Circum portũ ædes continuata serie marmore politissimo exstructæ sunt, exstãt in medio tumulo, in quo tẽplum Cæsaris à longe conspicuũ adnauigantibus, & in eo statua, Roma altera, altera Cæsaris, unde nomen Cæsareæ, urbi tam materia quàm artificio structura conspicua, cloacis etiam subterraneis nõ minus mirandæ: quæ paribus distantes interstitijs in mare exeunt, una transuersa dirimente, ut imbrium & purgamentorum proluuies facilius in mare deferatur, & marini æstus, quotics accedũt subinurare possint, & totam urbẽ subluere. Exstruxit etiam theatrũ è saxo, & à meridionali portus latere amphitheatrum capacissimum, unde lacè prospectus patet in maria. Atq; hæc omnia duodecim annorũ spatio sunt absoluta, rege nec labori parcente nec sumptibus. Hac iam altera urbe post Sebasten cõdita, decreuit Romam mittere filios Alexandrũ & Aristobulum, ut salutarent Cæsarem: eratq; eis paratum hospitium apud Pollionẽ Herodis studiosissimum, licebat tamen etiam Cæsaris uti hospitio. Excepit enim adolescentes summa humanitate. fecitq; Herodi potestatem, ut arbitratu suo è filijs quemcunq; uellet hæredẽ regni designaret, auctio prius nona accessione Trachonitidis, Batanæa, & Auranitidis, tali de causa. Zenodorus quidam cõduxerat ditionẽ Lysaniæ, nec cõtentus his prouentibus

tibus in Trachone fouebat latrocinia, inde quoq; capiens cõpendium. incolæ enim locorum eorũ libenter rapto uiuunt, assueti prædas ex Damascenis agere: eos Zenodorus adeò non uetabat, ut lucrorũ etiam esset particeps: ab his male uexati propinquorũ agrorũ coloni, Varum prouinciæ præsidẽ querelis obruebãt, postulantes ut Zenodori iniurias per literas significaret Cæsari. Ille rescripsit expugnãda esse latronum receptacula, & regionẽ eam ditioni Herodis contribuendã: sic enim fore ut eius prouidentia caueretur in posterũ, ne Trachonitæ uicinis ullas exhiberent molestias: alioquin difficile erat eos compescere iam assuetos his artibus uictũ quærere: ut qui nec oppida haberent, nec agros, sed in spelũcas ac cuniculos more ferarum refugia. Habebant autem paratã aquæ & cibariorum copiam, ut externa ui petiti possent satis diu bellum in latebris trahere. Specus enim illi aditum habent angustos, nec nisi unũ post alium hominem admittentes, sed intus sunt amplissimi & supra quàm credas capaces, plano solo desuper tecti, nam totus is locus constat petra aspera, & non facile meabili, nisi aliquo ducente per semitas, quæ non per directum feruntur, sed multis meandris flexuosæ sunt. incolæ quoties propinquos populari nõ datur, ipsi inter se exercent latrocinia, nihil sibi non permittẽtes. Eam regionem postquam Herodes accepit à Cæsare, adhibitis

bitis ducibus ad eos penetrans malefícia coërcuit, & circumuicinis ſecuritatẽ peperit. Zenodorus autẽ partim inuidia, partim dolore ademptæ poſſeſſionis permotus, Romã ad accuſandum Herodem profectus eſt: nihil tamen efficere potuit. Interea in Aſiam Agrippa mittitur, XIII. adminiſtraturus tranſmarinas prouincias pro Cæſare: eum quòd eſſet amiciſſimus, Herodes apud Mitylenen cum ſaluiaſſet, in Iudeam reuerſus eſt. Ceterum Gadarenſes quidã Agrippam adeunt, Herodẽ accuſaturi, quos ille ne auditos quidem ad regẽ uinctos remiſit. Arabes etiam iamdudum infenſi Herodi, tum aperire cœperunt inimicitias, idq; de cauſa, ut tum uidebatur ſatis probabili. Zenodorus enim deſperatis rebus ſuis Auranitidem ditionis ſuæ partem illis elocauerat L. talentis annuis: quã quia donatio Cæſaris cõplectebatur, non patiebantur auferri, modò excurſionibus ac ui eam ſibi uindicantes, modò cõtendentes de iure poſſeſſionis apud iudices: pelliciebãt etiam ad ſe egenos milites, qui miſerorũ more meliora ſperãt ex rerum nouitatibus. Hæc cùm maturè Herodes cognouiſſet, maluit tamen bonis rationibus occurrere quàm hoſtiliter, ne daret occaſionẽ nouis motibus. Decimoſeptimo demũ eius regni anno Cæſar uenit in Syriã: moxq; Gadarẽſium plurimi cœperũt clamare in Herodem, grauẽ eum dictitantes ac tyrannicum, inſtigati huc potiſſimum

Zeno

Zenodori criminationibus : qui interpoſito iureiurando pollicitus erat, nõ prius ſe deſtiturum quàm quouis modo efficeret, ut illi à dominatione regia liberati attribuerentur ad prouinciam Cæſaris : ab hoc perſuaſi clamitabant, idq; aliquãto audacius, quia ne illos quidem pœnas dediſſe uidebãt, quos rex deditos ab Agrippa acceperat : erat enim ſi quis alius erga ſuos inexorabilis, ab alienis uerò acceptas iniurias libẽter cõtemnebat ac remittebat. Cùm igitur de ui & rapinis eius, uiolatisq; ac dirutis templis quererẽtur, Herodes quidẽ nihil territus paratus erat cauſam ſuam dicere. Cæſar uerò comiter illũ tractabat, nihilo alienatior propter tumultuantẽ multitudinem : & prima quidẽ die qua congreſſi ſunt, facta eſt horũ mentio, deinde uerò interruptũ eſt hoc negotium. Gadarẽſes enim uidẽtes quorſum Cæſar & amici eius tenderẽt, & certis coniecturis timẽtes ne dederẽtur Herodi, ſequẽti nocte alij ſe iugulauerũt, alij præcipitauerunt tormentorũ metu, quidam etiam in flumen ſe iacientes necauerũt : atq; ita cum ſeipſi prædamnare uiderẽtur, ſine mora Cæſar Herodem abſoluit. Acceſſit huic & alia non mediocris felicitas. Zenodorus enim præcordijs ruptis, ſanguine multo per ſeceſſum profluente, apud Antiochiam Syriæ periit. Cæſar uerò & huius portionẽ, ſanè non contemnendã, donauit Herodi : qua ſita Galilææ inter & Thraconem

complec-

complectitur Batanam, Paneadem, & agros finitimos: adiunxit eum deinde rectoribus Syriæ, mandauitq; ut omnia ex eius sententia fierent. Deniq; eò tum felicitatis proiectus est Herodes, ut cùm in toto quã late patet Romano imperio duo essent omnium potentissimi Cæsar & Agrippa, Cæsar post Agrippam nemini maiorem quam illi honorem haberet, Agrippa item post Cæsarem nemini: qua mutua beneuolentia fretus Pherorę suo fratri tetrarchiam impetrauit, de suo regno decisis centum talentorũ reditibus, ut etiam si quid fatale sibi accideret, in tuto essent res illius, neq; subyceretur Herodis filiorũ imperio. Deducto inde ad mare Cæsare in regnum reuersus, in terra Zenodori elegantissimum ei templum constituxit è marmore candido, prope Paniũ quod uocant: id spelũca est in monte amœnissima, ciq; subiecta in immensum hians terræ deuexitas, plena aquis stagnantibus, ei mons ualde magnus imminet: sub spelunca autem scatent fontes Iordanis fluminis: hunc locum alioquin etiam celebrem ornauit templo exstructo in honorẽ Cæsaris. Tunc etiam tertiã tributorum partẽ remisit regni sui subditis, prætexiu quidẽ ut post sterilitatẽ se reficerẽt, re autẽ uera ut placaret eorum animos, offensos talibus regis operibus, quæ uidebantur planè ad religionis & bonorum morum perniciem tendere, ut omnium iactabatur sermonibus:

bus: cui rei & aliud ille remedium attulit, occasiones turbelarum auferens, & iubens sua quemq; agere negotia, uetitis per urbẽ conuenticulis & frequentioribus conuiuijs, appositisq; etiam speculatoribus, & grauissimis pœnis qui contrafacerent propositis: nam multi clam & propalàm abducebantur in castellum Hyrcaniam, ibiq; dabant supplicium: & dispositi erant tam in urbe, quàm per itinera, qui obseruarent conuenientes cuiuscunq; rei gratia: adeo enim hanc curam nõ negligebat, ut sæpe ipse plebeio cultu noctu misceret se uulgo, & experiretur quid de se sentiret populus: & quotcunq; pertinaciter improbarent eius studia, in omnes inclemẽter animaduertebat: reliquam uerò multitudinem sacramento obstringebat, iusiurandũ exigẽs ꝙ non discessuri essent à fide & officio: atq; ita maior pars metu cedebat & obsecundabat: qui uerò liberius stomachabantur, &

cogi se indignabantur, eos quocunq; pacto poterat tollebat de medio. Requisiuit etiam iusiurandum à Pollionis Pharisæi Samæaq; sectatoribus plerisq;: quod cùm non impetrasset, non tamen in eos ut in cæteros tales sæuijt, Pollionis reuerentia: remisit etiam hanc necessitatem his qui Essæi apud nos uocantur, genus hominum Pythagoreis Græcorum non absimule, de quibus alibi narraui prolixius: nunc prætereundũ non uidetur, nec alienum à proposita historia,

cur

eur religioſam de his opinionem rex habuerit. Erat quidam Eſſenus Manahemus nomine, cùm aliàs uitæ honeſtæ & probatæ hominum teſtimonio, tum uerò diuinitus etiã conceſſum habens donum fatidici ſpiritus. Hic cõſpicatus Herodem etiam tum cum cæteris pueris ludum literàrium frequentantem, regem Iudæorum ſalutauit. Ille putans ſe aut rideri, aut non ſatis notum eſſe homini, correxit eius uerba, unum de plebe ſe profitens. Tum Manahemus ſubridens, & blando planſu poſteriora eius permulcens uerius quàm feriens, Imò regnabis, inquit, & feliciter dominaberis: ſic enim Deus uult: & memor eſto Manahemi, uerberum, quæ te fortunæ mutabilis admoneant. Nihil enim te magis cogitare decet, quàm de iuſtitia & pietate, & æquitate erga ciues ſubditos: ſed ſcio te hoc non facturum, futuri præſcius. Eris enim tam diuini quàm humani iuris immemor, licet alioqui fortunatiſſimus, & ſempiterna dignus gloria. Nec tamen Deum latebis, qui te extremo uitæ tempore graui caſtigatione reprehenſurus eſt. Hæc uerba non magni fecit Herodes, qui tum nihil tale ſperabat: proſperis deinde ſucceſſibus ad regnum & tantam felicitatem elatus, cùm maxime nigeret Manahemum accerſitum rogat de diuturnitate imperij. Ille nihil certi reſpondit, ſed ſcitãte rege, num decem annos duraturum ſit, & uiginti, inquit, & tri-

ginta : atq; ita indeterminatum fatalem finem reliquit. Herodes uerò uel hoc contentus Manahemum data dextera dimisit, & ex eo semper Essenos in pretio habuit. Hæc tametsi fidē excedere uidentur, uisum est tamen lectori indicare, quòd multi sint in eo genere quibus ob morum probitatem diuinitas aperire dignatur sua decreta & consilia.

Herodes nouum templum Hierosolymis ædificat. CAP. XIIII.

XIIII. *DEcimo octauo autem sui regni anno Herodes post tot præclara facinora, post absoluta tot admiranda opera, eximiū aliud concepit animo, Dei templum denuo construere, ampliore ambitu, & huic conueniente celsitudine: ratus, id quod res erat, id fore omnium celeberrimum etiam ad posteritatis sempiternam memoriam. Cæterùm ueritus ne populum difficultate deterritum minus ad hoc obsequentem haberet, aduocata cōcione sic eum allocutus est: Nō habeo necesse, uiri tribules, ut uel gesta uel opera mea commemorem, quæ ex quo regnare cœpi, plus nobis utilitatis & securitatis quàm mihi ornamenti & laudis attulerūt. Scitis enim ipsi q̄ in maximis uestris difficultatibus nullæ priuati cōmodi ratione nobis prospexi: & quæ hactenus opera Deo iuuante absolui, nobis potissimum seruiunt, per quæ factum est, ut res Iudaicæ nunc magis quā unquam antea floreant.*

Quare

Quare ut dicere cœpi, non opus eſt ſingulatim percenſere uel urbes uel alia ædificia quibus tũ Iudæam ipſam, tum alias huic contributas regiones excoluimus: ſed illud potius nobis nunc proponã, quod maximè uel ad religionis cultũ, uel ad regionis ornatum attinet. Templo huic, quod poſtliminio reuerſi à captiuitate Babylonica patres noſtri inſtauranerũt, deſunt ad priſcam altitudinẽ L X. cubita: tanto enim celſius erat uetus illud Solomonis ædificiũ: nec hoc culpa maiorum noſtrorũ accidit, per quos non ſtetit, quin par illi priſtina ſtructura ſurgeret: ſed hanc menſuram præſcripſerunt Cyrus & Darius Hyſtaſpis filius: ſub quorũ imperio quia illi tum uixerunt, ſicut poſtea Macedonũ, non potuerunt aſſequi primum illud pietatis archetypum. Nunc quoniam Deo nolẽte ego rerũ potior, cui otium, pecunia prompta, magni reditus ſuppetunt, & quod maximũ eſt, Romanorũ orbis dominorũ amicitia, dabo operam, ut quod maiores ſub alieno nutu uiuentes non ſatis accuranerunt ſuppleam, & quicquid deeſt ad honorẽ Dei (memor acceptorum beneficiorum) gratè ac piè perſoluã. Hac tam inopinata oratione omnium animi ſunt attoniti, quòd ſupra ſpem polliceri uideretur: & angebãtur magna ſolicitudine, ne fortè demolitus uetus ædificiũ, nouum nõ poſſet abſoluere: quare periculoſum uidebatur conſilium, & conatus perdifficilis.

Quod ubi animaduertit rex, iußit eos bono animo eſſe: manſurum enim uetus templum integrum, nec demoliendũ tantiſper dum omnis materia cõpararetur, quæ ſit ad futurã fabricam neceſſaria, neq; eos fefellit. Mille enim plauſtra pauauit quæ lapides conueherẽt: & ex omni artificum copia peritiſſimos ſelegit ad decẽ millia, & inſuper mille ſacerdotes ſtolis ſacerdotalibus ſuo ſumptu ueſtitos, partim cæmẽtarios, partim lignarios fabricæ nõ imperitos: hosq; omnes adhibuit operi, materia iam ante cõuecta. Sublatis deinde ueteribus fundamentis, & nouis repoſitis, deſuper tẽplum exſtruebat, longitudine centum cubitorum, altitudine totidẽ & uiginti amplius: qui uiginti cubiti aliquanto pòſt ſidẽtibus fundamentis deceſſerunt, eosq; denuo addere decreuerunt noſtri Neronis tẽporibus. Conſtabat autem ſtructura è lapidibus candidis firmiſſimis, magnitudine uigintiquinq; cubitorum in longũ, octo in altum, latitudine uerò cubitorum duodecim: habebatq; baſilicæ ſimilitudinẽ, hinc & inde humilius, media ſui parte excelſum, à multis ſtadijs conſpicuũ, maximè ex aduerſo habitantibus aut aduentantibus. Ianua uerò penè ipſi tẽplo par, & ſuperliminare aulæis uariegatis ornabatur, floribus purpureis diſtinctis, & habentibus columnas intextas, ſub quarum capitibus uitis expandebatur aurea depẽdentibus botryonibus, mirandum

dum sanè opus tam manus quàm materia pretio. Cinxit etiam totũ tẽplum amplissimis porticibus, quæ responderent reliquæ magnificẽtiæ, & priores illus pulchritudine uincerẽt, harum duæ ualidis muris fulciebantur, opere uel in primis memorabili. Tumulus erat petricosus, arduus, à uertice sensim uersus orientale urbis latus resupinus. huius uerticem primus Solomon rex noster instinctu Dei muro circũdedit. Radices quoq; eius alio muro cinxit, cui uersus austrum subiecta est uallis profunda: hic murus constat saxis grandibus plumbo inter se uinctis, complectens interius spatiũ, & in profundum descendens, ut uiranda sit magnitudo & altitudo structuræ forma quadrangulari. Saxorum enim magnitudo à fronte est eõspicua, interiora ferro uincta iuncturas continent contra omnium temporum iniurias firmissimas. Hoc opus postquam æquatũ est uertici, cauitas quæ intererat murum inter & tumulũ expleta est, ut complanatis omnibus fieret area, & circum quadriporticus quatuor stadiorum circuitu, singulis lateribus inter duos angulos per stadia singula patentibus. Interius deinde ipsum uerticem ambit alius murus lapideus: cuius orientale latus quã longum est duplicem habet porticũ, spectantem ianuã templi siti in meditullio. Eam porticũ priores reges adornauerant. Circũ tẽplum affixa erãt spolia barbarica, quæ omnia

Herodes denuo dedicauit, additis etiã recẽtibus Arabicis. In ſeptẽtrionalis lateris angulo arx erat firma & bene munita, opus Aſſamonæorum, qui gẽtis ſacerdotium ſimul & principatum tenuerunt, & turrim id nocauerunt, repoſitoriũ ſtolæ pontificiæ, quæ nõ promebatur, niſi pontifice ſacris operaturo: hanc Herodes in eo loco aſſeruauit, poſt cuius obitum in Romanorum poteſtate fuit, uſq; Tiberij Cæſaris tẽpora. Eius principatu Vitellius Syriæ præſes à Hieroſolymitis honorificẽtiſſimo hoſpitio receptus, quò gratiam eis referret, à Cæſare impetrauit, ut iuxta ſua poſtulata ipſi haberent ſacræ ſtolæ cuſtodiam: fuerunq; Iudæi eius cuſtodes uſq; Agrippæ regis obitum: poſt quẽ Caſſius Longinus præſes Syriæ, & Cuſpius Fadus Iudææ procurator, iuſſerũt eos denuo ſtolam in Antoniã deponere, dictitãtes debere eã in Romanorum poteſtate eſſe, quẽadmodũ & antea. Miſſi ſunt hac de cauſa legati ad Claudiũ Cæſarẽ, deprecaturi talẽ neceſſitatẽ: ubi inuenerũt iunioręm Agrippã, cui petẽti conceſſa eſt ſtolæ cuſtodia, ſcriptis de hac re ad Vitelliũ literis, Olim autẽ fuerat ſub ſigillo pontificis & præfectorũ gazophylacio, qui pridie ſolennis feſtiuitatis adibant arcis & præſidij Romani præfectũ, & recognito prius ſigillo ſtolã accipiebant: ac mox peracto feſto, reportatã in eundẽ locũ, & in cõſpectu arcis præfecti obſignatam deponebant:

quod

quod quidem hoc loco propter toties nariatum morē admonere uiſum eſt. Sed tū Herodes hanc quoq; turrim munitiorem reddidit ad tutelam templi, & in memoriā amici ſui Romanorum imperatoris Antonij uocauit Antoniā. Occidentalis antē porticus quatuor portas habebat: harum ab una tranſitus erat in regiā per uallē in medio interiectā: duæ ferebant in ſuburbia, poſtrema in urbem, gradibus multis uſq; imam uallē diſpoſitis, & inde alijs ſurſum per accliue tendētibus. Vrbs enim ſita erat è regione tēpli, theatrali ſpecie, toto auſtrali tractu in profundam uallē deſinens. Quartum autem latus meridianū etiam ipſum habebat portā ab utroq; angulo æque diſtantē, & triplicē porticum baſilicam longitudine ab orientali ualle ad occidētalem pertinentē. Nec enim ulterius poterat. Ibi ſpectaculū erat, ſi ullum aliud ſub ſole, memorabile. Nam quum uallis in immēſum dehiſceret, ita ut caligarēt deſpicientium oculi, deſuper exſtructa erat prærupta porticus: cuius tecto conſcenſo ſi quis utrāq; altitudinē coniunctam cōtemplaretur, abſq; uertigine id nō poterat, niſu deficiēte ob nimiam profunditatē, priuſquā ad imum pertingeret. In eius porticibus ſtabant paribus internallis quatuor columnarū ordines, quorū quartus interextū habebat lapideū parietē. Craſſitudo antē cuiuſq; columnæ, quā tam poſſent tres homines conſertis inter ſe cōplecti

plecti brachijs: lõgitudo uiginti ſeptem pedum, ſubiecta ſpira duplici. Numerus uniuerſarum fuit centũ ſexaginta duo, capitellis ſculptis opere Corinthio pulchris uſq; ad miraculum. Hæc quaternis ordinibus fiunt per interualla terna porticus, ita ut in uno quoq; latere duæ pariles, triginta pedum latitudinis, plus quinquaginta altitudinis, ſtadij longitudine, claudant inter ſe mediam, cuius latitudo ſeſqualtera, altitudo uerò duplicata, tanto ſuperabat utranq;. Earum lacunaria lignea, ſculpturata figuris uarijs. Media uerò connexitas altius ſurgebat, excitato ſu per epiſtylia pariete lapideo politiſſimo, colũnis inſertis diſtincto, mirabili artificio cõmiſſuris oculos fallentibus. Atq; hoc modo ſe hàbebat primus ambitus. Interius uerò non longo interſtitio ſecũdus, paucis gradibus ſcanſilis, ſeptum habebat lapideum, cum inſcriptione quæ uetaret tranſgredi alienigenã, ſub interminatione pœnæ capitis: hoc interius ſeptum tam auſtrino quam ſeptẽtrionali latere patebat ternis ianuis æquidiſtantibus, ab oriẽte uerò una magna, per quam intrarent caſti unà cum uxoribus. Interiora antẽ fani mulieribus nefas erat ingredi. Tertium uerò ſpatium intimũ, ſolis ſacerdotibus acceſſibile. In eo tẽplum erat & ante illud altare, in quo hoſtias immolare Deo ſoliti. Herodes autẽ interiora, à quibus profani lege arcebantur, non auſus ingredi, per ſacerdotes curabat

rabat fabricam intimarum porticuum: absolutoq; octo annis reliquo ædificio, tandem etiam templum ipsum eorundem sacerdotum opera sesquianno perfecit. Quo facto ingens gaudium exortum est in populo, omnibus gratias agentibus Deo pro tam celeriter finito opere, & regi pro accurato tam alacriter negotio fausta ominantibus, & instauratione tẽpli magna festinitate concelebrantibus. Ibi rex trecentos boues Deo mactauit, & alij pro suis quisq; facultatibus tantum victimarum, quantum uix comprehendi possit numero, fallente ueram æstimationem earum multitudine. Incidit enim in hanc celebritatem absolutæ templi fabricæ etiã natalis regni, quem Herodes anniuersaria hilaritate solitus est colere, ut hoc pacto conduplicaretur latitia publica. Caterũ rex inter alia templi opera etiam cryptam fecit subterraneã, ab Antonia ferentem ad orientalem portam templi, cui turrim etiam imposuit, in eum usum ut occultè illuc posset ascendere, si quid per tumultum contra regem uellet mouere populus. Fertur toto tempore quo templum struebatur nunquam interdiu pluisse, noctu tãtum imbribus descendentibus ne interrumperetur ædificatio: eaq; fama quasi per manus tradita ad nos peruenit à maioribus. nec est ueri absimile, si quis diuinam prouidentiam respiciat. Et de templo instaurato hactenus.

FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XVI.

Alexander & Aristobulus ad patrem reuersi. Salomes ac Pherorę calumniis appetuntur. CAP. I.

INTER *cæteras reipublicæ curas ad se pertinere existimans rex etiã priuatas iniurias tam in urbe quàm in agris compescere, nouam legem tulit prioribus dissimilem, quam ipse sancyit, ut perfossores parietum liceret uẽdere in seruitutẽ extra regni terminos: quod uidebatur non tam ad pœnam maleficorum tẽdere, quàm ad dissolutionẽ patriarum consuetudinum. Seruire enim apud exteros, & diuersam uiuẽdi rationẽ habentes, & cogi ad faciendum quicquid illis imperare libuerit, religionem magis ladebat, quàm ipsos conuictos sceleris. Qua de re satis cautũ erat in pristinis legum sanctionibus: uidelicet, furem quadruplum redderet, quòd si non sit solutẽdo, uendi, non tamẽ exteris, nec in seruitutẽ perpetuam, sed uindicandũ in libertatẽ anno septimo. Quamobrẽ sic uulgo interpretabantur, nouam illam legẽ iniquã pœnam statuere, & tyrannicum quiddã magis quàm regiũ sapere, nõ sine cõtẽptu inueterati iam moris publici: traducebaturq; hoc nomine rex omnium crimi-*

natio

mationibus inuidioſiſſimis. Per idem tẽpus nauigauit in Italiam, ſalutatũ Cæſarẽ, & ad inuiſendos Romæ ſuos liberos. Ibi Cæſar humaniſſimè tractato, filios reducẽdos domũ reddidit, ſatis iam inſtructos diſciplinis liberalibus. Qui poſtquã reuerſi ſunt in patriam, ſtatim excepti ſunt magnis ſtudijs multitudinis, quòd eſſent conſpicui tum ſtatura, tum multis ornamentis animi, & modis omnibus regiũ quiddã præ ſe ferrẽt ipſa ſpecie. Mouerunt hæc ad inuidiam Salomem ſororem regis, cæteroſq; quorum calumnijs Mariamne oppreſſa fuerat, metuentes ſuæ potentiæ, quũ uiderẽt nõ deeſſe ultores materni interitus. Hinc igitur occaſione arrepta, illos quoq; calumnijs appetunt, dictitantes parum incũdam eis eſſe patris conſuetudinẽ, memoria ſupplicij de genitrice ſumpti, quaſi auerſantibus pollutum materno ſanguine. Videbãt enim calumniatores eſſe cauſam odij, & hac una uia expugnare ſe poſſe & abolere paternã benenolẽtiam. Nec hæc ad ipſum regẽ perferebant, contenti in uulgũ tales rumores ſpargere, quibus tandẽ ad illum perlatis facile diuinabant exoriturum tantum odium, ut ne naturalibus quidem uinceretur affectibus.

Herodes dat Alexandro & Ariſtobulo cõiuges. C. II.

SEd tum nondum frigeſcẽte paterna pietate, rex nihil mali ſuſpicans, in eo quo par erat honore illos habuit, & q̃ iam eſſent adulti, uxor-

ti, uxores eis coniunxit, Aristobulo Salomes filiam Bernicẽ, Alexandro Archelai Cappadocum regis filiã Glaphyram. Post hæc audito quòd Marcus Agrippa ex Italia rediſſet in Aſiam, profectus illo inuitauit eũ in regnum ſuum, ut uenire dignaretur ad amicum & hoſpitem: quo impetrato, nihil prætermiſit quod illi uoluptatẽ afferre poſſe crederet, excipiens eum in recens cõditis urbibus, & oſtendens ædificia, ad hæc omne genus deliciarũ & magnificentiæ tam ipſi quàm amicis exhibens, apud Sebaſten & Cæſariẽſem portũ, & in exſtructis à ſe arcibus, Alexãdrio, Herodio, Fyrcania. In urbẽ quoq; Hieroſolymitanã eũ perduxit, occurrentibus populariter omnibus amictu & cultu feſtino cũ fauſtis acclamationibus. Agrippa autẽ Deo hecatombe immolata populo epulũ præbuit: et quãuis libẽter ibi diutius fuiſſet cõmoratus, appetẽte tamẽ hyeme tẽpeſtatũ meta maturius abnauigauit in Ioniã, unà cũ amicis maximis honoratus muneribus.

II.

Herodes ad Agrippam nauigat. CAP. III.

REx autem exacta domi hyeme, inſtante uere rurſum ad illum properauit, audito quod cùm exercitu Boſphorũ peteret: factaq; prater Rhodum ac Coum nauigatione, Lesbũ petit, ratus ſe ibi eum inuenturũ. Sed repulſus aduerſis Boreæ flatibus, aliquot diebus apud Chium hæſit: ubi & priuatim multos ſalutatũ ueni

uenientes regijs honoranit muneribus: & quũ animaduertiſſet porticum urbis dirutam bello Mithridatico iacentẽ adhuc, & propter inopiã reparari nõ poſſet ad priſtinã pulchritudinem & amplitudinẽ, tantũ pecuniarum contulit in eius fabricã, quantũ abundè ad abſoluendam ſufficeret, hortatus ut quàm primũ ueterem ornatum urbi redderent. Mutato deinde uento primũ Mitylenen, deinde Byzantiũ allatus, ut audiuit Agrippã iam ultrà Cyaneos ſcopulos prouectũ, quanta potuit contentione ſecutus, apud Sinopen Ponticã urbem eum offendit, ex inſperato uiſus eum claſſe appellere: fuitq; gratiſſimus eius aduentus, & ſingulari affectu ſe inuicem cõplexi ſunt: quòd euidens eſſet argumentum fidei et amicitiæ, regẽ intermiſſis propriis negotijs præſto factũ Agrippæ opportuniſſimo tẽpore. Quãobrẽ indiuiſus ei harebat Herodes in exercitu, laborũ ſocius, et conſiliorũ particeps. Nec minus aderat quũ remittendus eſſet animus, ſolus adhibitus ex æquo et in difficilibus propter beneuolẽtiã, & in iucũdis honoris gratia. Confectis deinde Ponticis negotijs, quorũ cauſa illuc Agrippa uenerat, placuit nõ reuerti nauigio: ſed per Paphlagoniã, Cappadociam ac maiorẽ Phrygiam terreſtri itinere peruenerũt Epheſum: & inde rurſum Samum traiecerunt nauibus. Toto autẽ eo itinere ferè per ſingulas ciuitates in multis Herodi gratificatus

catus est, ad eius preces multorũ subueniẽs necessitatibus. Solitus est enim non solum pecunia largiter adiuuare petẽtes, & magnos sumptus facere in hospites: uerùm etiam si cui mediatore opus erat apud Agrippã, per neminẽ aliũ facilius noti cõpos factus est. Cumq; etiã ipse magnanimus esset, ac facilis ad cõcedendũ ea quæ neminẽ ladèrent, non leue erat momentũ & in rege, incitãte uel spõte currentẽ ad beneficẽtiã. Primũ enim iratũ Ilienſibus reconciliauit, & pro C. ijs debitã Cæſaris procuratoribus pecuniam perſoluit, immunitate impetrata: & alijs item, quæcunq; in re ſingulis opus eſſet, affuit.

Ionici Iudæi gentiles apud Agrippam accuſant, conatos ſibi adimere priuilegia per Romanos conceſſa. CAP. IIII.

POſtquã autem uentũ est in Ioniam, præſto fuit magna multitudo Iudæorum, eius regionis urbes incolentium: qui nacti opportunitatẽ queſti ſunt de indigenarũ iniurijs, quòd nec legibus ſuis eos uiuere ſinerent, & feſtis diebus traherẽt ad tribunalia, & ſacrã pecuniam Hieroſolyma mittere uetarent, adigerẽtq; ſe ad expeditiones & munia publica conuertendamq; in eos ſumptus ſacram pecuniã, contra conceſſa per Romanos priuilegia. Has querelas ut Agrippa audiret, Herodes dedit operam, addito eis uno ex amicorũ cohorte. Nicolao, qui cauſam eorũ ageret: qui corã. Agrippa, aſſi-

pa, aſſidentibus Romanorũ honoratioribus, & regibus aliquot ac dynaſtis, in hunc modũ pro eis uerba fecit. Omnibus quidẽ qui aliquã iniuriam patiuntur, Agrippa præſtãtiſſime, con fugiendi ad poteſtatẽ maiorũ opẽ incumbit neceſſitas: nobis uerò etiã impetrãdi quæ petimus adeſt fiducia. Neq; enim aliud poſtulamus, quã quod iam antè ueſtra beneficẽtia cõceſſum eſt: quodq; hi nobis adimere conãtur, qui æquè ac nos ueſtro ſubiecti ſunt imperio. Atqui ſi magnũ eſt ueſtrũ beneficiũ, digni ſumus qui id retineamus, hoc ipſo: quòd nos dignos eo indicaſtis: ſin parum, turpe fuerit, ne parua quidem nos poſſe concedere. Quamobrẽ ſatis appareat nobis illatam iniuriam ad nos quoq; pertinere, quorum iſti & iudicia conẽnere non uerentur, & gratiã irritã reddere. Quòd ſi ipſos aliquis interrogẽt, malint ne uita carere, an patrijs inſtitutis, pompis, ſacrificijs, feſtiuitatibus, quibus honores deorũ ſuorũ concelebrant: ſat ſcio quidnis potius paſſuros quàm diuelli a patrijs ritibus. Nam & bella pro religionibus uindicandis ſæpenumero ſuſcipiuntur, & huius quæ per nos fruimur tranquillitatis ac felicitatis hoc maximũ habetur præmiũ, quòd cuiq; liceat ſuo more uiuere, et pietatẽ colere. Quod igitur ipſi nullo pacto ſuſtinuerint, hoc alijs inferre conãtur: quaſi uerò non perinde ſit, uel ſuã uel alienam pietatẽ impedire ac ledere. Quin et aliud

consideremus. Est'ne ulla gens aut ciuitas aut populus, qui nō summā suæ felicitatis in nostro principatu & Romana potentia collocet? est'ne qui uestrā gratiam uelit esse irritam? Nemo fanè, qui modò sapiat. Nemo enim est, cuius id uel priuatim uel publicè nō referat. Atqui istis dum uestra nobis beneficia conantur auferre, ne sibi quidem ipsis ullum ius saluū relinquūt, eorū quæ uestra benignitas concessit, quæ tamē sunt inæstimabilia. Quale enim uel illud est, quòd quum multæ aliæ gētes regibus pareant, hi sub tutela Romanorū principum in libertate felicissimā uitā exigunt? Nostra autē res, etiāsi nemo sit molesta, nullam tamen meretur inuidiam. Cætera enim cōmuni cum reliquis nostris subditis felicitate fruentes, nihil nobis eximium poscimus, nisi ut liceat patriam pietatē colere: quod nec per seipsum est inuidendū, et permittentibus etiā cōducibile. Nam Deus & cultores suos semper amat, & eos qui talem cultum non prohibent. Quid enim est in nostris ritibus quo quisquā meritò offendi debeat? imò quid non coniunctum cum omni pietate ac iustitia? Neq; enim celamus præcepta uitæ quæ sequimur, aut studia quæ exercemus: sed septimo quoq; die ab omnibus alijs negotijs uacantes, perdiscēdis legibus operam damus, iudicantes hanc disciplinam plurimū conferre corrigendis moribus. Hi ritus nostri cum per se quoq; in-

disqui

diſquiſitionem uocari nihil habeant reprehenſibile, nũc uerũ ſtate etiã, cõtra quam multi opinantur, conſecrati ſunt: ut non poſſit nõ eſſe religio, tot ſexuſ ſanctia deſerere. Hæ ſunt iniurię quas iſti nobis per uim inferunt, Deo dicatam pecuniam per ſacrilegiũ diripiẽtes, immunibus tributa imponentes, feſtis diebus ad lites & negotia profana pertrahẽtes, nulla neceſſitate exigẽte, ſed tãtum in religionis noſtræ contumeliã, quam ipſi ſciunt immeritò ſe iniuſtis atq; illicitis odijs proſequi. Veſtrũ enim imperium omnibus ex æquo conſulens, & beneuolentiam mutuã ſubditorũ alit, & obſiſtit odijs. Has iniurias, Agrippa præſtantiſſime, rogamus ut à nobis prohibeas, uniq; in poſterũ quoq; de ueſtris uiuere moribus, quemadmodũ antea, nec aduerſarijs plus in nos liceat, quã nobis in illos. Id enim nõ ſolũ inſtitũ eſt, ſed cõceſſum etiã ueſtra clemẽtia. & exſtãt de hac re multa ſenatuſcõſulta in Capitolio ærеis tabulis conſecrata, quæ hodieq; leguntur. dubio procul propter experiã noſtram fidẽ atq; beneuolentiam, & alioqui ſacroſanctã uiam ſi nullum noſtrũ præceſſiſſet meritũ: quandoquidẽ nõ ſolis nobis, ſed fermè omnibus mortalibus, adeò nihil de priſtinis beneficijs detrahitis, ut ea potius indies præter omnem ſpem reddatis cumulatiora: quæ quidẽ omnia peretẽſſere præſentis tẽporis angustia nõ patitur. Sed ne nunc inclare uideamur

nostra officia, omissis præteritis satis testari potest vel rex noster qui tibi assidet? quod enim ille beneuolentiæ aut officij genus familiæ nostræ non exhibuit? ubi fides eius desiderata est? quid non in honorē uestrū excogitauit? ad quā necessitatē nō primus præsto affuit? Quid igitur prohibet nos quoq; nonnihil gratiæ pro huius meritis accipere? Nec prætereunda est patris huius Antipatri fortitudo, qui bello quod Cæsar in Ægypto gessit cū M M. militum auxiliariorum affuit: in quo ita se gessit, ut nemini terrestribus quā naualibus prælijs nulli uirtute cederet: nec libet cōmemorare quantū tuæ rebus eius momentū attulerit, qualibus ac quantis ab eo muneribus auctus sit: cū potius à principio adducere debuerim literas quas ea de re imperator scripsit senatui, quibus à pop. Rom. honores & ius ciuitatis impetrauit Antipatro: poterat enim hoc solū argumentū sufficere ad declarandū nō immeritò nos dignatos tāta gratia, & à te confirmationē eius petere: à quo uel nouā sperare debuimus, uidētes tantā tibi cum rege nostro amicitiā intercedere: quandoquidē & à Iudeā habitantibus renuntiatū est nobis, quantū uictimarū obtuleris Deo, quibúsue notis illū honoraueris: utq; populū epula exceperis, & mutuis hospitalitatis officijs delectatus sis: quæ quidē omnia debēt argumenta haberi amicitiæ Iudæorū gentis & tanti Romanorum

princip

principis, confirmata coram ipsis Herodis penatibus. Per hæc te obtestamur in ipsius regis præsentia, nihil aliud quam ut quæ ipsi concessistis Iudæorum generi, aliorum fraude intercipi non patiamini. His Nicolai uerbis nemo Græcorum se opposuit: quia non de iure contendebatur apud iudices, sed supplicatio tantum offerebatur iniuriam deprecans. Nec illi inficiabantur, sed hoc solum facto prætexebant, quod onerosi sibi essent inquilini Iudæi. At illi et ingenuos ciues se approbauerunt, & sine cuiusquam iniuria patrijs legibus uiuere. Quamobrem Agrippa intellecto quod uim pateretur, sic respondit: se non solum propter Herodem amicum illis gratificari paratum, sed etiam quia æquum postulare uidebatur. quare etiamsi plura petijssent, concessurum se fuisse quicquid saluis populi Rom. commodis concedi posset: nunc quia id tantum postulet, ut quæ prius concessa sint rata maneant, confirmaturum se pop. Rom. beneficium, et daturum operam ne quis illis molestus sit amplius, iuxta instituta patria uiuentibus. Hac locutus dimisit conuentum. Tum Herodes assurgens ei gratias egit omnium nomine. Deinde post mutuos complexus uale dicto à Lesbo digressi sunt.

Herodes in Iudæam reuertitur. CAP. V.

REx igitur paucis post diebus secunda nauigatione usus Cæsaream appulit, & inde Hierosolyma petijt: ibi aduocata in concionem tam urbana multitudine, quam reliquis Iudæis

qui tũ fortè aderãt, rationẽ eis ſuæ peregrinationis expoſuit, & impetratã immunitatẽ Iudeis per Aſiã degẽtibus. Cõmemorauit deinde quantũ felicitatis eis ſuus principatus attuliſſet, dum ipſe nihil magis curaret, quàm ne quid deeſſet ſubditis: & quo magis eos exhilararet, profeſſus eſt quartam tributorum partem ſe remittere. Illi uerò ſimul oratione ſimul munificentia regis deliniti, cum maxima latitia diſceſſerunt, omnia fauſta regi comprecati.

Domeſticũ diſſidiũ inter Herodẽ & filios. CAP. VI.

III. INterim domeſticũ diſſidiũ indies angebat, Salome tanquã hereditario odio adoleſcẽtes proſequẽte, atq; ex præterito facinore quo matrẽ eorũ oppreſſerat, audaciã aſſumẽte, et hoc agẽte ne qs ſupereſſet q poſſet ulciſci mortẽ immeritæ. Nec deerat occaſio, q adoleſcẽtes nõ optime erga patrẽ affecti uiderẽt, partim memoria materni interitus, partim dominãdi cupidine. Rurſum igit̃ uetera mala renouabant, his in Salomẽ ac Pheroram cõuitia iactãtibus, illis uiciſſim odia & inſidias cõtra adoleſcẽtes exercẽtibus: & cũ eſſet odiũ mutuũ, nõ erat ĩ ſimile: dũ hi uel ꝓpter genus & mores ingenuos, uel propter ætatis imperitiã ꝓcaci lingua irã nõ diſſimulãt: illi cõtrà malenolè ac aſtutè calũnijs uiã præſtruunt, pronocãtes adoleſcẽtiũ ferociã, quã mox erãt apud patrẽ eorũ in ſuſpicionẽ uocaturi: uo luntatẽ uindicãdi materna necẽ uel propria manu nõ deeſſe illis hoc argumẽto colligẽtes q nec

puderet eos talis matris, & iniustè interfectam contẽderent. Iamq; fabula erat totius ciuitatis, cunctis simplicitatẽ adolescentum miserãtibus, nec cessante Salome occasiones ueri similis crimi nationis ex ipsis sumere: qui impatienter ferẽtes matris mortẽ, & iuueniliter cõtentiosi, nõ illius modò uicẽ, sed suam quoq; sortẽ miserabantur, quòd necesse haberent cũ infelicis parẽtis interfectoribus uitã degere, & se quodãmodo contaminare illorũ conubernio: atq; huic dissidio magnũ inercmẽtum absentia regis addidit. Qui IIII. postquàm reuersus est, & cõcionem illam apud populũ habuit, mox tum à Pherora tũ à Salome est monitus, imminere magnũ periculũ ab adolescẽtibus, palàm iactantibus nõ impune laturos qui matrem interfecissent: his assinxerunt, Archelaum Cappadocem eis spem facere, quòd ope illius peruẽturi sint ad Cesarẽ, & patrẽ accusaturi. Quibus auditis Herodes turbatus est, tãtò magis q̃ eadẽ & ab alijs renũtiabantur: & per hac anteactorũ admonebatur, q̃ propter domesticorũ dissidia nec amicis nec dilectissima conĩnge diu frui potuerit: futuraq; ex præteritis colligens, & maiorẽ aliquã calamitatẽ secuturam timens, planè confusus erat animo. Reuera enim quemadmodũ foris supra spem fortuna utebatur propitia, sic domi præter opinionẽ omnia male cedebãt: ut meritò ambigendũ sit, possit'ne pensari tãta felicitate externa eius calamitas dome-

ſtica, an ſatius eſſet carere ex æquo utraq; , & intra priuatã fortunam cõſiſtere. Dum talibus curis intra ſe fluctuat, niſum eſt aliũ filiuum qui etiamnũ priuatus erat accerſere, cõprimendiſq; adoleſcentũ ferocibus animis illum opponere, et honoribus euehere : is dicebat Antipater: non quòd uellet, ſicut poſtea uictus affectu nimio fecit, omnia in illũ cõferre, ſed ratus ſe filios Mariammes hoc pacto caſtigatiores redditurum, & minuendam eorũ arrogãtiam, ſi uiderent nõ eſſe neceſſe ut ſibi ſolis ſeruetur tãti regni ſucceſſio. Quapropter hũc quaſi ſuccedaneũ in domũ induxit, putãs ſe iam proſpexiſſe adoleſcẽtibus, ut poſito faſtu tractabiliores ſe patri prabeant. Sed longe aliter euenit: nã & illi factũ hoc iniuriam ſuam interpretabãtur : & Antipater tali erat ingenio, ut prater ſpem nactus ampliorẽ libertatẽ, in hoc omni ope incũberet, ne fratribus primo loco apud patrẽ cederet, & alienatũ iam ab illis per calũnias, & propẽſionem ad hoc, ut (quod iſte uehemẽter cupiebat) infenſior etiam in dies fieret. Quamobrẽ nihil aliud cogitabat, hoc tantum curans, ne ipſe uideretur fratrũ delator, ſed per alios conſiliorum ſocios rem ageret, qui neq; ſuſpecti eſſent regi, & fidẽ etiam propter amicitiam uerbis ſuis poſſent adſtruere. Iam enim cõplures ad hũc noua ſpe inflatũ colendũ ſe contulerãt, & Herodẽ fucata ſpecie benenolentia captabant : eumq; per munus, casq; inter ſe fidas

perſo

perſonas, hæc ageretur fabula, adoleſcẽtes magis etiã quàm ante occaſionẽ illis præbebant: nã & lacrymæ ſæpe eis prorũpebant, nõ ferentibus iniurias ac cõtumelias, & matrẽ interdũ inuocabant, patremq; iam apertè ut parũ æquũ amicis incuſabant: quæ omnia malitioſe ab Antipatri coniuratis obſeruabãtur, moxq; affingẽtes etiam nõnihil Herodi renũtiabant, fouentes domeſticum diſſidium. Rex enim agrè hæc ferẽs, & nolens humiliare Mariammes filios, maioribus ſemper Antipatrũ augebat honoribus: cuius precib⁹ poſtremò uictus, matrẽ eius in regiã induxit. Cæſari etiam ſæpe pro eo ſcribẽs, priuatim hunc diligẽtius cõmendabat: & cùm nauigaret ad ſalutãdum Agrippã, poſt decennalẽ adminiſtrationẽ Aſia deceſſurũ, ſolũ ex filijs Antipatrũ ſecum duxit: quẽ ei cum multis muneribus tradidit Romã ducendũ, & recipiendũ in Cæſaris amicitiam: ut iam uiderẽtur omnia per hunc agi, proſtrũſis à principatu adoleſcentibus.

Antipatro Romæ degente Herodes Alexandrum & fratrem adductos ad Cæſarem accuſat. CAP. VII.

EA peregrinatio nõ mediocriter Antipatro profuit ad honorẽ & primatũ inter regios liberos. Illuſtrius enim factus eſt Romæ, paternis literis cõmendatus amicis omnib⁹. Vnum moleſtè ferebat, q̃ non poterat fratres cõtinuis nexare calũnijs, & uerebatur ne patris animum mutatus, æquiorẽ ſe præberet erga Mariammes

filios. Hæc aſſidnè cogitans nõ deſiſtebat à propoſito: & abſens quoq; per literas exacerbaba patrẽ in eos, quaſi de incolumitate ipſius ſolicitus, ſed reuera ad ſperatã regni ſucceſſionẽ malis artibus uiam ſibi præmuniens: donec ad tantam iram Herodem perduxit, ut inimicus eſſet adoleſcentibus. Sed cùm repugnaret huic affectui, timereq; ne quid per iram ageret temere, decreuit Romam nauigare, & ibi filios accuſare apud Cæſarẽ, ne propter indignationẽ uideretur parũ pius erga filios. Quò poſtquã peruenit, non inuentũ ibi Cæſarẽ Aquileiam uſq; perſecutus eſt: & cùm uenisſet in colloquium, rogaſſeq; ut de infortunio ſuo uellet cognoſcere, adductos coràm filios accuſauit inſolentiæ ætatiq; ueneficij, conquerens eò proceſſiſſe illorũ odia, ut per immane facinus paterno regno potiri cuperẽt: cùm ſibi per Cæſarẽ libera poteſtas permiſſa ſit relinquendi eum ſucceſſorẽ qui in pietate erga patrem ſit cõſtantior: illos utrò etiamſi principatus nõ accedat, cõtentos eſſe patris exitio, idq; etiam cum ſuæ uitæ periculo quærere: tam immane ac ſceleſtum odium inueteratũ eſſe in eorũ animis. Eam calamitatẽ diu toleratã nunc demũ ſe cogi aperire Cæſari, et aures eius talibus inquinare ſermonibus: & quo tandem ſuo meritò? quáne iniuria? aut quomodo eos æquũ putare, ut quem ipſe principatũ longo tẽpore per multa pericula quæſiſſet, eius nõ ſinant eſſe dñm, neq; liberã poteſtate

ſtatē permittant relinquēdi eius cuiuſq; per pietatē hunc honorē promerito, ut ad hoc præmium ſpectantibus maior fiat de pietatis officijs contentio: maximè cùm ſaluo naturæ iure ne fas quidē ſit illis cogitare tale aliquid: neminē enim poſſe affectare parētis regnum, niſi qui eiuſdem optet interitū, quandoquidē uiuo nō detur ſuccedere. Se quidē nihil paſſum illis deeſſe eorum quæ regijs liberis ab amantiſſimo patre præſtari conueniat, nō ornamenta, nō miniſterium, non delicias, cōiugia quoq; procuraſſe illuſtriſſima, alteri ſuæ ſororis, alteri Alexandro Archelai regis filia collocata. Et quod maximū ſit, ne pōſt talia quidē auſa patria ſe poteſtate in eos uſum, ſed ad cōmunem benefactorē Cæſarē adduxiſſe, & decedentē ex iure uel patris uiolati, uel regis per inſidias appetiti, ex æquo ſe cū eis apud talem arbitrū diſceptare: rogare tamen ne impunè ſit illis tantū facinus, néue ipſe cogatur in perpetuo metu uitā degere: quādo ne illis quidē expediat poſt tam nefarios conatus ſolē inſpicere, & impunitatē auferre poſt proculcata pietatis ac humanitatis iura omnia. Hæc crimina poſtquā Herodes magna uehementia filijs obiecit coram Cæſare, adoleſcētes qui ne loquente quidem illo continere lacrymas poterāt, tum uerò perorata cauſa toti in fletus effuſi ſunt, nullius quidē tantæ impietatis ſibi cōſcij, grauē tamē accuſatorem patrē ſuſtinentes: q; neq; decorū eſſet cōtra eum

liberè

liberè dicere, neq; tutum causam suam deserere. Quamobrem hærebãt ancipites lacrymis ac gemitibus miserationẽ sibi quærentes, & hoc ipso solliciti, ne viderentur perturbante conscientia, defensionem sui expedire non posse, cùm potius iuuenili imperitia & consternatione impedirentur: quod tamen Cæsaris prudentiam non latuit: adeoq; omniũ quotquot aderant mouebant misericordiam, ut ne pater quidem accusator immotus hoc affectu perdurare potuerit.

Alexandri defensio, & cum parente reconciliatio. CAP. VIII.

TVm iuuenes ubi obseruauerũt & illũ iam flecti & Cæsarẽ, cæterosq; partim cõdolentes sibi, partim etiam non tẽperantes à lacrymis, aliter illorũ Alexander uersa ad ipsum patrem oratione, sic aggressus est obiecta diluere. Pater, quàm benevolo sis erga nos animo, satis declarat hoc ipsum indiciũ. Si enim aliquid triste de nobis statuisses, nunquã ad cõm seruatorẽ nos adduxisses: poteras enim uel pro regia, uel pro patria potestate in sontes animaduertere. Cæterùm adducere nos Romã, & hũc testem ac arbitrum facere, seruare nolẽtis argumentũ est: nemo enim ad fana ac tẽpla adducit quẽ uelit pdere. quod sanè causam nostrã aggrauat, qui quidẽ ipsi nos indignos uita cẽsemus, si sustinẽda sit læsa erga talem parentẽ pietatis opinio: quãto enim satius mori innoxios, q̃ tanti sceleris suspectos uiuere?

Quare

Quare ſi ueritati ſatis patrocinari poterimus, felices nos uel tuo iudicio, uel euaſo diſcrimine. Quod ſi uincit calũnia, ſuperuacaneũ fuerit nos ſalem hũc cernere: quid enim hoc nõ amota ſuſpicione profuerit? Videtur quidẽ in noſtrã etatem affectati regni crimen cõpetere, & probabilius hoc facit infelicis matris calamitas. Sed uide obſecro, an non idem crimẽ in quemuis noſtri ſimilẽ torqueri poßit. Nihil enim prohibet quicunq; rex habeat liberos defuncta matri ſuperſtites, eos in ſuſpicionẽ uocare, quaſi patri ſtruãt inſidias. Sed ſuſpicio nõ ſufficit in impietatis crimine. Age proferat qui poteſt argumentũ tentati facinoris, quod aliquã fidẽ calumnia ualeat aſtruere. Poteſt ne quiſquã indicare uenenũ paratũ, aut coniurationẽ cum aequalibus, aut corruptos pretio famulos, aut ſcriptas cõtra te literas? cum tamen horũ ſingula interdũ de nihilo fingat calũnia. Grauis enim res eſt diſſidẽs inter ſe regia: & ſpes principatus, quẽ tu ais pietatis praemiũ, ſaepe ad neſarios conatus prana ingenia perpulit. Nos certè nullius facinoris cõuinci poſſumus: calumnias autẽ refellere apud obturatas aures quî poſſumus? Sed liberius quaſdã uoces iecimus. At nõ in te pater, quod neſas eſſet: ſed in eos qui quicquid audimus effutiunt. Mauẽ aliquis noſtrũ deſiit: at non quia mortua ſit, ſed quia etiam poſt mortẽ, à quibus minime debuit, malè audiat. Principatũ affectamus qui pater

obtin

obtinet. Quid ita? Si nobis honores regij contigerunt, sicut re uera contigerunt, animo tonantis noster est superuacuus? Sin minus, cerce sperare licet. Ante te interfecto ab his expectari posset successio, quos post tam atrox facinus nec terra latere sint, nec maria? Quid subditorū pietas, & totius gētis religio, tulisset scilicet parricidas scelere parto regno potiri, et sanctissimū à te instaurati templū ingredi? Quid, si ceteros contemneremus, posseine quisquā; interfector tuus pœnā euadere incolumi Cæsare? Non tā impios genuisti, neq; tā stultos, sed infortunatiores fore quam tuis etiam rebus est conducibile. Quod si neq; quod accuses habes, neq; quicq̄ deprehendisti, quid tibi potest tāta impietatis fidē facere? Quia mater periit. Sed illius fatū cautiores nos potius, q̄ irritatiores debuit reddere. Potueramus plura pro nobis afferre, sed qd opus est excusare quæ nunq̄ facta sunt? Quare ab omnium dīo Cæsare, & nūc nostro arbitro, hoc tantū petimus, ut si re uera de nobis suspiciones potes ponere mi pater, minamur quātumuis infelices. qd enim miserius q̄ temerè insimulari criminis grauissimis? Sin à nobis timere tibi pergis, tua pietate salua, nostramet sponte damnemur: nec enim usq; adeò chara nobis est uita, ut eam tui autoris molestiā redimere nelimus. His uerbis & Cæsar ne antè quidē ad credendū calūniæ facilis, magis etiam flexus est, q̄ inuentis in Herodē oculis

ipsum

ipſum quoq; permoueri animaduerteret: & quotquot præſentes aderant ſolicitudo cepit de iuuenibus, nõ ſine regis inuidia apud omnes aulicos: nã abſurditas calũniæ, iuuenumq; in ipſo flore ætatis periclitãtium miſeratio, ad ſerẽdam opem cõcitabat animos omniũ: ſed multo magis poſtquam tam cordatè Alexãder accuſationi patris reſpondit: manẽtibus reis in eodẽ habitu, & præ mœſtitia humẽtes oculos in terrã demittentibus. Tandẽ alluxit ſpei nonnihil, ut uideretur rex ipſe excuſationis egere, q ſine ullis certis argumentis tam temerè criminationẽ aggreſſus ſit. Poſtremò Cæſar aliquãtiſper deliberabũdus, hoc ipſo iuuenes alioqui inſontes peccaſſe prænũtiauit, quòd nõ tales ſe parẽti præſtitiſſent, ut nulla poſſet in eos hærere ſuſpicio. Herodem autem rogauit ut ſuſpicari deſineret, ac recõciliaretur filijs. Perinde enim eſſe habere eũ fidem ſalibus calũnijs: & poſſe illos in poſterũ mederi offenſis prioribus, & redintegrare mutuũ amorem priſtinũ, ſi ad abolendas ſuſpiciones uterq; utrinq; diligẽtius coleretur pietas. Poſt hãc admonitionẽ iuuenibus iunxit. Quibus tam precẽs parentibus pater has nõ expectans prior flentes unà poſt aliũ cõplectitur, cõpatientibus omnibus qui aderãt tam ingenuis q̃ famulis. Tum igitur poſt actas Cæſari gratias unà diſceſſerũt, et cum eis Antipater ſimulans ſe gratulari reuerſis in gratiã. Sequẽtibus deinde diebus Herodes CCC. talentis Cæſarẽ donauit, munera edentẽ Romæ,

& cõgiarium diuidentẽ populo. Cæſar uiciſſim ei donauit dimidiũ reditũ è metallis Cypriis, et reliquũ dimidiũ penſationi eius cõmiſit: aliisq; honoratis officijs honorato, liberã poteſtatem permiſit eligendi ſucceſſorẽ quẽcunq; è filijs, aut ſi mallet diſtribuẽdi regni in ſingulos. quod cùm ille iam pararet facere, negauit ſe cõmeſſurum quin ille q̃ diu uiueret tam regnũ haberet in poteſtate q̃ filios. His ita peractis rex rurſum Iudeam repetit. Quo abſente Trachonita, nõ parua ditionis pars ab eo defecerãt, ſed opera ducũ quos in regno reliquerat perdomiti, rurſum coacti ſunt imperata facere. Caterùm Herodes & filij nauigãtes cũ appuliſſent Eleuſam oppidum Ciliciæ, quod Sebaſte mutato noĩe dicitur, offendunt ibi Archelaũ regẽ Cappadoeũ. Is excepto rege perhumaniter, multũ gauiſus eſt ob reconciliatos filios, & q̃ Alexãder eius gener egregiè refelliſſet obiecta crimina: datisq; uiciſſim regijs muneribus digreſſi ſunt. Poſt hæc Herodes in Iudeã reuerſus, aduocata in tẽplum cõcione, qd ea in peregrinatione egiſſet expoſuit: denarratisq; humanitate Cæſaris, et alijs rebus quas illos quoq; ſcire uoluit, extremã orationẽ uertit ad filios: aulicosq; & cæterã multitudinẽ ad cõcordiam adhortatus eſt, pronũtians filios poſt ſe regnaturos, primũ Antipatrũ, deinde ex Mariãme natos Alexandrũ & Ariſtobulũ. Interim debere oẽs ſe unũ reſpicere, & pro rege habere

atq;

atq; domino, nõ obstante senectute, quæ ad regendũ propter longam experientiam magis est idonea, præsertim non deficientibus alijs facultatibus, quibus & subditi in officio cõtinẽtur, & liberi. Milites quoq; cum suis ducibus si se unum respiciant, felicem uitã acturos absq; ullis perturbationibus. His peroratis dimisit concionẽ, quibusdã rectè uisus dixisse, quibusdã secius: intecta enim æmulatione inter filios, res omnino spectare ad aliquã mutationẽ uidebant.

Herodes quinquennale certamen ob absolutam Cæsaream celebrat. CAP. IX.

PEr idem tẽpus perfecta est Cæsarea, decimo anno posiq; ædificari cœpta est, regni uerò anno V. III. supra uigesimum, Olympiade CXCII. in eius dedicatione magna fuit celebritas, & apparatus facti sunt sumptuosissimi: excitii enim sunt ad certamẽ artifices musici, et athletæ gymnicorũ certaminũ: ad hæc gladiatorum ac ferarũ cõparatus magnus numerus, & quicquid huius generis in precio est tã Romæ q̃ apud gẽtes cæteras. Cõsecratũ est autẽ hoc quoq; certamẽ Cæsari, instaurãdũ p̃ singula quinquẽnia. Hũc omnẽ apparatum rex suo sumptu magna ambitione undecũq; exarsit cõuehi, multa in hoc cõferẽte etiã uxore Cæsaris Iulia, et mittente permulta preciosa ex Italia, ut omnibus cõputatis sumptus ad D. talẽta accederet. Congregata igitur ingẽti multitudine spectaculorũ V.

gratia, legationes quæ à diuersis populis mittebãtur ob accepta beneficia, omnes excepit diuersorijs & mẽsis & cõtinuis hilaritatibus, dũ hominum frequẽtia spectaculis se totos dies oblectat, noctu uerò cõuiuijs & oblectatione magnificẽtia, cũ insigni laude magnanimitatis regiæ: in omnibus enim studebat ut posteriora quæq; maiorẽ admirationẽ sui facerẽt: fertúrq; ipsum sæpe Cæsarẽ et Agrippã dixisse, ꝙ maior q̃ pro præsenti ditione esset Herodis magnanimitas, qui dignus uideretur totius Syriæ atq; Aegypti imperio. Post hãc celebritatẽ & festos dies aliud oppidũ exstruxit in cãpo qui dicitur Capharsaba, electo ad hoc agro aquoso & plantis idoneo, amne circũfluente ipsum oppidũ, & luco circũdante pulcherrimarũ arborũ: hãc à suo patre Antipatro denominauit Antipatrida: deinde castellũ matrẽ suã nomine referens supra Hierichuntẽ cõdidit, cui Cypron uocabulũ imposuit, cõmunito egregiè, & instructo amœnis domicilijs: nec fraterni affectus oblitus memoriæ illius dedicauit ædificia pulcherrima, primum turrim pharo non minorẽ in ipsa urbe, in defuncti monumentũ Phasaelũ uocatã, propugnaculũ urbis munitissimũ: deinde eiusdẽ nominis oppidã circa uallẽ Hierichuntinam cõdidit, quã nunc ad septẽtrionalia: quo factũ est, ut circũquaq; situs ager antea penè desertus diligẽti cole retur ab habitatoribus, Phasaelusius inde

app

appellatus. Quin & reliquã eius beneficentiã enarrare perdifficile fuerit, quãta cõtulit in urbes tam Syriæ q̃ Græciæ, & ubicũq; illũ peregrinari cõtigit: plurimas enim adiuuit, aut exstructis publicis operibus, aut ſicubi inceptа pẽdebant propter inopiã, pecunijs in abſolutionẽ eorum erogatis. Inter hæc præcipua ſunt quòd Rhodijs Pythiũ tẽplum ſuo ſumptu exadificauit, & ad eõpingendas naues multa argẽti talenta præbuit. Nicopolitanis urbẽ ad Actiũ à Cæſare conditã habitãtibus maiorẽ partẽ publicorũ operũ ſuis perfecit impendijs. Antiochẽſibus urbẽ maximã habitãtibus, ſecante mediã eius longitudinẽ pluuea, hanc ipſam utroq; latere ornauit porticibus, & uiam eius ſubdiualem lapide polito ſtrauit, non tam ad ornamentum urbis, quã ad incolarũ cõmoda. Ludos etiã Olympios non ſatis reſpondentes ſuæ celebritati propter inopiã, adiunxit attributis annuis reditibus, quò ſtlẽdidius & ſacrificia fierẽt, et alia quæ ad decorandũ tam frequentẽ cõuentũ pertinent: pro qua munificentia perpetuus agonotheta declaratus eſt. Hic alius quiſpiã miretur in uno homine tãtã diuerſitatẽ ingenij. Si enim ſpectemus eius liberalitatem ac beneficẽtiã qua erga omnes uſus eſt, non poſſumus non dicere eũ natura beneficentiſſimum. E diuerſo ſi iniurias eius, & ſæuitiã in ſubditos etiam coniunctiſſimos conſideremus, fateri cogemur hominẽ

fuisse durum, inexorabilẽ, & ab omni alienum modestia: atq; ita pugnãtes inter se uoluntates habuisse uidebitur. Ego uerò aliter credo, & utrũq; ab una causa profectũ existimo. Eo enim ꝙ honoris esset cupidissimus, & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiã, sicubi spes esset aut in præsens laudis, aut in posterum memoriæ: quare ꝙ esset supra facultates sumptuosus, cogebatur molestus esse subditis: nã cũ in alios erogaret plurimũ pecuniæ, necesse erat eã aliquando malè quærere. Deinde sciens se ob eas iniurias inuisum subiectis, eas offensas lenire uidebat difficile, neq; enim poterat nisi uellet reditus minuere: itaq; abutebatur suorũ odio in suũ cõmodum: nam si quis illorũ non per omnia seruitutẽ toleraret, aut uideretur uelle dominationem eius excutere, in tales impotẽter sæuiebat, non aliter quàm in hostes, nullo cognatorũ aut amicorũ discrimine, quòd solus uellet honorari ab omnibus. Quàm autẽ honoris cupidus fuerit, colligere licet ex his ipsis honoribus quos ille Cæsari & Agrippæ ceterisq; eius amicis exhibuit: nolebat enim exemplo esse suis, ut quemadmodum ipse præstantiores coleret, sic etiam coleretur ab omnibus: & hoc pacto satis declarabat cuius rei natura esset appetentissimus. Sed Iudæis per leges patrias non licet hoc modo potentiores colere, quos necesse est maiorẽ rationem iusti & æqui

hab

habere quã officiorũ taliũ: quibus ſatis incommodũ erat. q̃ nõ poſſent ſtatuis & tẽplis demereri regis gratiam, & ſimilibus adulationibus explere inſanam cupiditatem glorioſi hominis. Atq; hæc mihi cauſa uidetur cur Herodes erga familiares & cõſiliorũ participes iniquior, erga exteros et alienos tãto beneficẽtior fuerit.

Iudæorum Cyrenẽſium & Aſiaticorum ad Cæſarem legatio. CAP. X.

ASiatici autẽ & Cyrenẽſes Iudæi multum affligebãtur ab earũ regionũ ciuitatibus, qui cũ à priſcis regibus accepiſſent ius ciuitatis ex æquo cũ cæteris, tũc multas iniurias à Græcis patiebãtur, quaſi exportarẽt pecunias, et eſſent noxij reliquis ciuibus. Cũq; Græci nec finẽ nec modũ iniuriarũ facerẽt, coacti ſunt per legatos de eis apud Cæſarem conqueri. Is reſcripſit ad prouincias, placere ut Iudæis ſeruetur æquale ius cum alijs: cuius reſcripti exemplar ſubijcimus, quo teſtatius fiat quomodo erga nos affecti fuerint imperatores ueteres. Cæſar Aug. Pont. Max. Trib. poteſtatis ita cenſet: Quoniã Iudæorum gens ſemper fida & grata fuit pop. Rom. non nunc tantum, ſed ſuperiori etiã tempore, præcipuè patri meo Imp. Cæſari, ſub Hyrcano pontifice: placet mihi de communi iurati ſenatus ſententia, Iudæos uti proprijs ritibus ac legibus, ſicut utebantur tempore Hyrcani pont. Dei Max. & ſanis eorum ius aſyli manere: VI.

licereq; eis uotiuã pecuniã per certos homines mittere Hieroſolyma: neq; cogi ad præſtãda nadimõia ſabbatis, aut pridie ſabbatorũ poſt horã IX. in paraſceue. Quod ſi qs deprehẽdat furari ſacros libros, aut ſacrã pecuniam ex locis eorũ religioſis, hunc teneri ſacrilegij, & bona eius addici erario Ro.po. Suggeſtionem etiam eorũ oblatam mihi per C. Marciũ Cenſorinum, pro ea pietate qua omnes homines complector, iubeo cũ hoc decreto dedicari in illuſtri loco, quẽ uniuerſa Aſia meo nomini conſeeranit apud Argyrã: q̃ ſi quis contra decretum auſus fuerit, non mediocri pœna mulctabitur. Inſcriptũ eſt columnæ in templo Cæſaris. Cæſar Norbano Flacco S. Iudæis ubicunq; gentium degentibus ſacram pecuniam ex ueteri inſtituto Hieroſolyma mittere nemine prohibente liceat. Hæc Cæſar. Agrippa quoq; pro Iudæis ſcripſit in hũc modum. Agrippa Epheſiorum magiſtratibus, ſenatui & pop. S. Pecunie ſacræ quæ Hieroſolyma mitti ſolet more patrio, procurationẽ ac tutelam penes Iudæos eſſe uolo in Aſia: & ſi quis ſacram Iudæorum pecuniam furatus ad aſyla confugerit, eum inde abſtractum dedi ad pœnam Iudæis quo iure abſtrahuntur ſacrilegi. Syllano etiam magiſtratui ſcripſit, ne Iudæi ſabbatis cogantur ad præſtanda nadimonia. M. Agrippa Cyreneorum magiſtratibus & ſenatui S. Iudæi Cyrenenſes, pro quibus iam

Aug

Auguſtus ſcripſit Flauio Libya præſidi, aliſq; eius prouinciæ magiſtratibus, non eſſe uetandos mittere ex more ſacram pecuniam Hieroſolyma: cõqueſti ſunt nunc apud me, uexari ſe improborum quorundam ſycophantijs, & uetari hoc facere prætextu quorundam tributorum, quæ tamen non debẽtur. Hos ego ſuo iuri ſuiſq; moribus relinqui iubeo: & ſi quæ in urbe pecunia ſacra intercepta eſt, eam per delectos ad hoc idoneos Iudæis reſtitui. C. Norbanus Flaccus procos. Sardianorum magiſtratibus Sal. Cæſar mihi ſcripſit, iubere ſe neminem Iudæorum uetari iuxta patrium morem collectas pecunias Hieroſolyma mittere: quare ego quoque uobis ſcribo de hac re, ne uos lateat tam mea uoluntas quàm Cæſaris. Nec aliter Iul. Antonius procos. reſcripſit: Epheſiorum magiſtratibus ſenatui ac pop. S. Aſiam habitãtes Iudæi Februar. Idib. reddenti mihi ius apud Epheſum indicauerũt, Cæſarẽ Aug. & Agrippã cõceſſiſſe ſibi uti patrijs legib⁹ et moribus, primitiaq; ſuo quenq; arbitratu pietatis ergô conferre, deportandas abſq; impedimento ad templũ Dei maximi: rogauerunt q; ut ab illis conceſſa meo conſenſu rata habeam. Quare ſcire uos uolo, me quoq; iuxta Cæſaris & Agrippæ decreta permittere, ut quicquid uolunt iuxta patrium morem nemine prohibente faciant. Hæc decreta in hoc apposuimus, ut quoniã ſcripta noſtra

in Græcorum manus peruentura sunt, ostenderem eis iam inde à maiorũ ætate hunc honorem nobis habitum, ne prohiberemur per potestates publicas uti patrijs moribus, imò illorũ cõsensu religione concessa Deum coleremus. Quæ quidem eo crebrius inculco, ut flectã gentes exteras, & odiũ nostri, cuius nullam rationem habẽt idoneã, eorum animis eximã: nam moribus nulla gens eisdẽ utitur perpetuò, sed oppidatim ferè in his fit mutatio. Iustitia uerò omnibus hominibus ex æquo cõpetit, res utilissima tã Græcis quàm barbaris, cuius maxima in nostris legibus habetur ratio, nosq; omnibus, modò eas inuiolatas seruemus, caros ac amicos potest reddere. quãobrem rogatos omnes uolumus, ut non tam nos ob diuersum uitæ genus horreãt, quã cõplectãtur ob uirtutis studia. Hæc enim cõmunis est omnibus, & sine hac nõ potest humana uita consistere. Nunc ad historiæ cõtextũ redeo.

Herodes opus habens pecunia sepulcrum Dauidis subiit. CAP. XI.

HErodes multũ pecuniarum domi foriq; profundens, audito q̃ Hyrcanus qui ante eũ regnauit, reclusso Dauidis sepulcro tria milia talentorũ argenti extulisset, superessetq; multo plura quæ possint quantũuis magnis sumptibus sufficere, multo tempore animũ habuit idẽ aggredi. Tũc uerò noctu apertũ sepulcrũ ingreditur, cũ prius accuratè cauisset ne hoc resciret

pop

populus, assumptis tantum amicorũ fidissimis: depositas tamen pecunias nõ inuenit sicut Hyrcanus, sed mundi pretiosi & aureorũ ornamẽtorũ uim magnã inde sustulit. His inuitatus ad diligentius scrutandũ, interius processit usq; ad conditoria corporũ Solomonis ac Dauidis: ubi duos satellites amisit, erumpente (ut fertur) ex adytis flãma contra progressos temerè: quo casu territus exiuit, et tactus religione ad expiandũ se in aditu sepulcri monumentũ è candido marmore cõdidit sumptuosissimis impẽdijs: eius operis et Nicolaus illius tẽporis scriptor meminit, sed nõ itẽ de descensu regis, preter decorũ id factũ existimãs: idq; more suo fecit. Viui enim regis hac auribus dedit, captãs gratiã, & ea tantum attingẽs quæ ad gloriã illius pertinere uisa sunt: quin & multa eius apertè iniusta facinora aut alia specie aſficta fucauit, aut quantum potuit occultare studuit: quãdoquidẽ etiã crudelitati in Mariãmẽ ac filios speciosam causam astruere conatur, illã impudicitiæ, hos insidiarũ patri paratarũ insimulãs: & hoc toto opere facit perpetuo, quæ rectè ac iustè rex gessit nimijs extollẽs laudibus, cõtraria uerò diligẽter exemsans. Sed illi ob quã dixi causam danda uenia, nõ tam ad posteritatis cognitionẽ, quã ad gratificandum suo regi scribenti. Nos uerò qui & generis propinquitate Asamonæos reges contingimus, & sacerdotij honore fungimur, turpe

ducentes mendaciũ, incorrupte res gestas exponimus, salua reuerẽtia posterorũ regis illius, qui etiã nũc rerũ potiuntur, maiorũ tamẽ ueritatis rationẽ habentes eũ ipsorũ quoq; uenia. Cæterũ Herodis domus post uiolatũ sepulcrũ cœpit labi in deterius, siue diris ultricibus in eã partẽ incũbentib. quæ iam antè male habebat: siue forte fortuna talis calamitas incidit in ea tẽpora, ut meritò uideri posſit impietatis præmiũ. Dissidium enim erat in aula bello ciuili simile, & odia mutua cõcertãtia cælinijs. Sed inter omnes eminebat Antipatri contra fratres artificiosa machinatio, qui per alios inuoluẽs illos falsis criminationibus, ipse patrocinijũ eorũ sæpe simulabat, ut approbata sua benenolẽtia facilius iuuenes clã posſet opprimere: atq; talibus uersutijs circũueniebat patrẽ, ut putaret hũc solũ incolumitatis suæ curã gerere: quapropter etiam Ptolemæũ procuratorẽ suũ rex Antipatro cõmendauit, et cũ matre eius omnia cõmunicauit cõsilia, adeò ut nihil nõ horũ arbitratu gereret, & infensum eũ redderent his quos exosos regi esse ipsorũ intercrat. Mariãmes uerò filij rẽ indies ferebãt egrius, proper nobilitatẽ indignantes suo loco se dimoueri ac deterioribus cedere, & tantũ nõ in ordinẽ redigi. Quin & uxores ipsorũ eisdẽ laborabãt passionibus, quarũ altera Alexãdro nupta Archelai filia Glaphyra odio mutuo prosequebatur Salomen, tũ propter

mariti

mariti amorẽ, tũ qꝑ insolentius se erga filiã eius gereret: ea nupta erat Aristobulo, quã illi sibi honore aquari ferebat muliebriter: atq; hac altera cõtentione accedẽte, ne Pheroras quidẽ regis frater alienꝰ erat à discordia: habebat enim priuatã causam suspicionis & odij. Inciderat in amorẽ ancillæ propriæ tam insanũ, ut oblatã sibi à rege in cõiugium filiã fastidiret, cõtentus ancillæ cõplexibus. Id egerrime tulit Herodes, uidens germanum affectũ à se tot beneficijs, & penè regni sociũ, non respondere pietate mutua, & infortunatũ se fratrẽ existimans: & cũ non naleret Pheroram ad æquiorẽ mentem reducere, puellam collocauit cum Phasaëli filio: procedente deinde tẽpore ratus iam deferbuisse fratris cupidines, cõquestus de repulsa, alterius cõditionẽ ei detulit, quæ Cypros nomine dicta est. Tum Ptolemæus Pherorã cõsulit, ne pergat fratrem contemnere, & ab amore turpi resipiscat, propter quẽ stultũ sit priuare se regis amicitia, & in eius uicẽ odiũ ac trãquillitatis iacturam incurrere. Ille intelligens hoc sibi utile, qꝑ iam antè calũnijs appetitus ueniã à rege consecutus fuerat, mulierẽ iã filij matrẽ ex se factã ablegat: et regi pollicetur ducturũ se filiã eius alterã: cõdixitq; diẽ x x x. ad celebrãdas nuptias, iureiurando interposito nihil sibi posthac cũ ablegata fore cõmercij. Elapso untẽ præfinito tempore ira mum amori succubuit, ut non staret

poll

pollicitis, & rursum reuolueretur ad prisſlinã mulieris cõſuetudinẽ. Ibi tum Herodes nõ amplius potuit irã tegere, ſed ſæpe iaciebat uoces quaſdam, ſigna alienati à fratre animi: nec deerãt multi qui per occaſionẽ hunc eius affectũ foueret calũnijs. Iamq; nec dies abibat ulla nec hora, quin aliqd ei nouarũ turbarũ accideret, cõmuſſis inter ſe neceſſitudinibus quas natura nolebat eſſe cariſſimas. Nã & Salome inſenſa Mariãmes filijs ne filiã quidẽ nuptã Ariſtobulo adoleſcẽtũ alteri ſinebat frui caritate mutua, pelliciẽs ad effutiẽda et prodẽda ſecreta cõiugũ colloquia: & ſi qd, ut aſſolet, offenſiũcularũ incideret, exacerbãs multis ſuſpicionibus: quo factũ eſt ut ſecreta eorũ expiſcareť omnia, & puellæ quoq; iuuenẽ exoſum redderet. Illa uerò in matris gratiã ſæpe narrabat, q illi quoties ſoli eſſent, crebrã mẽtionẽ Mariãmes facerent, et odioſè de patre loquerẽtur, minarẽturq; ſi principatus ipſis contingeret, reliquarũ regis uxorũ filios ſcribas ſe facturos in oppidulis, ad hoc enim cõducibilẽ illis fore literaturã, cui tũ darẽt operã. Vxores etiã regias ſi quãdo uiderẽt matris ornamẽta uſurpare, pro præſentibus delicijs neſlituros ſe cilicijs, incluſas ubi ne ſolẽ quidẽ liceat aſpicere. Hæc mox Salome regi renũtiabat: quæ ille tametſi pmoleſtè ferret, emẽdare tamẽ malebat q̃ punire: maximè aũt exaſperabatur ſuſpicionib⁹ & indies ſeipſo peior,

omnib

omnibus omnium rumoribus credebat: atq̃ tũc obiurgatione filios castigasse cõtẽtus, & illorũ respõsione placatus aliquantisper quieuit. Sed mox malũ recruduit. Pheroras enim Alexandrũ conuenit maritũ ut diximus Glaphyra Archelai filiæ: aitq; se audisse ex Salome, Herodẽ ardenter amare Glaphyrã, nec posse hunc affectũ excutere. Hoc audito iuuenis zelotypus uehemẽter excãduit: & quicqd honoris ac cõmutatis Herodes mulieri exhibebat in gratiam filij, quod quidẽ ferè quotidianũ erat, in peiorẽ partẽ interpretabatur, suspicione cõcepta ex his quæ audierat: neq; diutius potuit cã indignationẽ cõcoquere, sed adito patre cũ lacrymis ei sermonẽ Pheroræ aperit. Quamobrẽ ille magis adhuc turbatus est, nõ ferẽs insimulari se falsò tam turpis criminis, multa querẽs de suorũ malitia, à quibus pro beneficijs talẽ reportaret gratiã. Moxq; accersitũ Pherorã adortus iurgio, Pessimè inquit omniũ mortaliũ, eò ne ingratitudinis prolapsus es, ut talia de nobis uel dicas, uel cogites? nónne deprehẽdo tuũ propositũ, & nõ cõmitio tenus hæc dixisti filio, sed ut insidias & ueneficia hoc pacto in caput meũ strueres? Quis enim, nisi bono aliquo genio ductus ut iste filius, pateretur patrẽ suspectũ impune ferre talem iniuriã? Virũ tibi uideris sermonẽ in animũ, an in dextrã gladiũ inseruisse, quo parentẽ cõficeret? aut quid tibi uoluisti, cùm & ipsum

fratrem

fratrẽ oderit, in me tantũ caluniando simulans beneuolentiã, & ea dicẽs quæ salua pietate ne cogitari quidẽ poterãt. Apage te hinc post tã peruersum erga fratrẽ benemeritũ animũ: et tu quidẽ quoad uixeris tua conscientia fruere: ego uerò dabo operam ut sim meis melior, neq; dignas pœnas exigẽs, & maioribus q̃ digni sine beneficijs eos prosequẽs. Sic de Stomachãte rege, Pheroras cũ in manifesto crimine deprehensus teneretur, Salomes ait hoc esse cõmentũ, & ab ea prima hos sermones profectos esse. Quo audito ille (nã forte aderat) cõposito ad uerborũ fidẽ uultu exclamat, nõ esse hæc sua, & omnes hoc unũ agere ut eã inuisam regi faciãt, & de medio tollãt Herodis amãtissimã, & præcauẽtem ipsius pericula. Nunc uerò etiã maioribus se appeti insidijs: solã enim autorẽ fuisse fratri, ut abiecta qua se oblectabat mulierecula, filiam regis duceret, & hanc esse causam odij. hæc illa loquẽte, simulq; capillos sibi uellente, & pectus plangẽte, species quidẽ negãtis erat ueri similis, sed mala mens dissimulabatur gestu fictitio. Pheroras autẽ medius tenebatur, ne prætextum quidẽ ullũ sui facti inueniẽs, cùm nõ inficiaretur se dixisse, & audisse eadem persuadere non posset: ea perturbatio non sine altercatione duravit aliquãdiu. Tandẽ rex pertæsus & fratrẽ & sororẽ ablegauit: collaudataq; filij tẽperantia, & q hos sermones ad se detulisset, admodum

dum ſerò ad curã corporis ſe cõtulit. Poſt hanc contentionẽ malè audiebat Salome, quòd uideretur amor huius calũnia: & uxores regiæ malè ei uolebant, q̃ ſciret morosam & uariabilẽ, & pro tẽpore nunc inimicã, nũc benenolã. Semper igitur aliquid contra eam Herodi occinebant, arrepta occaſione ex caſu quodã fortuito. Erat Arabũ rex Obodas, homo ſegnis & otio deditus: negotia uerò eius administrabat Syllæus uir callidus, ætate florẽs & corporis ſpecie. Hic, cũ propter quædã negotia ad Herodẽ uenisſet, cõtemplatus unà cœnantẽ Salomẽ animũ ad eam adhibuit: cõpertoq; eſſe uiduã, uenit eũ ea in colloquiũ. Illa quæ deterius q̃ antè tractabatur à fratre, & nõnihil tacta forma iuuenis, non abhorrebat à nuptijs: & cũ per eos dies frequentarẽtur conuiuia, exiſtebãt multa nõ mediocria ſigna q̃ cõſenſus & mutuus amor inter eos intercederet. Hæc uxores regi nõ ſine deriſione referebant. Herodes autẽ hoc nõ contẽtus ſciſcitabatur ex Pherora, & iubebat eũ inter cœnã obſeruare, quomodo erga ſe inuicẽ affecti ſint. Ille renuntiauit q̃ nutibus & mutuis aſpectibus ſatis indicarent quò tenderẽt. Poſt hæc Arabs iam ſuſpectus abijt. Elapſis deinde duobus aut tribus mẽſibus hanc ipſam ob cauſam reuerſus, & collocutus de hac re cũ Herode, poſtulauit ut Salomen ſibi collocaret: fore enim ei hanc affinitatẽ utilem propter Arabũ

com

commercia, quorū principatū & deberi sibi, et iam magna ex parte cōtigisse. De quo cùm ille ad sororē retulisset, percōtando an ei nubere sit animus, mulier facile assensum præbuit. Postulantibus deinde ut Syllæus accenseretur in Iudeorū religionē, & tum demū uxorē duceret, alioqui non esse licitū: ille facere hoc nō sustinuit, lapidādū se dicēs à populāribus si faceret: atq; ita re infecta discessit. Ex eo tēpore Pheroras Salomē insimulauit intēperantiæ, ac magis etiā uxores regiæ, dicētes eam cōsuenisse cū Arabe. Et puellā quā fratri desponsatam ille domesticæ muliercule illecebris uictus recusauit ducere, Herodes in sororis gratiā collocaturus Salomes filio nato è Costabaro, mutauit sententiā persuasus à Pherora, negante adolescentem amaturū talē soeerū propter patris sui eadem, & æquius cēsente ut ipsius filius eam duceat, successurus in tetrarchiæ dominiū: quod ubi is persuasit, impetrauit prioris offensæ ueniam. Mutatis igitur sponsalibus puella data est nuptum adolescētulo, addita C. talētorū dote. Nec interim cessabāt turbæ domesticæ, imò augebantur etiam, à turpibus initijs progressæ usq; ad calamitates trisissimas. Erāt in delicijs Herodi propter formā eunuchi tres, unus à poculis, alter ab epulis, tertius cubicularius, quorum opera etiā in seriis regni negotijs uti est solitus. Hos quidam ad regem detulit corruptos esse ab

Alex

Alexandro filio accepta magna ui pecunia: et quæstionibus examinati ecquid cũ illo habuissent consuetudinis, rem fassi sunt: præterea nullius tentati cõtra patrẽ facinoris se esse cõscios. Admotis deinde acrioribus tormentis, nicti necessitate, ministris magis magisq; in gratiam Antipatri sæuientibus, aiunt Alexandrum innatũ contra parentẽ odiũ alere: hortatumq; eos ut Herodẽ desererẽt iam inutilẽ, faciẽtemq; fucũ ætati, & senium dissimulantẽ tincto capillicio: quin potius sibi adhiberent animũ, potituro uel inuito patre regno debito, exspectarentq; breui dignitatẽ primariã: iam enim non tantũ generis prærogatiuam sibi suffragari, sed instructa etiam ad inuadendam dominationẽ omnia: staturos pro se multos duces militũ, multos amicos regios, paratos quiduis uel agere uel pati in ipsius gratiã. His auditis Herodẽ totum ira & timor occupat, quòd filij uerba & contumelioſa uiderẽtur, & minacia: utroq; igitur exacerbatus, uerebatur ne quid grauius contra se conflatũ esset, quã ut eodẽ temporis momento posset cauere & occurrere: quamobrẽ nõ ausus palàm inquirere, per dimissos clancularios rem gerebat, omnes suspectos iuxtà habens atq; inuisos, & in suspicionibus etiam de immeritis securitatem suam collocans: quarũ adeò nullus erat finis, ut quo quisq; ei coniunctior esset, eo magis timeretur, ut tanto ad nocendũ potẽtior.

Cæteros cum quibus ei nulla intercedebat familiaritas, uel nominari à delatore ſat erat, moxq; ad ſuam ſecuritatẽ pertinere putabat illorũ interitus. Poſtremò etiã domeſtici anxij de incolumitate propria in ſeipſos uerſi ſunt, tutiſſimos rati qui alios præuenirent calũnijs, certiſſimũq; hoc ad ſaluẽ remediũ: qui mox uoti compotes hoc ipſo aliorũ in ſe conciebãt inuidiã, uidebanturq; merito reuocandi, & ſic accipiẽdi, ut ipſi eraſi aſſent alios. Iamq; etiã priuatas ſimultates hoc modo exercebant: moxq; deprehẽſi eadem patiebãtur, occaſione cõtra inimicos utẽtes proluqueo, quo paulo pòſt ipſi cõprehendebantur. Rex enim uelox erat ad pœnitentiã, eo q̃ multos nõ cõuictos tolleret: quod tamen non in hoc prodierat, ne ſimilia poſthac faceret, ſed contentus erat delatores eorũ pari mulctaſſe ſupplicio.

Tantum erat tũc in aula regia perturbationum ac formidinũ. Multis etiam intimis amicis denuntiauit ne uel in conſpectũ ſuũ uenirẽt, uel intra limina palatij, maximè his qui fiducia meritorũ hactenus ei reuerẽdi fuerãt. Andromacho enim & Gemello ueteribus amicis, & qui plurimũ regẽ tam legationibus quã conſilijs iuuerant, filioſq; eius inſtituerant, & maiorem cæteris habebant fiduciã, amicitiã renuntiauit: ulteriùs quia Demetrio eius filio Alexander utebatur familiariter: Gemello uerò quòd ipſum ſciret fauere inueni: nam & inter educa-

tor

ctores eius ac eruditores fuerant, & Romanæ peregrinationis comes haſerat. Nec dubium eſt quin grauius aliquid in eos libenter ſtatuiſſet, ni obſtaret uirorum claritas: quare contentus eſt tum ablegatis ademiſſe auctoritatẽ, ut poſita proborum hominũ reuerentia debaccharetur licentius. Horũ porrò omnium malorũ fax erat Antipater, qui ex quo primũ tempore patrem animaduertit formidinibus obnoxium, conſiliorũ ei ſociũ ſe adiungens accendebat hominis ſauitiam: & tunc uidebatur egregiè fungi officio, ſi daret operã ut quicũq; reuiti poſſent tollerentur de medio. Tunc igitur pulſo Andromacho & reliquis amicis liberioribus, primum rex quotquot putabat Alexãdro fidos examinauit tormẽtis, num cuius tentati cõtra ſe facinoris eſſent conſcij: illi uerò immoriebãtur cruciatibus, quòd nihil haberẽt dicere: atq; hoc acrius incumbebatur quæſtionibus, quòd præter opinionem nullum deprehendi poſſet ne excogitatũ quidẽ maleficium. Et Antipater callidus artifex, interpretabatur tortos à ueritate malle, quam à fide erga dominos & amicos diſcedere, urgebatq; ut ſecreta perquirerẽtur apprehenſis pluribus. Tandẽ unus à multis tormẽta non ferens ait, ſe non ſemel audiſſe iuuenem dicere, quoties laudaretur à proceritate ſtaturæ, aut ſagittandi peritia, cæteriſq; uirentibus eximijs, hæc à natura ornamẽta ſibi magis conceſſa

ſa quàm beneficia: patrem enim præ inuidia his offendi omnibus, qua propter quãdo ſimul inambulent contrahi ſe de induſtria & ſubmitti, ne appareat procerior, & in uenatorijs iaculationibus illo præſente deſtinata nõ ferire, quòd norit genitoris ingenium non ferentis laudari filium. Hæc uerba dum expẽduntur intermiſſis tormentis adiecit, conſpiraſſe eum cũ fratre Ariſtobulo ut in uenatione patri inſidias ſtrueret, quibus ſi ille eſſet oppreſſus, tum regnũ poſtulaturus Romam perfugeret. Inuenta ſunt etiam iuuenis litera ad fratrẽ ſcripta, conquerentis de patre, non rectè factũ quòd Antipátro addixiſſet agros, ex quibus ad eum redirent CC. talenta annua. Tum uerò Herodes probabili, ut ipſi uidebatur, argumento cõfirmatus in ſuſpicione, Alexandro comprehẽſo iubet injci uincula: & rurſum incipit ſæuire, quamuis ne ipſe quidẽ auditis ſatis crederet: neq; enim excogitare poterat cur deberet ab illis per inſidias appeti: & querelæ illæ pueriles cõtentiones uidebãtur, nec uerisimile poſt manifeſtũ parricidiũ uoluiſſe eos Romã petere: quãobrẽ uolẽs maius aliquod impietatis argumentũ inuenire, ſolicitéq; cauẽs ne uideretur filiũ temerè damnaſſe ad uincula, & quæſtioni ſubijciens honoratiores Alexandri amicos, non paucos eorum nihil tale confeſſos interfecit. Cumq; tota regia tumultu, terrore ac tormentis perſtreperet,

inuenis

iuuenis quidã in tali neceſsitate conſtitutus dixit, Alexandrũ Romam ad amicos literas miſiſſe, rogantem ut curarent ſe accerſiri à Cæſare, indicaturũ de quibuſdam cõtra illum conſpirationibus, quãdo pater ſocietati Romanorũ prætulerit Mithridatis Parthorũ regis amicitiam: addidit habere eum uenenũ quod apud Aſcalonem paratũ ſit. His auditis Herodes credidit, conſolantibus eum in calamitate adulatoribus, quòd nõ temerè quidquã faceret. uenenũ tamen ſumma cura quæſitũ nuſquã inuentũ eſt. Cæterùm Alexãder oppreſſus malis adeo non ceſſit, neq; inficiatus eſt, ut patrẽ exaſperaret amplius: ſiue uolens pudẽ facere facilitatẽ eius ad credendum calumnijs: ſiue ut, ſi forte crederet, innolueret eum cum tota regia magnis calamitatibus. Quatuor enim libellos à ſe conſcriptos ei miſit, negãs opus eſſe tormẽtis pluribus. Structas enim inſidias, participesq; eorũ eſſe Pherorã & amicorũ fidiſſimos. Quin & Salomen obrepentem noctu cum inuito ſe eſſe congreſſam, omnesq; eò tendere, ut illo ſublato optatam aſſequerẽtur licentiam. Eiuſdem conſpirationis arguebãtur et Ptolemæus & Sapinnius, præ cunctis regi fidiſſimi: nec aliter quàm rabie quadã occupati in ſe inuicem efferebãtur homines pridẽ amiciſſimi, non defenſione, nõ coarguitione expectata tantiſper dũ ueritas pateret, iudicium præueniente ſupplicio: alij uinciebantur, alij necabantur, alij

nihil latius expectantes moras ipsas quã repre-
sentationem malorũ agrius ferebant : ingensq;
mœror ac torpor sordabat prisĩnã felicitatẽ re-
gia. Ne Herodem quidẽ ipsum uita in tali per-
turbatione non tædere poterat, cui & nemini se
auderet credere pro tormento erat futuri exitus
exspectatio: sæpeq; illi obuersabatur irruẽs gla-
dio stricto filius, noctes atq; dies nihil aliud no-
lutanti, ut iam minimum abesset ab insania.

Archelaus Cappadocum rex Alexandrum patri reconciliat. CAP. XII.

1 X. DVm ita Herodes animo angitur, Archelaus Cappadocum rex de filia & iuuene genero solicitus, tum amici quoq; uicẽ miserãs inuoluti tam perplexis & turbatis negotijs, officij sui putauit profectionẽ ad eum suscipere. Quẽ ubi sicut audierat affectũ inuenit, importunam rem putauit, si obiurgaret ac temeritatis & nimiæ crudelitatis argueret. fore enim ut ille ex aduerso contendẽs & excusare se studẽs exacerbaretur amplius. Quapropter aliã rationem cõmentus est, qua res affectas componeret, indignatione uersa in iuuenẽ, asserens regẽ nihil præter æquitatem, sed omnia rectè fecisse. Se quoq; dirempturũ illud coniugium, ac ne filia quidẽ parsurũ, si sceleris conscia non fecisset indicium. Tum Herodes ubi præter opinionẽ uidit hominẽ pro se læso tam grauiter exeandescere, asperitate remissa, & factũ suũ iusta æstimatione

mationē nolens expēdere, paulatim ad paternos affectus rediit. Iamq; utroq; flexo ad misericordiam, quoties aliquis obiecta à iuuene crimina refelleret, ad iram cōmouebatur rex: postquàm uerò Archelaum quoq; accusationem aggredi uidit, lacrymis affectū prodens, rogabat illum ne nimium indulgeret irę, néue propter iuuenis errata coniugium dirimeret. Tum Cappadox nactus eum iam mutiorē, cœpit crimina transferre in amicos, qui deprauarent hominē iuuenē, & rudem omnis malitiæ, præcipuè fratrē regis ingens suspicionibus: nā cùm & Pheroras in Herodis indignationē incurrisset, intelligens reconciliatorem neminē Archelao magis idoneum, auratus illum adiit, alia quoq; desperatis de salute signa præferens: qui nō despexit preces supplicis, negans tamen sibi facile tam cito flectere offensam regis animū. Satius esse ut ipse à fratre ueniam peteret, prius confessus se fuisse causam horū omnium: eam confessionē profore multum ad leniendā iracundiam, ac tum demū se quoq; opportunius deprecatorē accessurum. Paruit ille consilio, quod utriq; cessit feliciter: nā & iuuenis præter opinionē exemptus est criminationibus, & Pherorā Archelaus reposuit in fratris gratiam: ipse quoq; inita maxima gratia apud regē in tam difficili ipsius tēpore, lætus in Cappadociam profectus est: nā & cū muneribus dimissus est pretiosissimis, & facile primum inter

amicos locũ obtinuit. Conuenit etiã inter eos ut Herodes Romã peteret, quandoquidẽ de hoc negotio Cæsari scripserat, fecerunt q; simul iter usq; Antiochiã, ibi præsidẽ Syriæ Titũ recõcilianit Archelao, atq; ita in Iudæam reuersus est.

Trachonitarum defectio. CAP. XIII.

SEd interim dum ille Romã profectus a regno abest, bellum Arabicum ex hac causa exortũ est. Incolæ Trachonis, quam regionẽ Zenodoro ademptã Cæsar Herodi attribuerat, ne tuti exercere latrocinia, cogebantur in studijs agriculturæ mitius degere. Hoc uitæ genus nec ipsos delectabat, neq; terra respondebat laboribus: tamẽ à principio cohercente rege abstinebant iniuriam ab accolis, nõ sine laude Herodis diligentiæ. Sed quãdo rex nauigauit in Italiam Alexãdrum accusaturus & commendaturus Antipatrũ Cæsari, Trachonitæ sparso rumore de eius interitu, defecerũt reuersi ad pristina latrocinia: tunc tamẽ absente rege à ducibus eius sunt perdomiti. Caterũ X L. *ex his latronũ principes captorũ exemplo territi, relicto patrio solo fugerũt in Arabiam, recipiente eos Syllæo propter non impetratũ Salomes coniugium: à quo cum munitũ quendam locũ accepissent habitandum, excursionibus non Iudæam tantũ infestabant, sed totã Cœlesyriam, abigebantq; prædas in sua receptacula, Syllæo præbẽte impunitatem & securitatẽ maleficijs. Herodes autẽ reuersus*

à Roma

à Romana peregrinatione, cõperit multa damna illata ſuis à latronibus : eumq; non poſſet eos in poteſtatẽ ſuam redigere, quòd eſſent ſub tutela Arabum, nec tamen iniuriam acceptã conequeret, perluſtrato Trachone interfecit illorum domeſticos : quo facto illi irritatiores, maximè quòd legẽ haberent quæ iuberet domeſticorum cædem inultã non ſinere, contempto periculo totam Herodis ditionẽ agendo & ferendo perpetuis uexabãt incurſionibus. Tum rex ad præſides à Cæſare miſſos Saturninũ & Volumnium rem detulit, latrones depoſcens ad ſupplicium. Illi hoc audito maiore manu ſe communire, perturbare omnia repẽtinis inſultibus, agros ſimul & uicos populari, ingulare quotquot in manus eorũ inciderent, ut bello quàm latrocinio res eſſet ſimilior, iam enim uſq; ad mille accreuerãt. Quare Herodes & latrones ſibi dedi poſtulabat, & mutuum creditũ repetebat, exacto iam præſtituto tempore, ſexaginta illa talenta quæ Obodæ per Syllæum cõmodauerat. Syllæus uerò qui detruſo à regimine Obodæ ipſe adminiſtrabat omnia, inficiabatur eos latrones eſſe in Arabia, & pecuniam differebat reddere, de quæ diſceptabatur apud Saturninũ & Volumnium Syriæ præſides. Tandem illis autoribus conuenit, ut intra triginta dierum ſpatium & debitum redderetur, & ex utroq; regno reſtituerentur perfugæ. Sed apud Herodẽ prorſus nemo

Arabum inuentus, uel ob maleficium, uel quæcunq; de causa profugus: uerùm Arabes conuicti sunt latrones ad se recipere.

Expeditio Herodis in Arabiam. CAP. XIIII.

CÆterùm postquam aduenit præstitutus terminus, Syllæus nolens stare cõuentis Romam profectus est: Herodes uerò exsequebatur restitutionem pecuniarũ ac latronum, Saturnino & Volumnio permittentibus ei cõtumaces armis persequi: collectoq; exercitu inuasit Arabiam, septem mansiones emẽnsus triduo: cumq; peruenisset ad castellum in quo se latrones continebant, primo impetu id cepit, ipsamq; munitionẽ nomine Rapiam diruit, nullo alio damno dato regionis incolis. Et cùm in auxiliũ eorum procurrisset dux Arabum Nacebus, cõmissum est prælium, in quo pauci ex Herodianis, Arabum uerò XXV. cum ipso duce ceciderunt: reliqui in fugam cõpulsi sunt. Hoc modo latrones ultus Idumæorum tria milia in Trachonem deduxit, ut cohercerent ibi latrocinia: & ad duces Romanos agentes in Phœnicia dedit literas, quibus eos certiores fecit, quòd in contumaces tantum Arabas concesso ab eis iure usus sit, nihilq; egerit præterea: idq; ipsorum inquisitione postea uerum compertum est.

Syllæus Herodem accusat apud Cæsarem. CA. XV.

1. SEd aliter Romam properatis nuntijs Syllæo relatũ est, suo more exaggerantibus omnia: is iam

ò iam ante insinuatus in notitiam Cæsaris, forte eum circa palatium obuersans, his auditis eõfestim mutata ueste aratus eũ adijt, denarrans se bello afflictasse Arabia, totumq; regnũ euersum ab Herode ingresso cũ exercitu: ad hæc lacrymãs querebatur, cecidisse duo milia et quingentos Arabũ primates, & in his amicũ ac cognatũ suum Nacebum, direptasq; magnas opes apud Raptã repositas: atq; hæc facta per cõtemptum Obodæ, qui nec copias paratas habuerit, nec ducẽ se absente idoneum. Hæc dicente Syllæo, addentcq; quòd nec ipse hanc profectionem suscepturus erat, ni crederet Cæsari curæ esse pacem publicã omnium, neq; se domi præsente Herodes nisi suo malo eam pacem violaturus. Cæsar querela commotus, percontatus est ex Herodis amicis qui ũ aderant, & ex suorũ quibusdam recens reuersis à Syria, hoc tantum an Herodes ullum exercitũ extra regni sui fines eduxerit. Id cùm illi fateri necesse haberẽt, nec Cæsar causam expeditionis audire dignaretur, magis etiã iratus Herodi scripsit minaciter, se hactenus illo usum tanquã amico, posthac habiturũ eum pro subdito. Syllæus quoq; ea de re scripsit ad Arabas. His literis illi elati neq; latrones qui effugerant voluerũt dedere, neq; acceptã mutuo pecuniam persoluere, neq; pro pascuis quæ conduxerant, quicquã numerare, freti eo quòd rex offendisset Cæsarem. Quin & Trachonitæ hac occa-

sione

caſione uſi inſurrexerunt in Idumæorum cuſtodiam, & iuncti Arabicis latronibus qui illorum regionem diripiebant, non tam ſuis lucris quam uindictæ ſtudentes miris modis in eos ſæuiebãt. Hæc omnia Herodes ferebat, offenſo Cæſare, minus iam habens uel fiduciæ uel audaciæ. Legatos enim eius ad agẽdam regis ſui cauſam miſſos, primùm ne admiſit quidẽ: iterũ uenientes dimiſit infecto negotio. Quamobrẽ uehementer anxio metũ augebat Syllæus, Romæ præſens credulo Cæſari quiduis perſuadens, & iam maioribus rebus inhians. Defuncto enim Obodæ in Arabũ regnũ ſucceſſit Æneas, dictus Aretas mutato nomine: hunc ille per calumnias pellere conabatur, & ſibi principatũ uſurpare, multam pecuniam partitus in aulicos, multa etiam Cæſari daturũ ſe pollicitus: quem iratum ſciebat Aretæ quòd ſe inconſulto auſus eſſet regni habenas ſuſcipere. Tandem & ille literas cũ muneribus miſit ad Cæſarem, & in his multorũ talentorum coronã auream: in his literis accuſabat Syllæum, quòd nequiſſimus ſeruus uenenoſuſtuliſſet Obodam, quo etiam uiuo innaſiſſet rerum adminiſtrationẽ, uxores Arabum adulterans, & conflato ære alieno uiam ſibi ad occupandum principatũ muniens. Cæſar antẽ ne hos quidẽ legatos audire dignatus, aſpernatuſq; eorum munera, infecta re illos abire paſſus eſt. Interim Iudæorũ res ac Arabum indies ſe habebant

bant deterius, turbatis omnibus, & componente nemine: nam regum alter nondum principatum suum constabilierat, & proinde suos coercere non poterat. Herodes autem ueritus ne si se defenderet, eo magis irritaret Cæsarem, cogebatur perferre omnes iniurias. Postremo nullum finem urgentibus malis inueniens, decreuit denuo Romam legatos mittere, si quid aequius per amicos impetrare posset a Cæsare. in eam legationem Nicolaus Damascenus profectus est.

Eurycles calumniæ contra Herodis filios. C. XVI.

PEr idem tẽpus dissidium cũ filijs domesticum multo magis exacerbatũ est: quamuis enim iam antè nunquam prorsus uacarit suspicione, malo pernicioso regibus, tunc tamẽ id maximè ob talẽ causam inualuit. Eurycles quidam Lacedæmonius, uir domi nobilis, sed ingenio pessimo, adulator, et delicijs perditus, sed utrũq; uitium egregiè dissimulans, usus Herodis hospitio, datis muneribus & maioribus acceptis, ad gratiam cũ eo conuersatus effecit ut reciperetur inter amicos præcipuos. Is diuersabatur apud Antipatrũ, Alexandro quoq; propter crebros congressus familiaris: aiebat enim sibi cũ Archelao Cappadoce amicitiã intercedere, & ideo simulabat se Glaphyrã obsequijs colere: cumq; uideretur omnibus ex æquo deditus, obseruabat quæcunq; uel dicerentur uel fierent, undecunq; captans gratificandi per calumnias materiam. XI.

deniq;

deniq; adeò se blandis colloquijs insinuauit mi-
cuiq;, ut illi solus fidus uideretur, cæteros uero era-
dicare, prout amico esset cõmodum. His artibus
ita sibi deuinxit Alexãdrum ut iuuenis puta-
ret ei soli iure sese posse querelas suas concredere:
aperiebat igitur ei dolorẽ suum, quòd pater es-
set à se alienatior, easumq; matris narrabat: &
quòd Antipater prærepta fratribus dignitate
solus posset omnia. Hæc diutius ferenda nõ esse,
patre iam talibus imbuto odijs, ut eum ipsis nec
conuiuia nec colloquia communicare sustineat.
Hæc ille, dolorẽ suum in sinũ amici, ut tum ui-
debatur, deponens: at ille omnia referebat An-
tipatro, negans ad se hæc pertinere, tacere tamen
non posse ob periculi magnitudinẽ, & eõsultum
ei uelle, ut caueret ab Alexandri insidijs: non
enim eum dissimulare animum, sed ipsis uerbis
præferre cupiditatẽ parricidij. Post hoc beneuo-
lentiæ pignus maxima ab Antipatro accipie-
bat munera, & ad ultimũ ab eo persuasus est, ut
ad Herodem referret de hoc negotio. Rex nar-
rauit de Alexandri odio facilem aurẽ prabuit,
& eò deductus est uerborũ ambagibus, ut im-
placabilem iram in filium conciperet: id quod
sine mora declarauit. Eurycli enim L. talenta
donauit: quibus ille acceptis ad Archelaum se
contulit, & multum Alexandrum predicans,
operam etiam suam cõmemorauit quam utilis ei
fuerit ad conciliandam patris gratiam: & ab eo

quoq;

quoq; acceptâ pecunia, priusquam deprehẽderetur hominis malitia discessit. Reuersus deinde in patriã, cùm ibi quoq; similibus artibus uteretur, Lacedæmone pulsus est in exilium. Porrò Iudæorum rex non iam ut antè cõtentus aurem præbere criminatoribus Alexãdri & Aristobuli, proprio seruiebat odio, etiam nemine accusante obseruãs singula, & sciscitans, & permittens omnibus quicquid uellent cõtra eos dicere: & inter cætera Euaratum Coum cõmunicasse cum Alexandro consilia: uidebaturq; nullos sermones audire libentius. Oblatum est deinde iuuenibus maius infortunium, calumnijs nunquàm cessantibus, & omnibus certatim aliquid mali de eis ad regẽ deferentibus, scilicet incolumitatis eius studio. Erãt Herodi duo satellites, Iucundus & Tyrannus, grati illi propter robur ac proceritatẽ corporũ: hi propter quandam offensam pulsi è regia, & inter equites Alexãdri stipatores recepti, quòd essent exercitatissimi honorabãtur pecunijs aliisq; muneribus. Mox igitur rex de his etiam suspicione cõcepta, tormenta eis admouit. Ergo post toleratos diu cruciatus, tandem aiunt se solicitatos ab Alexandro, ut inter uenandum Herodem feras persequentem interficerent: facilè enim confingi posse, præcipitatum eum ab equo suismet telis transfixum esse, nam & antè penè simile quiddam ei acciderat. Simulq; indicauerunt aurum defossum in

equor

equorũ ſtabulo, & præfectum uenatorũ arguebant, quòd eis præbuiſſet lanceas regias, & arma, ipſo iubente, Alexandri famulis. Poſt hos præfectus arcis Alexandrij correptus ſimiliter examinatus eſt : huic obiectũ eſt quòd eos intra caſtellũ reciperet, polliciturq; eis eſſet pecuniam regiam ibi reconditam. Sed illo pernegãte filius eius accedens, uera eſſe dixit omnia : protulitq; referentes manũ Alexandri literas in hãc ſententiam. Quamprimũ Deo fauẽte perfecerimus quæ decreuimus, ad uos ueniemus : curate igitur ut quẽadmodum eſtis polliciti, nos in caſtellum recipiatis. His literis uiſis, Herodes poſthac pro indubitato habuit, paratas ſibi à filijs inſidias. Alexãder autem dicebat Diophantũ ſcribam imitatũ ſuum characterẽ, eſſeq; Antipatri malitia excogitatũ illã ſchedulã. Diophantus enim habebatur magnus taliũ artifex, & pòſt in ſimilibus deprehẽſus dedit ſuppliciũ: eos uerò q torti ſunt rex apud Hierichuntẽ produxit ad populum, ut accuſarent filios, ubi ſaxis ſunt obruti: cumq; uulgus concitũ pœna Alexandrũ cum fratre uellet afficere, Herodes per Ptolemæũ & Pherorã eos cohibuit: & iuuenes in carcere aſſeruãdos tradidit : eò nemo admittebatur, adhibitis qui exploraret eorũ dicta & facta omnia: iamq; pro condemnatis habebantur, tum aliorum opinione, tum ſua: eorũ alter Ariſtobulus præ anxietate etiam amitã ſuam ac ſocrum admiſeras

miſerationem præſentis calamitatis, eiusq; autoris odium inuitans. An non tibi quoq;, inquit, periculũ imminet, delatæ & ſpe nuptiarum Syllæo de omnibus quæ hic fiunt per literas ſignifices. Quæ uerba mulier ſtatim fratri retulit: ille nõ amplius ſe continẽs uinciri eos iubet, & ſeorſum quẽq; quid contra patrẽ moliti ſint ſcripto prodere. Hoc iuſſi facere, ſcripſerunt, inſidias quidẽ nec paraſſe ſe, nec cogitaſſe: ſed conatos fugere, quod non poſſent amplius ad hunc modũ ſuſpecti & ſoliciti uiuere. Eodẽ tempore cũ uenisſet è Cappadocia ab Archelao legatus Mela unus è dynaſtarum illius numero, nolens Herodes declarare eius maleuolẽtiã, accinit ad ſe Alexandrũ è uinculis: & rurſum interrogauit de fuga, quônã & quomodo decreuiſſent diſcedere. Ad Archelaũ, ille reſpõdit, pollicitum & inde Romã mitteret. Caterũ cõtra parẽtẽ nihil durius aut parũ pietati cõueniẽs ſe machinatos eſſe, neq; quicq̃ ueritatis ineſſe cõfictis aduerſariorũ criminationibus. cupiuiſſe etiã ut Tyrannus cum ſocijs examinaretur cautius: ſed illis approperatam mortẽ per Antipatrũ, qui admixtis ſuis uulgũ in eos cõcitauerit. His dictis rex iuſſit & ipſum & Melã duci ad Glaphyrã Archelai filiã, ut interrogaretur, num ignoraſſet paratas Herodi inſidias. Quò ut uentũ eſt, cõtinuò mulier uinctũ conſpicata maritũ, caput ſibi plangẽs, & præ miſeratione attonita

clarè ingemuit: inueni quoq; manãtibus lacrymis, qui aderant miſerabili hoc ſpectaculo turbati. diu nihil mãdatorũ poterãt uel dicere uel facere. Tandem Ptolemæo, cui cõmiſſus erat iuuenis, iubente dicere, num & uxor ſuerit conſilij conſcia: Quî potuit, inquit, non eſſe, carior mihi uita, & parẽs liberorũ cõmuniũ. Ad hæc illa exclamauit, nullius mali ſe eſſe conſciã: q ſi id aliquid ad ſalutẽ eius cõferat, paratã ſe mentiri uel in ſuã pernicieẽ, & nihil omnino negaturã. Tum Alexander, impiũ quidẽ, ſicut ſuſpicantur quos minime oportuit, nihil nec ego cogitaui, nec tu es cõſcia: ſed quòd ad Archelaum abire, & inde Romã, decreuimus. Hoc et illa faciente, Herodes ratus conuictũ à ſe Archelaũ malæuolẽtia, dedit Olympo & Volũnio literas, iußis ut inter nauigandũ appellerent ad Elenſam oppidũ Ciliciæ, & Archelao ſcripta de his redderent: & poſt expoſtulationẽ q filijs conatuũ fuiſſet particeps, Romã inde nauigare pergerẽt: & ſi inuenerint à Nicolao placatum Cæſarẽ, redderent ei literas, & argumenta quæ ad conuincendos iuuenes ſcripta mittebantur. Igitur Archelaus pro ſe attulit, uoluiſſe quidẽ excipere iuuenes, quòd id & ipſis & patri eorũ putaret utile, ne quid ob ſuſpiciones et diſſidia durius in eos ſtatueret: non tamẽ miſſurũ fuiſſe ad Cæſarẽ, nec confirmaturũ eos in malæuolentia: Romã antẽ delati inuenerũt iam Herodi

rodi reconciliatũ Cæsarem, eiq; literas reddiderunt. Nam Nicolai legatio ad hunc modum se habuit. Quamprimũ Romam uenit & in palatium, præter ea mandata quæ habebat, Syllæum accusandũ suscepit: animaduerterit enim dissidere inter se Arabas, quorũ aliquot eius omnia facinora indicauerũt, & hoc autore necatos plerosq; cognatos Obodæ manifestè coarguerũt ex ipsius literis interceptis per aduersarios. Quæ fortuita occasione Nicolaus uti nõ neglexit, studẽs Herodem reducere in gratiã Cæsaris. Sciebat enim si defensionẽ regis ordiretur, difficilem se habiturum iudicẽ: quòd si accusaret Syllæũ, non defore occasionem pro suo rege satisfaciendi. cõtestata igitur lite, & præstituta ad agendũ die, Nicolaus assistentibus sibi Areta legatis acriter accusauit Syllæũ, interfectorẽ asseuerans domini ac regis sui multorũq; Arabũ, pecuniã etiã mutuatum ad perturbandam quietem publicam, matronasq; arguens corrupisse tam Romæ quàm in Arabia: addidit his grauissimũ crimen, circũuentum mendaciis eius Cæsarem, quem nihil ueri de gestis ab Herode docuerit. Ad hunc occasionis locũ postquam uentum est, Cæsar interlocutus iussit eum omissis cæteris hoc tantum de Herode dicere, an non exercitum in Arabiã duxerit, neq; duo milia & quingentos illic interfecerit, neq; captiuis abductis regionẽ depredatus sit. Ad hæc Nico- XII.

lam, de his se uel maximè ait docere posse, nihil horũ aut certè minimã partẽ ita se habere, quẽadmodũ ab illo relata sint, neq; ullã mereri indignationẽ. His præter opinionẽ auditis cũ Cæsar attentius auscultaret, ille primùm indicauit ei de D. *talẽtis mutuo sumptis, deq; syngrapha in qua ascriptũ erat, licere post elapsum præstitutũ tempus pignora ex uniuersa regione capere: deinde, non expeditionẽ hostilem hãc fuisse, sed exsecutionẽ iuris & repetitionẽ debiti: idq; non properè actũ quanquã permittente syngrapha, sed appellatis prius sæpe de hac re Saturnino & Volumnio Syriæ præsidibus: postremò apud Berytũ in horũ præsentia Syllæo per Cæsaris fortunã iurato, omnino intra triginta dies exhibiturũ se & pecuniã, et Herodis perfugas: & cùm horum nihil Syllæus præstitisset, aditos rursum præsides Herodi permisisse pignora capere, atq; ita demũ illum profectũ in Arabiã: Hoc est, inquit, illud bellũ quod aduersarij tam tragicè exaggerauerunt: quod tamen quî potest bellũ uocari, permissu præsidũ, & ex pacto illatum post periurio uiolatos tum alios deos, tum in primis nomen Cæsaris? restat de captiuis iam dicere. Latrones Trachonitæ* X L. *primum, mox plures, fugiẽtes Herodẽ metu supplicij, receptaculũ sibi fecerunt Arabiã: hos Syllæus fouit et aluit in omniũ hominũ iniuriã, agrosq; eis dedit, & prædarũ fuit particeps: quos tamen ipsos*

eod

eodem iureiurando tenebatur restituere cum mutuatitia pecunia ad præscriptũ terminũ: nec potest ostendere quenquam præter hos captũ in Arabia: immo ex his ipsis aliquot euaserunt. Nunc confutata etiã de captiuis inuidiosa sycophantia, audi Cæsar mendacissimũ figmentũ quod ad prouocandã iram tuam cõmentus est. Affirmo enim q cũ Arabũ manus nos inuasisset, & unus atq; alter è nostris cecidisset, tum demũ Herodes repugnare coactus Nacebũ, & cum eo XXV. non amplius cecidit, quorũ singulis centuplicatis iste bis mille & quingentos cecidisse retulit. His motus Cæsar, uultu irato ad Syllæũ uersus, rogauit quot Arabes ea pugna desiderati sint. Hæsitante illo, & erratũ in numero fatẽte, lectæ sunt syngraphorũ cõditiones, & rescripta præsidũ, literaq; urbiũ cõtinẽtes querelas de latrocinijs. Ad ultimum eò res deuenit, ut Cæsar dãnato capitis Syllæo, Herodẽ in gratiã receperit: & pœnitẽs q calũnijs permotus durius scripsisset, hoc quoq; Syllæo opprobrauerit, illius mẽdacijs impulsum se discessisse ob officijs amicitiæ. In summa, remisit eum in prouinciã, ut postq̃ satisfeciisset creditoribus, daret supplicium. Caterũ Aretæ indignari pergebat, q regiã dignitatẽ ac potestatem usurparet, priusquã à se acciperet, uolebatq; Arabiã quoq; Herodi tradere: sed hoc consiliũ mutauerũt reddita ipsius litera. Olympus enim & Volumn

lumnias cognito placatũ esse Cæsarẽ, mox ita ut mandatũ erat obtulerũt ei literas, cõtinentes argumenta quibus filios impietatis conuicerat: quibus lectis nisum est nõ onerare insuper alio regno senẽ, & infortunatũ circa filios: admissisq; legatis Areta, & hactenus obiurgatis q rex eorũ temerariè principatum sumpsisset, nõ expectata sua sententia, admisit munera, & regnũ ei autoritate sua cõfirmauit. Post hac Herodi iam reconciliatus scribit, dolere se uicẽ eius, qui tales haberet filios, debereq; eũ, si quid cõtra pietatẽ ausi sint, ut in parricidas animaduertere, se enim liberã ei potestatẽ permittere: q si tantũ fugã meditati sint, ipsum quoq; salua pietate oportere leni castigatione contentũ esse: quare suũ cõsiliũ esse, ut indicto cõsistorio apud Berytum Romanorum domiciliũ, & adhibitis præsidibus cum rege Cappadocum Archelao, amicisq; ceteris & uiris illustribus, de cõmuni sententia quid statuendum sit dispiciat: atq; hoc fuit argumentum epistolæ Cæsaris.

Herodis filii damnantur apud Berytum in concilio. **CAP. XVII.**

XIII. *QVa accepta Herodes supra modũ gaisus est, tum q redijsset in gratiã, tu propter coecessam sibi statuendi de filijs potestatẽ liberã: & nescio quo pacto accidit, ut qui prius in secũda fortuna durus quidẽ pater fuerat, nõ tamẽ temerarius aut præceps ad filiorũ interitũ=*

nunc

nunc rebus ſuis in melius mutatis; & recepta priſtina fiducia, nouo more laxauerit habenas odijs. Ergo conuocat per nuntios quotquot miſſum eſt Cæſari, uno Archelao excepto, uel quòd hominẽ oderat, uel quòd uereretur ne obſiſteret ſuo propoſito: & poſtquã Bergium cõuenerant eũ præſides, tum ceteri exciti è diuerſis urbibus, filios quidẽ, quos adducere in concilium noluit, in Platanis uico Cidoniorũ detinuit, non longe ab urbe, ut poſſet eos ſi uocarẽtur ſiſtere: ipſe uerò ſolus introgreſſus, eorum cõfeſſu CLi uirorũ, uſus eſt excuſatione non tam propter infortuniũ & neceſſitatem miſerabili, quàm patri parum decora. Vehemens enim erat, & in corrigendo crimine hæſitans nõ ſatis ſe explicabat, multúq; furoris ac feritatis præferebat indicia: nec probationes exhibebat cognitoribus, ſed aduocatos ſibi eos adimpebat indecore pater uẽra filios, literaq; ab ipſis ſcriptas legebat: in quibus nihil inſidiarum aut impietatis inerat, ſed tamũ de incerta fuga conſilium, & conuitia ſigna offenſi animi: ad quæ poſtquam ille peruenit uociferabatur quaſi in cõfeſſis inſidijs, remq; exaggerabat, deieratis mori ſe malle quam audire talia. Poſtremò dicens ſibi & à natura & à Cæſare poteſtatem in eos datam: addidit etiam puerilem legẽ ita iubere, ut ſe cui accuſato parentes manus imponant capiti, neceſſe habeant eis omnibus ſaxis eum ferire,

atq; in hunc modũ interficere: quod eũ sibi prõptum sit in patria & suo regno facere, tamen expectare se illorũ quoq; calculos. Venire se tamen ad eos non tam ut iudicent filios in manifestißima culpa deprehensos, quàm ut per occasionẽ indignationi iustæ parentis suum addant suffragiũ, & exemplum edant ad posteros, non oportere tales insidias negligi. Hæc locuto rege, & iuuenibus ne ad dicendam quidem causam adductis, qui erant in cõsilio uidentes rem eò deuenisse, ut nulla sit spes reconciliationis & gratiæ, potestatẽ eius confirmauerunt. Et primus Saturninus uir consularis, multisq; defunctus honoribus, protulit sententiam moderatam circumstantijs, damnare se quidem Herodis filios, non tamen censere interficiendos, quòd & ipse filios habeat, & Herodem præteritis infortunijs hoc maximum nolit adijcere. Post illum ipsius tres filij, qui legati patris erant, eandem sententiam tulerunt. Contrà Volumnius capite plectendos pronunciat, qui tam impij erga parẽtes fuerint: quem deinceps maior pars secuta est, ut omnino uiderentur addicti ad supplicium. Moxq; inde Herodes Tyrum eos secum duxit: quò cùm Nicolaus appulisset à Roma ueniens, rex prius expositis quæ apud Berytũ acta fuerant, percontatus est quid Romæ amici sentirẽt de eius filijs. Ille respondit uideri consilia iuuenum impia, conijcieõdosq; uinctos in carcerem: deinde

deinde penſitato diligentius negotio, ſi ita uideatur, occidendos, ne putetur plus iræ, quàm rationi tribuere. ſin cõtrariũ placeat, abſoluẽdos, ne aliquid committatur immedicabile: eam eſſe Romæ plerorumq; amicorum ſententiã. Tum rex diu multumq; tacitus ſecum cogitauit, & illum ſecũ nauigare iuſſit. Poſtquã autem Cæſaream uentũ eſt, mox omnes fuerũt de filijs ſolliciti, euentũ expectantes: ualde enim metuebãt ne propter inueteratum diſſidium immineret eis exitium: cumq; dolerent eorum uicem, tamẽ nec loqui temerè, nec audire dictũ aliquod liberius uacabat periculo: ſed in ſinu miſericordiã celantes, taciti dolorem diſſimulabant. Vnus omniũ uetus regis mules nomine Tiro, filiũ habẽs Alexandri æqualẽ & amicum, quicquid alij quieti occultabant, ipſe liberè eloquebatur, & ſæpe exclamare cogebatur in turba, periſſe ueritatẽ & iuſtitiã in rebus humanis, & pro his regnare cũ mendacijs malitiã: eoq; tantã caliginem inductã negotijs, ut ne grauiſſima quidem errata ſua homines animaduerterent. Hæc loquẽdi libertas quamuis nõ abeſſet à periculo, omnes tamẽ mouebat, q̃ non ſine ratione fortiter ſe gereret tali tẽpore: libẽterq; hæc audiebãt ſinguli, & cũ ſibi caueremus ſilẽtio, eius tamen non improbabãt licentiã: nam tãti mali exſpectatio potuiſſet à quouis cõmiſerationis uoces exprimere. Ille uerò etiã ad regẽ magna libertate ſe

ingerens, postulauit solus cũ solo colloqui: quod ubi cõcessum est: Nõ possum, inquit, ô rex diuinius ferre hãc anxietatẽ animi, quæ me cogit audaces uoces, et mihi periculosas pmere: sed tibi, si uelis, utiles. Vbi nũc est tua mens? ubi animus ille semper hactenus quãtumuis arduis par negotijs? quæ nã hæc est tanta amicorũ ac cognatorũ penuria? neq; enim tibi hos cognatos aut amicos existimo, qui tantũ seclus sustinent in quondã felici regia. Quid tu? quid agatur non dispicies? occidesne duos iuuenes è regina uxore susceptos, & in omni uirtute eximios, teipsum hac ætate cõmissurus uni filio alẽti spes improbas, et cognatis quos ipse toties iudicasti dignos supplicio? An nõ animaduertis tacitũ uulgus simul & tuũ errorẽ dãnare, & miserari calamitatẽ iuuenũ? adhæc tũ militaris turba, tum ipsi duces illis cõpatiũtur, & execrãtur autores huius infortunij. Hæc primò sat æquis auribus accipiebat rex, admonitus tam suæ calamitatis, quã domesticorũ perfidiæ. Sed illo immodestè ac militariter instante, & per simplicitatẽ non habente rationem temporis, turbatior iam & opprobrationem hanc magis quã admonitionẽ amicam existimans, scisciatus quinã essent illi ægreferentes duces aut milites, nominatim indicatos omnes cum ipso Tirone uinctos iussit seruari in carcere. Huius facti occasione Tryphо quidam tonsor regis accedens eũ ait, se non

semel

semel à Tirone solicitatum, ut inter curandum guttur ei nouaeula praecideret, ostentata spe magnorũ munerũ, & primi loci inter Alexãdri amicos. Hac locutũ iubet corripi: moxq; tortus est & tonsor & Tiro cũ filio: qui uidẽs patrẽ seuissimè tractatũ, obstinatè cruciatus perferre, nec tamẽ superesse ullã spem salutis ex crudelitate regis conijciens, ait se indicaturum ueritatem, si tormenta sibi ac parenti remitterentur: acceptaq; in hoc fide, dicebat cõueniisse inter eos ut Tiro sua manu regem interficeret: patere enim ei aditũ soli ad solũ, atq; ita perpetrato facinore libenter quiduis passurum in Alexandri gratiã. His dictis patrẽ exemit cruciatibus, incertum ueritate expressa, an ut se ac genitorem hoc pacto à diuturniore uexatione redimeret. Herodes amẽ eiecta ex pectore omni siqua prius inerat dubitatione de filiorũ supplicio, nec ullũ relinquens locũ resipiscẽtiæ, properauit exsequi suum propositum: & productis in concionẽ srecentis ductoribus militũ, unà cũ Tirone ac filio: tõsoreq; indice, omnes accusauit apud populum: in quos multitudo quicquid ad manũ ueniret conijciens, ad unum eos interfecit. Alexander autem & Aristobulus ducti Sebasten, ibi iussu patris sunt strangulati: & corpora eorũ in Alexandriũ recõdita sunt, ubi materinus eorũ auus & pleriq; ex progenitorũ serie sui sunt. Et fortasse alicui mirum non uidebitur

debitur, coelitum tanto tẽpore odiũ adeò excre uisse, ut modum excedẽs ipsam naturã uicerit. Illud meritò dubitari poßit, in adolescẽtes ne ea culpa conferenda, qua patrẽ longo tẽpore exasperatum tandẽ in odiũ coniecerint immedicabile: an in ipsius duritiã, & cupiditatẽ tam gloriæ quàm dominationis immodicã, qui nullum ferret socium, malens omnia suo arbitratu facere: an potius in fortunã, cuius potentiæ nullis humanis rationibus resistere licet, ne sapiẽtißimis quidẽ. Vnde persuasum habemus eam omnes humanas actiones præsanxisse, ut necessario consequãtur: eamq; nim fatum uocamus, quòd nihil sit quod illa non efficiat. Sed hunc sermonẽ ut arduũ leuiter attigisse sufficiet, qui & nostris studijs nonnihil tribuit, & uarietates eius actionũ causas examinat: qua quidẽ cõtemplatio iam olim inclusa est legis nostræ uoluminibus. Cæterùm ex duabus reliquis causis quod ad filios attinet, accusare quis posset eorũ immenisem arrogantiam, & fastum regiũ, q̃ nimiũ tribuerint patris calumniatoribus, & in acta eius ac nitam parum æqui inquisitores fuerint, maliciosè suspicaces, & linguæ tẽperare nescij, ac per hoc geminas ansas præbentes suis obseruatoribus, & ad ineundam regis gratiã delatoribus. Patris autem planè pudendus error est & inexcusabilis, q̃ neq; insidiarũ structarum connictos, neq; ullis huius conatus argumentis

depr

deprehensis, permisit sibi ex se genitos interficere, egregio corpore iuuenes, nec apud suos solum gratiosos, nõ in uenationibus segnes, nõ in militaribus exercitijs contemnẽdos, aut ciuilibus facundiæ studijs: horum enim omnium non erant rudes, præsertim Alexander natu grandior. Satis erat, etiamsi damnare libuisset, aut uinculis eos cohibere, aut procul à regno ablegare, cùm securum faceret Romana potentia, sub cuius tutela positus ne apertam quidẽ uim, adeò non insidias, extimescere debuerat. Nunc tam cito eos occidere in impotentis affectus gratiam, quid aliud est quàm argumentum impiæ licentiæ: maximè cùm esset ea ætate, in quã excusatio ignorantiæ uel imperitiæ non competit: neq; enim mora & dilatio facit eum excusatiorem. Minus enim peccatum erat, attonitum nouo aliquo casu, irritatum esse ad atrocius facinus: post longas uerò cunctationes & deliberationes, postremò tale quippiam aggredi & perpetrare, sanguinarij animi est & obstinati in deterius: qualem sibi esse etiam postea declarauit, nec reliquis parcens qui antè uidebantur charissimi: qui tametsi minus miserabiles erant, quòd meritò perirent, tamen sæuitiam arguebant similem, nec ab illorum temperantem sibi cædibus: quæ de re dicturi sumus in sequentibus.

FLAV

FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XVII.

De Antipatri Herodis filii malitia. CAP. I.

ANTIPATER autem ſublatis fratribus agitatus diris, gradu iam ad extremam cõtra patrem impietatẽ facto, nondum improbæ ſpei ſatisfaciebat & in futurum auide. Liberatus enim æmulorum metu, qui poſſent in principatus ſocietatem uenire, in aliam maiorẽ difficultatẽ parandi ſibi regni incidit, uidelicet odium quo populariter inuiſus erat omnibus: huc accedebat quod illũ magis etiã haberet ſolicitũ, alienati militũ animi, à quibus pẽdebat regũ ſecuritas, ſi quando gens ipſa uideretur nouarum rerũ cupida: quæ mala ſuamet culpa ſibi germanis oppreſſis conciliauit: & tamẽ haud aliter quàm rex cũ patre adminiſtrabat res Iudæorũ, credente ſe Herode eius fidei, & id factũ quo ſupplicium meuebatur, interpretante argumentũ benenolẽtiæ, quaſi ſaluti regis cõſulens illos prodidiſſet, non morem gerẽs odio quo tam illos quã patrẽ proſequebatur: quandoquidẽ & illos propter patrẽ oderat totus inſeſſus furijs: dabatq; operam ut nulli eſſent qui inſidias eius detegerent, aut ad quos poſſet Herodes aperta ui petitus refugere:

gere: ſed tum longe magis ſtimulabatur cœptos conatus perſequi. Nã eo defuncto proponebat ſibi certũ imperiũ: q ſi diutius uitã protraheret, periculum uidebat ne proditis aliquo modo ſuis technis patrẽ haberet infenſiſſimum. Ideo nullis parcebat ſumptibus in demerẽdis paternis amicis, hominũ odia beneficijs nolẽs obruere, præcipuè quotquot Romæ erant magnificentiſſimis muneribus ſibi cõcilians, et ante omnes Saturninũ qui tum Syriæ præerat. Spes etiam erat fratrẽ ipſius corrũpi poſſe donorũ magnitudine: pariterq; regis ſororẽ, nuptã uiro inter amicos regis primario: erat enim callidiſſimus ad deuinciẽdos per beneuolentiæ ſpeciẽ hominũ animos, & diſſimulandi odij ſummus artifex. Non tamẽ fallebat amitã, quæ iam ante perſpectum habebat eius ingeniũ, nec decipi poterat, & ideo machinis omnibus occurrebat eius malitiæ: quãuis filiã habebat nuptã eius auũculo, quã ipſe Antipater poſt Ariſtobuli mortem ei iungendam curauerat. Nam alteram mariti matris filius Calleas uxorẽ duxerat: ſed nec affinitas hæc effecit quo minus cognoſceretur eius malitia, ſicut nec prior illa conſanguinitas exeinguere meritũ odiũ potuit. Salomẽ autẽ adamato Sylleo cupientẽ nubere, Herodes cõpulit ad Alexæ coniugiũ, adiuuante Iulia, & ne recuſaret perſuadẽte, ne aperte inimica fratri fieret, iurato ni cõſenſum præberet alienatur ũ ſe

ab

ab ea benenolentiã: quare illa paruit autoritati uxoris Cæsarea, alioquin etiã utile danti consilium. Per idẽ tempus remissa est ad patrẽ Cappadocum regis Archelai filia, quondam uxor Alexãdri, reddita etiã dote ex fisco regio, ne-
II. quid ea de causa exoriretur cõtronersia. Ipse antẽ filiorũ liberos educabat magna diligentia. Alexander enim è Glaphyra duos mares susceperat, Aristobulus è Bernice Salomes filia tres, & duas fœminas. Eos aliquãdo præsentibus amicis cõmendans, et filiorũ deplorans infortuniũ, Deũ precatus est nequid simile contingeret eorũ liberis: sed potius uirtutibus cũ ætate auctis, gratiã sibi nutricationis reponerẽt: desponsauit etiã futuras adultis uxores, maiori ex Alexandri filijs Pherora filiã: Aristobuli uerò filio filiã Antipatri: & eiusdem filiã itidẽ Antipatri filio: alterã autẽ filiã, Herodi suo filio, nato ex filia põtificis. Mos enim nobis est patrius, plures simul uxores habere. Hæc cõnubia rex procurauit miseratione pupillorũ, per affinitatẽ Antipatrũ ad caritatẽ eorum inuitans. Sed ille eundẽ erga pueros animũ obtinuit, quẽ erga parẽtes ipsorũ habuerat: solicitatus etiam regis circa eos cura, ne forte adulti officerent suæ potẽtiæ, Archelao quoq; rege adiutãte nepotulos, & Pherora tetrarcha accipiẽte pupillarũ alterã filio suo coniugẽ. Eodẽ incitabatur propter studia populi, miserãtis orbatos parentibus

tibus, & ipſum autorem eius calamitatis odio proſequẽtis, & parati aliquãdo per occaſionem detegere eius erga fratres maleuolentiam: quapropter machinabatur de hoc negotio decreta patris irrita facere, agre laturus ſi deberet eos habere poteſtatis participes: flexitq; Herodem precibus ut ipſi filiã Ariſtobuli ducere permitteret: ex filio ſuo Pherora filiã: itaq; prater eius ſententiã mutata ſunt pacta cõnubialia, Rex autem eodẽ tẽpore nouẽ uxores habebat: una erat Antipatri mater, altera ſummi põtificis filia, ex qua puer natus eſt patrẽ nomine referẽs: erãt inter has & fratris filia, & cõſobrina, ſed ſteriles: praterea Samaritis una, & ex ea liberi Antipas & Archelaus, & Olympias filia, quã poſtea duxit regis fratruelis Ioſephus. Archelaus autẽ & Antipas Rome apud priuatũ quendã amicũ educabatur: ex Cleopatra etiam Hieroſolymitana Herodẽ genuit & Philippũ, qui & ipſe Rome educabatur: ex Pallade autẽ Phaſaëlũ: ex Phadra itẽ & Elpide filias habuit Roxanã & Salomẽ. Maiores autẽ natu filias, Alexandri ex eadẽ matre ſorores, quarũ coniugiũ Pheroras contẽpſerat, alterã Antipatro ſororis ſuæ filio collocauit, alterã Phaſaëlo fratris ſui filio. atq; hæc fuit Herodis ꝓgenies.

De Zamari Iudæo Babylonico. CAP. II.

VOlens deinde à Trachonitis tuta eſſe omnia, nicũ Iudais magnitudine urbis decreuit

ereuit in eius regionis medio cõdere, qui et suis esset præsidio, & unde hostes facilius ex propinquo posset inuadere. Cumq; intellexisset forte fortuna uirũ Iudæũ è Babylonia cũ quingentis equitibus sagittarijs & centũ firmè cognatis Euphrate traiecto circa Antiochiam quæ sita est ad Daphnen degere, ubi à Saturnino præside Valathã castellũ ad habitandũ acceperat, accersiuit eũ unà cũ suis, pollicitus ei agros in præfectura Batanea, quæ Trachonitidi confinis est, ut ibi opponeretur infestatoribus: omniũ etiam tributorũ ac uectigaliũ immunitatẽ promisit tam agris quã hominibus. His cõditionibus allectus Babylonius uenit, acceptoq; agro castella ibi condidit, & uicũ nomine Bathyram. eratq; hic uir pro obice cõtra Trachonitas indigenis, simulq; Iudæis à Babylone Hierosolyma religionis ergô petẽtibus, quo tutiores essent à latrocinijs: multiq; undiq; ad eũ confluxerũt Iudæi obseruatores legis patriæ: & facta est ea regio ualde populosa propter immunitatem, quæ illis mansit Herode incolumi. Philippus deinde qui successit, pauca et nõ diu ab eis exegit: porrò magnus Agrippa & eodẽ nomine filius, licet multis grauatos exactionibus, libertate tamen frui permiserunt: quibus succedentes Romani & ipsi grauibus tributis eos opprimunt, sed salua libertate: de quo aliàs suo tẽpore dicemus prolixius. Zamaris antẽ Babylonius,

nius, qui hãc regionẽ possidendã accepit ab Herode, exacta cũ uirtute uita, moritur egregijs liberis superstitibus, & in his Iacimo equite insignis fortitudinis, qui cũ ala Babylonia reges stipare est solitus: is in extrema senectute decedens filiũ reliquit Philippũ, uirũ manu prõptũ, & uirtuti si qs alius deditũ, regiq; Agrippæ ob hæc gratũ & amicissimũ: q ab eo uniuersis suis copijs exercẽdis ac ductãdis est præpositus.

Antipatri contra Herodem insidiæ. CAP. III.

CEterùm in eo rerũ Herodis statu quẽ diximus, omnia pendebant ab Antipatro, postquã semel prospiciẽdi suis cõmodis potestatem accepit à patre, bene sperante de fide ipsius ac beneuolentia: qua tamen potestate ille audacius abutebatur, callidè tegẽs suã malitiã, & in omnibus facile fidem à parẽte impetrãs: eratq; omnibus formidabilis ob uersutiã magis etiã, quã ob potentiam. Sed præcipuè Pheroras illũ colebat, & ab eo uicissim colebatur, circũuentus à mulieribus Antipatro fauẽtibus: obnoxius enim erat Pheroras & uxori & socrui & sorori, quamuis exosas eas haberet propter iniurias illatas filiabus suis uirginibus: attamẽ ferendæ erant, & absq; illis nihil facere poterat, res eius pernestigantibus, & mutuo se inuicem adiuuantibus: quibus etiam Antipater erat deditissimus, tum per se, tum per matrem: nam hæ quatuor mulieres cõsentiebãt in omni-

bus. Sed Pherora cum Antipatro propter leues quasdãres non satis cõueniebat, diuellente eos regis sorore: qua iamdudum explorabat omnia, sciens eos in regis tantum perniciem conspirare, & parata rei eius indiciũ facere: qui ut cognouerunt mutuam suam amicitiã suspectam hoc nomine regi & inuisam, hoc contrà excogitauerunt, ut non congrederẽtur in propatulo, fictisq; conuitijs simularent dissidium, maximè presente Herode, aut alio quopiã qui ei renuntiaturus id uideretur: clàm autẽ alerẽt & confirmarent mutuam beneuolentiam: atq; ita etiã fecerunt. Hoc autẽ Salomen non latuit, nec cùm primò excogitatũ est, nec postea cùm cœpit fieri: omnia enim peruestigabat, moxq; ad fratrẽ affingẽs aliquid deferebat, uidelicet occulta eorum conuenticula & clãcularias consultationes, mirũ ni euasura in ipsius perniciem, si maturè sibi nõ prospiceret. In aliorũ enim cõspectu dissidentes & iactãtes inter se conuitia, celare amicitiã: deinde quando soli sint consentire, dubio procul conspirantes in eos quibus occultam uelint esse suã amicitiã. Hæc illa & peruestigabat diligẽter, & ad fratrem mox deferebat, iam & per se nonnihil intelligentẽ, sed cohibẽtem se adhuc, quòd suspectũ haberet etiã sororis procliue ad calumnias ingeniũ. Erat enim quædam Iudæorũ secta exactiorem patriæ legis cognitionẽ sibi uindicans, quibus tanquã Deo ut uid

ut uideri nolebant caris, addictũ erat hoc mulierum ſodalitium. Hi Phariſæi uocantur, genus hominum aſtutum, arrogans, & interdũ regibus quoq; infeſtũ, ut eos etiam aperte impugnare nõ uereatur: nam eũ tota gens Iudæorum fidem ſuam iureiurando obligaſſet regi et Cæſari, hi ſoli nõ iurauerunt, excedentes ſex milium numerũ: quibus hoc nomine à rege mulctatis, Pherora uxor pro eis mulctã perſoluit: cui reponẽtes gratiã quoniã credebantur futura præſcire ex Dei colloquijs, prædicebãt, decretum eſſe Deo regnũ ablatũ ab Herode & eius progenie, transferre in ipſam & maritum Pheroram ac communes liberos. Sed hoc quoq; regi per Salomẽ innotuit, et quòd aulicorũ quoſdam ſolicitarent muneribus atq; corrumperẽt: qua in culpa Phariſæorum aliquot deprehenſos interfecit, præcipuos autores huius conſilij, cumq; his Bagoam eunuchũ, & ſuas delicias Carum, præſtantiſſimæ formæ gratia ſibi commendatum: & præter hos quoſcũq; è domeſtica familia cum Phariſæis conſpiraſſe ipſorum indicio compererat. Nam Bagoas in eam ſpem ſublatus erat, quaſi parens & benefactor appellandus regis, quem deſtinarent uaticinia. proſperè enim ceſſura nouo regi omnia, conſtabiliendo ſucceſſione prolis legitimæ. Herodes IIII.
porrò conuictis Phariſæis ac ſupplicio traditis amicorũ conſilium aduocat, & apud eos Phe-

rore uxoris accuſationem inſtituit, quòd ipſius impulſu frater conditionẽ regiarũ uirginũ ſprenerit: id crimẽ ad ſuam etiam iniuriã pertinere affirmãs, quòd mulier ruptis legibus naturæ inter fratres ſerat diſſidia quibuſcũq; ualeat tam uerbis quàm operibus: mulctam quoq; cõtumacibus à ſe impoſitã illius perſoluram eſſe impendijs. & in ſumma conſciam eſſe totius recentis conſpirationis. Rectè igitur facturũ Pheroram, ſi non expectatis fratris precibus ſponte talẽ mulierem ableget, fratres inter ſe cõmittentem mutuis odijs: quandoquidẽ ei aut huius uxoris iactura facienda ſit, aut fraterna coniunctionis ac beneuolẽtiæ, nec niſi illa reiecta manſurũ ſit integrũ germanitatis uinculum. Pheroras autem quamuis uehementi regis oratione grauaretur, tamẽ aiebat ſe & fraternæ pietatis iura perſancte culturum, & à coniugali caritate haudquaquam diſceſſurũ: emoriq; ſe malle, quàm ſine dilecta uxore uiuere. Tum Herodes licet graui ſe iniuria exiſtimaret affici, iraſci tamẽ fratri diſſulit, cõtentus Antipatro & eius patri interdixiſſe Pheroræ cõſuetudine, & uetuiſſe mulierum regiarum conuẽticula. Illi facturos ſe iuſſa regis polliciti, per latentes quoties dabatur commeſſationes cõueniebant, præcipuè Pheroras & Antipater: quin rumor erat Pherorã uxorem cum Antipatro quoq; ſtupri habere conſuetudinem, conciliante patre ipſius Antipatri.

Herod

Herodes Antipatrum mittit ad Cæsarem. CA. IIII.

QVapropter ſuſpectum habens patrem, & ueritus ne ulterius ſerpendo eius odia ad ſe quoq; perueniret, ſcribit amicis Romæ degentibus rogans admoneant Herodē per literas, ut quàm primum ſe ad Cæſarem mitteret. Quo facto Antipatrū Herodes miſit cum preciſſimis muneribus et teſtamēto, in quo ipſum Antipatrum regem declarabat, aut ſi ille prior uitæ decederet, Herodem natū ſibi è filia ſummi pontificis. Eodem tēpore etiam Syllæus Arabs Romam profectus eſt, non factis imperatis Cæſaris: quem Antipater eorundem criminū reum egit apud ipſum Cæſarē, quorū Nicolaus antea: accedebat & alter accuſator Aretas, multorū honoratorū cædes apud Petram ſe inuito patratas obiiciens, maxime Sohemi hominis in omni uirtute præſtantiſſimi: quin & Cæſaris ſeruum Fabatum ab illo interfectū fuiſſe ob talem quādam cauſam. Erat in ſatellitio Herodis Corinthi, cui fidei rex plurimū tribuere ſolitus eſt. Hunc Syllæus pecuniis corruptū eò pduxit, ut ei regis ſui cadē ſit pollicitus. Hoc ubi Fabatus ex ipſo Syllæo cognouit, regi mox indicauit: qui è Corintho confeſſionē extorſit cogitati facinoris, diligenter ex eo perſcrutatus omnia: ſimulq; duos Arabas ab eodē ſatellite inſimulatos cōprehendit, alterum uirū principem, alterū Syllæi amicum primarium. qui & ipſi tormentis admoti confeſſi

ſunt ideo ſe veniſſe ut Corinthum urgerent crebris adhortationibus ad perpetrandum facinus, atq; adiuuarẽt etiã in opere, ſi ita facto opus ſit: quos omnes Saturninus apud ſe delatos Romam iudicandos amplius & puniendos tranſmiſit.

Pherorę obitus. CAP. V.

PHeroram autẽ obſtinatè permanentem in amore coniugis Herodes in ipſius tetrarchiam ablegat: quod ille fecit libẽter, addito iureiurãdo nunquã ſe rediturũ, niſi Herodis morte cognita: adeò ut paulo poſt decumbẽte rege uocatus ad accipienda quadã ſecretiora mandata tanquam à morituro, propter ſacramẽti religionem recuſaret. Nec tñ ille in hoc fratrẽ eſt imitatus, aut de priſtino affectu quicquã remiſit: ſed cùm Pheroras in morbũ incidiſſet, uel inuocatus ad niſendũ eũ uenit: quo morbo poſtquam abſumptus eſt, corpus eius translatũ Hieroſolyma ſepeliit, & publico luctu honorauit. Ea res Antipatro quamuis Romã profecto malorum fuit initium, Deo tandẽ repoſcente ab eo pœnas fratricidij. Id totum ordine ſuum narraturus ad exemplum humano generi, quod moneat habendam eſſe uirtutis rationem in omnibus.

Pherorę uxor accuſatur neneficii, & Herodes cognoſcit Antipatri inſidias. CAP. VI.

V. *PHerora mortuo Taphnite duo è libertis eius cariſſimi Herodẽ adeunt, rogantes ne inultam pateretur fratris mortẽ, neq; inquirere*

in

in miſerũ eius & iniuſtum interitum. Quo attentius aurẽ ſimul ac fidem prabente illorũ ſermonibus, aiunt eum apud uxorẽ cœnaſſe ea die quæ morbi fuit initium, uenenumq; oblatum ei mixtũ nouo cuidam cibi generi, quod guſtatum perniciem attulerit homini: id uenenũ allatum ab Arabiſſa quadam mulierecula, nomine quidem amatorium, re autem uera Pherora letiferum: ſunt enim Arabũ mulieres ueneficæ maximæ. hæc autẽ quæ tum inſimulabatur, dicebatur amica Syllæi familiariſſima. ad eam comparandi ueneni cauſa profecta fuerãt uxoris Pheroræ mater & ſoror, & cũ illa reuerſæ ſunt pridie quàm ille cœnã letiferam ſumeret. His auditis rex ad iram concitatus torſit ancillas earum, & quaſdã etiam ingenuas: & cùm nulla quicquã fateretur aut detegeret, poſtrema quædam dolore uicta nihil aliud protulit, quàm quòd imprecata eſt Antipatri matri cruciatus ſimiles, quando quidem ipſa cauſa eſſet præſentium tormentorũ omnibus. Hæc nox ad diligentiorem inquiſitionem Herodem permouit, ita ut extorqueret earũ ſecreta omnia, comeſſationesq; illas & occulta cõuenticula, tum ſermones matris cum Antipatro priuatim habitos, prolatos inter Pherora mulierculas: ne id quidem retinente, centũ talenta ſe accepiſſe ab eo, ut abſtineret Pherora colloquijs. Addebãt ancillæ quãto patrẽ proſequeretur odio, neq; ſæpenumero apud

matrem de eius longæuitate quereretur, dum interim etiã ipse conseneſceret, ut non multũ se iuuare posset tam sera successio: adhac simul nutriri multos fratres ac fratrũ filios, ut ne sperare quidem tutò liceat: quandoquidẽ iam nũc si fatale quid sibi accideret, fratri destinata sit successio, non filio: addere his solitũ accusationẽ sæuitiæ, non tẽperantiæ nec à filijs: cuius metu Romã sibi discedendũ esset, Pheroræ uerò in suam tetrarchiam. Hæc quia probè congruebant cum illis quæ ex sorore antea rex audierat, exempta est omnis dubitatio: deprehensamq; in tam malitiosis conatibus Doridem matrẽ Antipatri, spoliatam multorũ talentorũ ornamentis eiecit è regia: & mulieribus ex domo Pheroræ propter hoc indicium factus est placatior. Sed nihil magis eius cõtra filium indignationem cõmouit, quam Samarita Antipatri, Antipatri filij procurator, qui in tormentis inter cætera de eo confessus est, quòd letale uenenũ Pheroræ tradidisset, quo se absente ac per hoc minime suspecto patrẽ tolleret: id uenenũ allatum ex Ægypto per Antiphilũ unũ ex amicis Antipatri, missum inde à Theudione auunculo ipsius Antipatri, fratre Doridis: haberiq; apud Pheroræ uxorẽ, à marito ad asseruãdum acceptũ. De quo rogata per regẽ mulier, habere se fassa est: & mox quasi ad asserendũ id properans, de tecto seipsam deiecit: nec tamen letalis fuit casus, quia fortè in pedes

cecid

ceciderit: ex quo postquã se recollegit, rege pollicito incolumitatẽ & ipsi & familiæ, si totã rei ueritatem promeret: contrà extremos cruciatus minato, siquid per obstinationẽ celare pergeret, iurauit se omnia dicturã ita ut acta sint: &, ut malorũ tum fuit opinio, nihil omnino mentita est. Venenum id, inquit, ex Aegypto attulerat Antiphilus, paratum ibi opera fratris sui, professione medici. Theudio deinde in domum nostram inuulit, et ego seruaui acceptũ à meo Pherora, sed ab Antipatro tuo in tuam perniciem comparatum. Postquam igitur maritus in morbum incidit, & tu officioſe ad uisendũ eum & curandũ uenisti, motus ille, & ad pietatẽ flexus una benevolentia, me accita, ô uxor, inquit, circumuenit me Antipater, dum pestiferis cõsilijs & ueneficijs ministerijs suum patrẽ meum fratrem appetit. Nunc igitur quandoquidẽ in germano nihil pietatis qua hactenus erga me usus est uideo decedere, & mihi insidiare uita terminum, age ne fratricidali animo manes maiorum contamines, me inspectãte uenenũ illud exure: tum se sine mora prolatũ iuxta uiri mandatum concremasse, paululo seruato ut si post mariti mortem rex eam tractare uellet durius, posset ei necessitati occurrere. Hac elocuta uenenũ quoq; sua ei pyxide in mediũ protulit. Post hæc alteri Antiphili fratri & cõmunis earum matri per eadem fatetur eadem fuisse, pyxidem etiam

agno

agnoſcendo. Accuſabatur autẽ etiam pontificis filia regis uxor, quaſi ſecretorũ horũ omnium particeps, ſed cõſcientiam diſſimulans: quapropter & ipſam rex abiecit, & filiũ eius è teſtamento deleuit, ubi ſucceſſor deſtinatus fuerat. Socero quoq; Simoni Boethi filio ſacerdotio priuato ſurrogauit Matthiam Theophili filiũ Hierosolymitani genere. Interim Roma uenit Bathyllus libertus Antipatri, & ſubiectus quaſtionibus faſſus eſt attuliſſe ſe uenenũ quod daret patroni ſui matri & Pherorae, ut ſi prius illud parũ fuiſſet efficax, hoc poſteriore Herodem aggrederẽtur. Simulq; uenerũt ad regẽ ab amicis Romae degẽtibus litera, inſtinctu Antipatri ſcripta, in quibus Archelaus & Philippus accuſabãtur, quòd crebrò crimẽ patris refricarent de cæde Alexãdri ac Ariſtobuli, miſerarenturq; fatũ germanorũ innocẽtium: iam enim & ipſi reuocabãtur in patriam, non ob aliud quàm ut euocati fratrum interitus acceſſio fierẽt: hac autẽ amici in Antipatri gratiã faciebant, magnis ab eo corrupti mercedibus: qui etiam per ſe patri ſcripſit de adoleſcentibus, quaſi eos excuſans, & uerba eorũ erati imputans. Ipſe interim decertabat contra Syllæum, & primatũ colebat amicitias, cõparatis marijs ornamentis ducentorum talentorũ pretio. Mirum autem eſt, quòd cum per ſe ſeptem menſes anni eius reditũ tam multa contra eum in Iudæa mota ſint, nihil

eorum

eorum ad eius notitiam perlatum sit. In causa erat partim diligens itinerũ obseruatio, & uiarum custodia, partim populare hominũ in Antipatrum odium: nemo enim erat qui suo periculo illius incolumitatem uellet quærere.

Antipater capitis damnatus in uincula conijcitur. CAP. VII.

CAeterùm Herodes ad Antipatri literas, quibus significarat rebus ex sententia peractis breui se redituru in patriã, dissimulata ira insidiose rescripsit, properaret, ne quid sibi per eius absentiã quod nollet accideret. Simulq; modicè de matre eius questus est, pollicendo remissurũ se querelas post aduentũ illius: modisq; omnibus magnã charitatẽ præ se ferebat, ueritus ne ille suspicione aliqua tactus differret ad se reditũ, et moras Romæ trahens regno insidias strueret, & in se moliretur aliquid. Has literas in itinere accepit in Cilicia: eas uerò qua Pheroræ mortẽ nuntiabant prius iam Tarenti acceperat tristi animo, nõ tam quòd Pherorã amaret, quàm q; ille morte præuẽtus pollicita de patre ueneno tollẽdo nõ præstiterat. Iam ad Celenderim oppidũ Ciliciæ peruenerat, cùm dubitare cœpit de reditu, uehementer contristatus matris ignominia: & amicorũ quoq; uariabant sententiæ, alijs euentũ alicubi expectare, alijs sine mora domũ nauigare consulentibus: facile enim dissoluturũ criminationes omnium, quãdoquidem nunc VI.

nunc quoq; nõ aliunde quàm ex illius abſentia aduerſarijs audacia uiresq; ad calumniandum creuiſſent. Ab his perſuaſus nauigare pergit, appellitq; ad portũ Sebaſtum, quẽ Herodes magno ſumptu conſtructũ ſic appellauit in honorem Caſaris. Limq; manifeſtum erat incidiſſe Antipatrũ in infortuniũ, nemine ſalutante aut accedente hominẽ, quem prius notis & fauſtis acclamationibus diſcedentẽ proſecuti fuerant: tunc uerò cõtrarijs notis licebat eum denouere diris fraterni ſanguinis ultricibus. Forte per idem tempus Hieroſolymis erat Quintilius Varus, ſucceſſor Saturnino miſſus in Syriam, tunc uero ab Herode in conſilium de rebus agendis adhibitus. Quibus unà ſedentibus ſuperuenit Antipater omniũ inſcius, & ita ut erat purpuratus in regiam ingreſſus eſt: quo mox admiſſo, amicorũ comitatus per ianitores excluſus eſt. Id primum mentẽ eius perculit, iam ſentientẽ quò deueniſſet: quãdo etiam pater accedentẽ à complexu repulit, perpetratũ fratricidium & cogitatũ patricidium opprobrans, & Varũ cognitorem ac iudicem in craſtinum denuntians. Ille eam inopinato malo uelut ictus abijt attonitus: moxq; obuias inuenit matrem & uxorem: hac erat Antigoni filia, qui ante Herodem Iudeorum rex fuerat: ab eis edoctus de omnibus, parabat ſe ut in iudicio ſubſiſteret. Sequẽti deinde luce preſidẽte Varo ac rege, adhibitisq; in conſeſſum

ſeſſum utriuſq; amicis, acciti ſunt etiã cognati regis & Salome, tum illi qui ſecreta cõſilia prolaturi erant, quiq; tormẽtis examinati fuerant: nouiſſimeq; ſerui matris Antipatri capto paulo antequam ipſe rediret in patriã. apud hos deprehenſa fuerant literæ, quarũ hæc erat ſumma: ne reuerteretur, quãdo in patris notitiã peruenerint cõſilia omnia, uniuſq; ei refugiũ ſupereſſe Cæſarẽ, et ſi caueat ne in patris manus deueniat. Tum Antipater procumbens patri ad genua ſupplex orabat ne de cauſa ſua prius decerneret quam cognoſceret, ſed defenſioni rẽ integrã ſeruaret: rex uerò poſtquàm iuſſit eũ in mediũ ſiſti, deplorauit infelicitatẽ ſuam in procreandis talibus liberis, quodq; ſenecta ætate incidiſſet in Antipatrũ: enumerauit deinde curas educationis & inſtitutionis, quamq; benignè ſuggeſſiſſet illi ex opibus quantũ ipſe cuperet: quibus rebus omnibus nihil ſe profeciſſe quò minus capitalibus appeteret inſidijs, ut regnũ quod iure & patris uoluntate cõtingere poterat, ante tẽpus in impietatis præmiũ cederet. Mirariq; ſe Antipatrũ quinam ſpe elatus in tantã peruenisſet audaciam. Succeſſorẽ enim principatus iam ſcripto teſtamẽto deſignatũ fuiſſe: uiuenti quoq; ſibi ex æquo participem dignitatis, ſplendoris, poteſtatis. Habuiſſe quinquagena talenta reditus annui: Romam proficiſcentem inſtructum fuiſſe CCC. talentorum uiatico. Obijciebat deinde

frater

fratrum accuſationẽ, quorũ ſiue ſontium idem accuſator atq; imitator, ſiue innoxiorũ circumuentor ac parricida fuerit. Se enim nec cõperiſſe de eis quicquam niſi hoc indice, nec in eos ſtatuiſſe niſi ex huius ſentẽtia: eam nũc per ipſum irritam quodãmodo fieri, qui quaſi hæres in patricidium illis ſuccederet. Hæc dicenti lacryma oborta orationẽ cum abrupiſſent, rogauit Nicolaum Damaſcenũ amicitia & domeſtica conſuetudine coniunctiſſimum, & pulchrè eius negotij gnarũ, ut proſequeretur quæ attinerent ad examinatos cõſcios, & ad conuincendũ filium. Sed ille præueniens, cauſamq; ſuam exorſus dicere, hæc ipſa exempla paterna benenolẽtiæ pro ſe adducebat, nimirum pietatis ſuæ meritis reddita. Se enim & proſpexiſſe ſolerter quid facto opus eſſet, & ſicubi res operã ſuam poſtulaſſet, confecta dediſſe omnia: nec æquũ eſſe ut qui patrem eripuerit ab aliorũ inſidijs, ipſe nunc eiuſdem reus agatur criminis, et teſtatæ iam dudum pietatis nouã apud homines rerũ imperitos maculam cõtrahat. Quam enim ſibi fuiſſe cauſam ſceleris, cùm ſucceßionẽ deſignatus rex haberet magis q̃ ſperaret, & nemine uetante honorũ eſſet particeps? neq; enim probabile eſſe, affectatũ cum periculo quod iam pro uirtute cõtigerat, et ob incertam ſpem contemptã certam infamiam, maxime cùm is conatus fratribus nõ ſucceſſerit, quorũ ipſe & delator fuiſſet, & cõuictorum de

impiet

impietate punitor etiam: nec se pœnitere gestorum, quæ argumento sint quam incorruptè parentē diligat. Quæ verò in urbe per se acta sint, testem esse Cæsarē, cui non secus ac numini nemo possit imponere: extareq; eius de hoc literas, quas perinīquū sit inimicorum & improborū hominum postlhaberi calumnijs, quibus nihil magis sit cordi, quam regiā famuliam inter se cōmittere, nactis cōminiscendi otium per suā absentiā, quod se præsente nunquā habere potuerint. Sub finē dicēdi fidē abrogabat quæstionibus, per quas necessitas exprimeretur loquendi ad torquentis gratiam, & postremò se quoq; torquendū offerebat nihil deprecans. His cùm nonnihil moueretur concilium, miserabiliter lacrymante Antipatro & sibimet cōuerberāte faciē, ut vel inimicos subiret miseratio, Herodes q; ipse quantūuis dissimulans fieret mitior: Nicolaus ut rogatus fuerat accusationē à rege cœptā prosequēs, exaggerabat singula, proferebatq; testimonia, & indicia criminis collecta ex quæstioni subiectarum cōfessionibus: ad hæc extollebat regis de eo merita in educādis ac instituendis filijs, pro quibus tam malā reportaret gratiā. Nec tamē æquè mirandā fuisse priorum temeritatē stultitiā, qui rudi ætate corrupti à malis consiliarijs naturales affectus pietatis abolerunt, ambitione principatus magis quā opum cupidine. Sed Antipatri stupēdā esse tam scelet-

leratam audaciã, qui ſenior nocẽtiſſimis beſtijs, à benefactoribus tamen iniuriam abſtinẽtibus, nihil mollitus ſit tanta parentis indulgentia, ne fratrum quidẽ calamitate deterritus, quo minus crudelitatis eorũ æmulator fieret. Atqui tu ipſe, inquit, ô Antipater index fuiſti tẽtati per illos facinoris, te inquirẽte coarguti ſunt, tu in cõuictos animaduertiſti: nec improbamus q eos iuſta indignatione proſecutus ſis, immo miramur te imitatũ eorũ intemperantiã: & facile colligimus, illa quoq; te nõ ad ſecuritatẽ patris, ſed ad fratrũ feciſſe pernicie, ut deteſtando eorũ malitiã, pietatis erga cõmunẽ parentẽ opinionẽ tibi quereres, & deinde ipſe in eũ ſæuire poſſes impunitius, quod tandẽ facere aggreſſus es. Dũ enim fratres ſontes addicis ſupplicio, & parcis eorũ ſocijs, omnibus facis perſpicuũ benè cõuenire tibi cũ eis, quorũ poſthac uti poßis ĩ opprimendo patre opera: itaq; duplicẽ uoluptatẽ cepiſti tuis dignã moribus: alterã palam quaſi re bene geſta gloriabundus ſublatis fratribus: alteram clam maiore facinore per occultas inſidias conando patrẽ ſubuertere, cuius modò uindex uideri uolueras. Si enim uerè deteſtatus eſſes illorum malitiam, nunquam imitandã tibi præpoſuiſſes. Nimirũ hoc agebas iſtis artibus, ut dignioribus ſublatis nullos haberes ſucceſſionis tuæ æmulos, & tum demũ fratricidio necem patri adderes, ut in occulto manerent inſidiæ

quib

quibus oppugnaſti germanorũ capita, & non ſolũ ipſe meritum ſupplicium effugeres, uerũ etiã miſerũ parentẽ pœnæ tuæ uicarium ſupponeres, inaudito ad hoc aui parricidio, & qualis nullũ exemplũ extat in omni hominũ memoria: non enim qualicunq; patri inſidiatus es, ſed amantiſſimo ſimul & indulgentiſſimo, iam regia poteſtatis particeps, iam ſucceſſor deſignatus, tum præſenti fruendi uoluptate ante tẽpus permiſſa, tum in futurũ ſpe teſtamento patris cõfirmata. Tu uerò cupiditatibus tuis nondũ non ex illius bonitate, ſed ex tua malitia ſtatuebas, nõ contẽtus ſocietate patris indulgentiſſimi, niſi quoque ſuam partẽ præriperes: & cuius te ſeruatorem uerbis præferebas, eũ re uera quærebas perdere, non ipſe tantũ ſceleſtus, ſed matri quoq; inurẽs eiuſdẽ notam ſceleris, & fratrũ diſturbans beneuolentiã, diſſidijsq; miſcẽs omnia: et poſt hæc auſus es patrẽ uocare beſtiã, ipſe uenenatiſſimis quibuſq; beſtijs nocentior, proprio ueneno abutens in coniunctiſſimos optimeq; de te meritos, municnſq; te cuſtodibus ac uarijs tam uirorum quã mulierũ technis cõtra unũ ſenem, quaſi nõ tua ſola ſceleſta mens ſatis eſſet ad explendum odium. Et nunc poſt tortos tua cauſa uiros & mulieres, ſeruos & ingenuos, poſt aperta coniuratorum indicia, audes ueritati cõtradicere: & qui dudum patrẽ ſperaſti è rebus humanis tollere, nunc quantũ in te eſt conaris legẽ quoq;

contra tui ſimiles ſcriptam abolere, ſimulq; Vare iniquitatē, omnēq; quanta eſt in rerum natura iuſtitiā. An ideo mentitos dices tormētis examinatos, ut fidem abroges patris tui ſeruatoribus? tibi ſcilicet in tormentis plus credendū eſt. Non liberabis regē Vare à cognatorū iniurijs? nō dabis neci hanc peßimā beſtiā, pietatē erga genitorē ſimulantē in fratrū pernicie, ac deinde ut ſolus regnet deprehenſum in ſtrucēdis illi capitalibus inſidijs? Scis parricidiū nō priuatum eſſe crimen, ſed publicā uitæ ac naturæ iniuriā. quod cogitatū etiā nō minus quā perpetratum contaminet: imò quod qui non punit, & ipſe in naturā parētē eſt iniurius. Poſt hæc matris eius quædā adiecit, quæ illa garrulitate muliebri effutierat: cōſultos uates de regno, & ſacris exitialibus impetitū regis capiti: tum libidinoſas & ebrioſas Antipatri uolutationes cū Pherora mulieribus: quæq; ad teſtimonia pertinerēt per tormēta elicita, multa & uaria, partim præmeditata, partim repentina neceſsitate expreſſa, atq; hoc ipſo certiora. Homines enim quicquid anteā metu Antipatri ſilentio texerant, poſt uerſam eius fortunā uidētes, accuſationibus inimicorū obnoxiā, odia in eū ſua exſaturabant. Atquē non ita aliorū odijs grauabatur, ut propriis ſceleribus, hoſtili in patrē animo, diſturbata fratrū cōcordia, cōmiſſis inter ſe domeſticis omnibus: ut qui nunquam nec odia

iuſta

iusta exerceret, nec amicitiæ fidem coleret, nisi quatenus sibi uideretur cõmodũ: idq; cũ iamdudũ à multis esset obseruatũ, quo quisq; erat æquitatis amãtior, eo grauior illi fuit aduersarius: et q̃ primũ tutò licuit, magnis uoti ferationibus reũ urgebant, qcquid scirẽt certatim prodentes: eumq; uariorũ criminũ proferrẽtur indicia, nihil tamẽ fingi apparebat, q neq; ad regis gratiã loquerẽtur, neq; periculi metu silẽtio quicquã tegerẽt, sed dãnarẽt omnes sceleſtos eo natus Antipatri, eũq; nõ tam ob patris ſecuritatẽ q̃ ſuo metipſius merito de medio tollendũ cẽſerent, et tradẽdũ ſupplicio: nec hi ſoli qui interrogabãtur eũ accuſabãt, uerùm etiã ſpõtanei delatores pleriq; aderant: ita ut licet callidiſſimus eſſet mẽdaciorũ artifex, et frõtis perfrictiſſimæ, tamẽ ne hiſcere quidẽ cõtrà ualeret. Poſtq̃ autẽ Nicolaus accuſare cũ & cõuincere deſtitit, tum Varus poteſtatẽ ei dicẽdi pro ſe fecit, ſi quid haberet quo declararet ſuã innocentiã. Se enim nihil magis optare, & idẽ patrem quoq; eius optare ſcire, quã ne in ullo obiecto deprehenderetur crimine. At ille pronus in faciem & ſupplicabũdus humi iacẽs, Deũ conſcientiæ ſuæ inſpectorem obteſtabatur, ut euidẽti aliquo ſigno probaret alienum ſe ab omni culpa, nec quicquã unquã molitum in patris perniciẽ. Is enim eſt mos malorum omnium, ut quoties neſarium aliquod facinus aggrediuntur, nihil nõ

ſibi permittant, nullo reſpectu diuini numinis: cùm antẽ ſuis ſceleribus inciderunt in periculũ, tum demum illis in mentẽ uenit Deus, per cuius inuocationẽ & teſtimoniũ uolunt eripi, fingentes ſe cũcta illius arbitrio permittere: id & tum quoq; Antipatro uſu euenit: qui cũ antè omnia ſic geſſiſſet quaſi nullum numẽ intereſſet rebus mortaliũ, imminente ultione deſtitutus in uis præſidijs, ad diuinã confugiebat potentiã ſe in hoc diuinitus ſeruatũ aſſeuerãs, ut pro incolumitate patris exeubias ageret. Tum Varus cũ crebris interrogatiõibus nihil elicereꝫ, illo Deũ tantũ inuocante, uidens alioqui nullũ fore finẽ, iubet proferri uenenũ in medium, ut quãnam ui præditũ ſit experimento poſſet colligere: quod mox allatũ, & ad bibendũ datum cuidã dãnato capitis, ſine mora necauit hominẽ: quo facto ſurgens abijt è cõcilio, & ſequenti die Antiochiã profectus eſt, ubi plurimũ ſolebat degere,
VII. quòd illic eſſet Syrorũ regia. Herodes uerò cõfeſtim misit filiũ, omnibus ignorãtibus quæ nã fuiſſent eius cũ Varo ante diſceſſum colloquia: coniectura tamen erat cuncta regẽ facere ex illius ſentẽtia: cõiecto deinde in carcerẽ, Romam Cæſari de eo ſignificauit per literas, miſſis etiã qui coram eiusdẽ querẽtur mãdata, docerentq; quã ſcelerata ſit hominis malitia. Per eoſdẽ dies intercepta ſunt Antiphili ad Antipatrum ex Ægypto miſſa litera quibus ſolutis hæc in eis

ſcripta

ſcripta rex ipſe cõperit. Miſi ad te Acmes literas, etiã cum uita mea periculo: ſcis enim q̃ ſi deprehẽderer, infeſtas mihi duas potẽtes familias reddere. Tu dabis operã ut rem geras feliciter. Atq; hoc fuit argumentũ huius epiſtolæ: rex autẽ diligenter requiſiuit etiã alterã, ea tamen nuſquã comparebat, & ſeruus Antiphili negabat ſe attuliſſe ullam præterea: & cũ diutius hæreret, unus ex amicis regijs animaduerſa quadã ſuſpira in interiore ſerui tunica (nam duabus erat indutus) ſuſpicatus eſt in ea plica celatas literas, nec eum ſua fefellit opinio: depromptaq; eſt inde epiſtola hæc ferè continens. Acme Antipatro. Scripſi patri tuo quales iuſſiſti literas, & adieci confictum exemplar epiſtolæ quaſi à Salome ad dominã meam miſſæ: qua lecta ſcio q̃ pœnas ab ea tanquã ab inſidiatrice exiget. Et uerò quam à Salome ſcriptam uideri uolebant, Antipatri cõmentum erat ſuppoſito Salomes nomine, ipſius arbitratu & cõmodo ſcripta, ſed Acmes miniſterio. Eadẽ & regi ſcripſit in hãc ſententiã. Acme regi Herodi: Cũ mihi ſit curæ ne quid te lateat ad ſalutẽ tuam pertinens, inuentã Salomes epiſtolã contra te ſcriptã ad meam dominam, non ſine periculo tranſcripſi, & ad te miſi: in qua poſtulabat ut ſibi liceret Syllæo nubere: hanc tu lacerabis, ne quando propter eam uita diſcrimẽ adeã. Sed hoc cõmentũ prodebãt quæ ad ipſum

Antipatrũ ſcripſerat, ſignificans ſe uoluntati eius obſecutam, & literas ad Herodẽ miſiſſe. & inſertũ his exemplar fictitiarũ Salomes literarum ad ſuã dominã, quæ inſidias Herodi tenderent. Erat autem hæc Acme Iudæa genere, agens in ancillarũ Iuliæ uxoris Cæſaris, operãq; hanc Antipatro magna pecunia uendiderat, qua cõtra amitã ſimul & patrẽ uteretur. Cæterũ Herodes cognita hinc filij malitia, minimum abfuit quin illũ eueſtigio tolleret, ut concitatorẽ turbelarũ omniũ, qui non ſolũ ſuam & ſororis ſaluteẽ in periculũ adduxiſſet, ſed diſciplinã etiã corrupiſſet domus Cæſaris: eódem incitabat eũ & Salome, pectus plangẽs, & mori nõ recuſans, ſi ullũ extaret uiolatæ à ſe fidei argumẽtũ idoneũ. Rex autẽ acerbſito filio iubet illũ cũ fiducia promere, ſi quid haberet quod pro ſe aſſerre poſſet. Qui cũ ad hæc ne hiſcere quidẽ naleret, rogatus ut quando medicus teneretur deprehenſus in maleficio, ſaluẽ ſocios ſceleris proderet, omnẽ culpã conferebat in Antiphilum, aliũ præterea nominabat neminẽ: ibi Herodes uchemẽti dolore animi ſaucius cogitauit eũ Romã mittere, ut apud Cæſaris tribunal parricidij cauſam diceret. Deinde ueritus ne amicorũ ope eriperetur periculo, ipſum quidẽ in uinculis ut antè retinuit: legatos aũt et literas accuſatrices miſit ad Cæſarẽ, ſimul indicans adiutũ eũ Acmes opera, epiſtolarũ quoq; adiũctis exẽplarib.

Her

Herodis morbus, & Iudæorū seditio. CAP. VIII.

VIII. *INterea dū legati instructi mandatis ac literis Romā properāt, rex morbo correptus testamentū condidit, successionē regni relinquens natorū minimo, exasperatus in Archelaū & Philippū ealūnijs Antipatri: Cæsariq; legauit mille talenta, & uxori Iuliæ liberisq; eius & amicis atq; libertis talēta quingēta. Suis quoq; filijs distribuit pecunias & agros ac reditus, similiter etiā nepotibus. Salomes etiam ratio est habita, quā propter perpetuā & incōcussam benevolentiam ditauit egregiè. Desperata deinde salute, ꝙ iam ad septuagesimū ætatis annū accederet, mirum in modū efferatus est, iræ impatiens & amarulētus in rebus omnibus: in causa erat opinio contēptus, quodq; existimaret gentem lætari suis infortunijs: quā opinionē confirmauit quorundā apud populū gratiosorū seditio, mota ex causa tali. Iudas Sariphæi filius & Matthias Margalothi doctissimi erāt Iudæorum, & interpretes patriæ legis præstātissimi, ob idq; chari populo ꝙ iuuentutem disciplinis instituerēt: totis enim diebus eis dabant operā quotquot cupiebāt in uirtute proficere. Hi postquam cognouerunt morbū regis esse incurabilem, concitauerunt iuuentutem, ut sublatis operibus quæ rex præter patriam consuetudinem fecerat, propugnatores pietatis se ostenderent, debitum inde exspectantes præmium. Nā hanc*

eſſe regi cauſam cum calamitatum domeſticarum tum poſtremò præſentis morbi, uidelicet, & contemptis legibus multa nouare auſus ſit: nam hac parte multis in rebus pictatẽ regis hi doctores deſiderabant. Inter cætera ſupra maiorem portam tẽpli dedicauerat donũ precioſum, aquilam auream magni ponderis, cum lex noſtros homines uetet imagines ſtatuere, aut conſecrare animantium effigies: quamobrem doctores hi autores erant ſuis diſcipulis, ut aquilam illam detraherent. Etſi enim res uideatur non carere periculo, tamen etiam iucunda uitæ præponendum eſſe honeſtum obitũ, ſi conẽnatur propter tuendas leges patrias, quandoquidẽ ſempiterna fama nullo ſeculo paſſura ſit gloriã eorum intermori: & alioquin ignauos iuxtà ac fortes eundẽ manere interitum: proinde rectè facturos uirtutis cultores, ſi ex communi neceſſitate honorem ſibi decerperent, & cum hoc ſolatio è præſenti uita diſcederent: magnum enim leuamen eſſe honeſtis conatibus immorio & periculi non contemnendum præmium laudem tranſmiſſam ad nepotes ac poſteros, cuius in partem tota cognatio tam uiri quam fœmine ueniant, quo quid eſſe poſſit optabilius? Hac exhortatione accenſis iuuenibus rumor ſuperuenit extinctum regem nuntians, & propenſos iam ad facinus perpulit: itaq; claro meridie aſcendentes detractam aquilam conciderũt ſecu

curibus, inſpectante congregata in templũ multitudine. Quod ut renuntiatũ cognouit dux regius, maiorẽ aliquam conſpirationẽ metuẽs, occurrit eò cum ualida ſuorũ manu cohibiturus demolitores aquile: & irruẽs in uulgum rudẽ & imparatũ ac conglobatũ temerè, facile reliquis diſiectis & cedẽtibus circiter L. iuuenes reſiſtere auſos cõprehendit, cumq; his autores facinoris Iudam & Matthiã turpe putãtes ecdere, omnesq; ad regem perduxit. Quo rogante quo freti auſi ſint ſacratam imaginem demere: aiunt, ſe & deliberaſſe id multo antea, & deliberatũ executos, ut fortes uiros decuit. Nã & honori diuino, inquiunt, ſuccurrimus, & legem cuius diſcipuli ſumus uindicauimus. Nec eſt quod mireris ſi tuis decretis leges præponimus, quas nobis Moyſes autore et doctore Deo perculit: nec recuſamus mortẽ ac ſupplicium quodcunq; nobis intuleris, conſcij nos non ob maleficium, ſed pietatis cauſa hæc perpeti. Hæc illi nõ minorẽ animo quàm uerbis præferentes fortitudinẽ, æquè tum ad conſtanter patiendũ alacres, atq; antè ad fortiter agendum fuerant. Eos rex uinctos miſit Hiericuthem: moxq; acciſis Iudæorum primoribus in concionem corũ lectica ob imbecillitatem delatus, cœpit cõmemorare labores ſuos exhauſtos pro republica, tum inſtauratũ templum impẽdijs ingentibus, quale opus p CXXV. annos nemo Aſamonæorum

rum

rum regum ad honorẽ Dei ualuisset perficere: nec exstructũ id tantũ a se, uerum etiã ornatũ notiuis muneribꝰ ac donarijs tẽplo dignissimis: ob hæc facta sperasse se uel post obitũ sempiternam, & memoriã, & gloriã. Nunc, proh nefas, uiuo etiã ac superstiti pro beneficijs reponi iniuriam, & medio die inspectante multitudine sua dona sacrata uiolari ac detrahi: quæ iniuria licet in ipsum intentata, re tamen uera ad Deum magis pertineat, cuius sacra compilata sint. Tum honoratiores quiq; uersi in crudelitatẽ eius, ne fortè efferatus in se quoq; grauius animaduerteret, negauerũt hæc facta ex ipsorũ sententia, uideriq; sibi, admissæm esse rem dignam supplitio. Ille in cæteros mitior, Matthiæ pontifici ademit sacerdotiũ, quasi nõ alieno ab hoc consilio, eiq; successorẽ dedit fratrẽ uxoris suæ Ioazarum. Huius Matthiæ pontificatu accidit etiã aliũ pontificẽ ad unã diẽ substitui, qua Iudæi populariter ieiuniũ celebrant. Nam Matthias ea nocte quæ præcedebat diem ieiunij, uisus est sibi per somnũ cũ uxore cõgredi: & eàm ob hoc ad rem diuinã faciẽdã nõ esset idoneus, Ioseph̃us Ellemi filius adiutor uicarius propter cognationẽ ei datus est. Cæterùm Herodes post mulctatũ Matthiam sacerdotio, alterum Matthiam seditionis autorem eiusq; socios uinos exusit, in quã noctẽ etiã defectus lunæ in-
IX. cidit. Regi uerò morbus factus est grauior,

pœnam

pœnam impietatis exigente numine: lento enim calore torrebatur, qui non tam externo tactu deprehēderetur, quàm intus popularetur uiscera: aderat & uehemēs uoracitas, cui necesse esset continuò cibos suggerere: simulq; nexabatur intestinorū exulceratione & colicis passionibus: pedes tumebant phlegmate humido & pellucido, similiterq; inguina: ipsa quoq; uerenda putrefacta scatebāt uermiculis, accedēte fœda nec minus molesta tenigine, nō sine fœtore grauissimo: sup hæc omnia neruorū cōtractione laborabat & difficultate anhelitus. Quamobrem cōstans erat inter uiros diuinos & fatidicos opinio, regem Iesse tot modis pietatis Deo pœnas expēdere. Qui tametsi grauius afflige-retur, q̄ ut uideretur posse morbo perferēdo sufficere, tamē euasurū se sperabat, accersendis medicis intentus & medicamētis cōquirēdis undiq;: profectus etiā ultra Iordanē fluuiū, calidis aquis se fouebat apud Callirroēn, quæ præter uim medicā potu quoq; iucūdæ sunt. Hæ aquæ in lacum bituminis feracē effluunt: ibi de medicorū consilio immissus fouēdus in refertū oleo soliū, missus est illis iam agere animā, quare exorta cōploratione familiariū excitatus, & ad se reuersus, nullamq; amplius salutis spem superesse intelligens, donatiuum militibus quinquagenas drachmas iussit distribui: magna deinde liberalitate usus in duces atq; amicos, rursum Hie-

richun-

*richuntem reuersus est: ubi atra bile prægnãte cò immanitatis prolapsus est, ut facinus animo cõciperet lõge atrocissimũ. Nam cum è tota ditione nobiliores Iudæorũ ad eũ conuenissent, euocati minaci edicto pœnã capitis intẽtãte nõ parentibus, infensus ex æquo siue sontibus seu innoxijs, uniuersos cõclusit in circo: accita deinde Salome sorore maritoq; eius Alexa, ait instare sibi terminũ uitæ, succumbẽti tãtis doloribus: quod quidẽ ferẽdum esse, quãdo iuxta cõmunem mortaliũ sortẽ accidat. illud permolestũ esse, si exrẽdum sit extremo honore luctus qui debeatur regibus: non enim ignotã sibi esse Iudæorũ mentẽ, q optatã suam mortẽ lætis accepturi sint, animis, quãdoquidẽ uel a uiuẽte etiã tum nõ abstinuissent cõtumelias: sed illorũ esse officij, leuamẽ aliquod præsentis huius doloris decernere: nam si assensum consilio suo præbeant, fore suũ funus longe q̃ aliorũ regũ honoratius, & manibus suis gratius, omnibus per totam ditionẽ non ficte lugẽtibus. Ergo quamprimum uiderint se exhalasse animã, debere eos clausam Circo nobiliũ multitudinẽ cingere militibus, ignorãtibus etiamtum suũ obitum, non prius uulgandũ quam mandatũ exsecuti sint, iubere deinde ut circumuẽtos una omnes iaculis configerent. Quibus hoc modo cæsis dupliceẽ se eis habiturum gratiã, uel quòd mandatorum fuerint memores, uel quòd obitũ suum publico luctu

luctu honorauerint. Hæc ille cũ lacrymis lamẽtabundus cognatos per mutuam fidẽ ac beneuolentiam, perq; omnia ſacra obteſtabatur, ne ſe extremo hoc honore fraudatũ uellent, eis contra pollicentibus dauros ſe operam ut cuncta iuxta ipſius mandatũ fierent. Hic ſanè etiamſi quis præteritam eius in cognatos ſæuitiam tribuere uellet pro incolumitate & ſecuritate ſolicitudini, ex hac certè nouiſſima eius uoluntate deprehẽdere poteſt quàm inhumano animo præditus fuerit: quãdoquidẽ iamiam è uita diſceſſurus curabat ut ex ſingulis familijs uno aliquo ſublato, totam genti in luctum & chariſſimorum deſiderium conijceret, nec læſus à quoquam eorum nec ualens eis quicquã obijcere: cùm hi quibus ullũ eſt uirtutis ſtudiũ, etiã inimicis tali ſuo tẽpore odia remittere ſoleant.

Antipatri exitium. CAP. IX.

DVm hæc mandata cognatis dat ſuperuenerunt à Roma litera, à legatis miſſus ad Cæſarẽ, quarum ſumma erat, Acmen ab irato Cæſare occiſam eſſe, propter locatã Antipatro operã: ipſumq; Antipatrũ relinqui arbitrio & regis & patris: ſiue in exiliũ uellet eũ pellere, ſiue capite plectere. His auditis Herodes paululum recreatus eſt uoluptate nuntij pœnæ Acmes, & permiſſæ ſibi poteſtatis liberè ſtatuendi de filio: mox repetitus graui dolore, cibi tamẽ auidus, malũ ſimul & culicellũ poposcit.

Solebat

ſolebat enim & antea per ſe repurgatū paulatim incidendo comedere: tunc uerò circūſpiciebat, ferire ſeipſum cupiens: perpetraſſetq; facinus, ni Achiabus nepos ictū præueniēs, clamore ſublato cohibuiſſet eius dextram: moxq; denuo luctus cū trepidatione ac tumultu occupauit palatiū, quaſi rege iam agēte animā. Quē ſtrepitū ubi perſenſit Antipater, ratus patrem uerè uitā finiſſe, ſpem cōcepit fore ut ſolutus uinculis ſine difficultate regnū acciperet: cœpitq; cū cuſtode carceris de miſſione agere, multa & in præſens & in futurū poſt acquiſitā poteſtatē pollicens. Ille uerò adeo non paruit, ut mox conatus eius regi renuntiaret, utq; ſolicitatus ab eo oſtētato præmio. Tum Herodes qui iam ante male affectus erat erga filiū, poſtquā audiuit cuſtodē carceris, exclamās præ indignatione, et caput ſibimet uerberās, quāuis morti proximus erexit ſe in cubitum, iuſſitq; unum è ſatellitio ſine mora eum occidere, & corpus obſcuro funere condi in caſtello Hyrcanio.

Herodis mors, teſtamentum & funeratio. CAP. X.

DEinde mutata uoluntate mutauit etiam teſtamentū: Antipam enim quē prioribus tabulis regni ſucceſſorē deſtinauerat, Galilææ ſimul ac Perææ tetrarchā conſtituit: regnū uerò Archelao largitus: Trachonitidā, Gaulonitidā, Batanæam, & Paneada regiones tetrarchiæ nomine aſſignauit Philippo filio, ger-

mano

mano fratri Archelai: Iamniam autē, Azotū & Phaſaelida Salome ſorori ſuæ attribuit, & argenti ſignati quingēta millia. Habita eſt & cæterorū cognatorū ratio, abundeq; proſpectū ſingulis leganda pecunia & reditibus annuis. Cæſari quoq; legauit argēti ſignati cēties cētena millia, præterq; ſua uaſa tam aurea q̄ argētea, magnūq; ueſtis pretioſæ numerū. Iuliæ autē Cæſaris uxori, & quibuſdā amicis quinquagies centena millia. His ita ordinatis quinta die poſtquā Antipatrū filiū occidit, uita deſunctus eſt poſt detruſum regno Antigonū anno trigeſimo quarto, ex quo autē a Romanis rex declaratus eſt, anno XXXVII. uir in omnes ex æquo ſæuus, ira ſeruus, iuris dominus: fortuna autem propitia uſus, ſiquis alius: ex priuatis enim natus regnū aſſecutus eſt, & innumeris circūdatus periculis ſemper euaſit feliciter, uixitq; longiſſimo tēpore. Quantū autē ad domeſticos et filios attinet, hic quoq; felix fuit ſua ſentētia, oppreſſis inimicis & aduerſarijs, ſed infeliciſſimus meo iudicio. Caterū Salome & Alexas priuſquā regis mors innotueſceret, in circo clauſos domū ſuā quemq; dimiſerūt, dicētes ipſum ita iubere, ut in agros digreſſi curarent ſuamet ipſorū negotia, atq; hoc pacto magno beneficio uniuerſam gentē ſibi deuinxerunt. Indicata XI.
deinde regis morte, congregataq; in Hierichun tinum amphitheatrum omni militia, primùm

legerunt literas eius scriptas ad milites, in quibus gratias eis agebat pro fide ac benevolentia, rogabatq; ut eandē seruarēt & Archelao filio, quē regni successorē sibi substituerat. Deinde Ptolemaus, cui annulus regis signatorius creditus fuerat, testamentū perlegit, quod nō aliàs ratū habendū esset, q̄ accedēte cōsensu Cæsaris. Moxq; acclamatū est regi Archelao, & milites caternatim unà eū suis ducibus pollicebāntur eandem quā patri hactenus præstitissent fidem atq; operā, latis ominationibus Deū illi fautorē comprecantes. Post hæc funus parabatur regi, Archelao curāte ut exsequiæ patri fierent quā splendidissimæ, & omnem ornatū proferēte ne in pompa comitaretur mortuū. Ferebatur antē in lectica aurea, distincta variis gēmis pretiosis, & instrata purpura: corpus quoq; amictū erat purpura, imposito capiti diademate, & desuper corona aurea, sceptroq; in manu dextera: lecticam stipabant filij & cognatorū numerus. Hos sequebantur milites distributi per nationū genera: primū satellites, deinde Thraces, post hos Germani, & trinceps Galli, omnes instructi uelut ad prælium: reliqua deinde exercitus multitudo armata sub suis ducibus ac centurionibus: hos sequebantur quingenti famuli, ferentes aromata. Ea pompa processit Herodium usq; per octo stadia, ubi quemadmodum antè mandauerat sepultus est. Ex Herodes quidē sic defunctus

functus est. Archelaus autẽ per septẽ dies iuxta patriam legẽ luctu parẽtis celebrato, & in fine luctus funebri epulo multitudini prabito, in templũ ascendit: & quacunq; transiret excipiebatur gratulationibus ac fauſtis acclamationibus. Tum conſcenſo ſuggeſto ſublimis in aureo ſolio reſidẽs, accipiebat lætus gratulatrices uoces fauoris indices, & ipſe uiciſſim omni comitate reſpõdebat multitudini, agebatq; grates q obliti patris ſui duricia, nihilo deterius erga ipſum affecti eſſent, pollicebaturq; parem pro eorũ ſtudijs gratiam: adhuc tamẽ abſtinere ſe à regis nomine, q ab autoritate & aſſenſu Cæſaris pendeat, penes quẽ ſit teſtamẽti à patre ſcripti cõfirmatio: quãobrẽ ne ab exercitu quidem apud Hierichuntẽ ultrò offerẽte ambitioſum diadematis honorẽ ſe accipere uoluiſſe, cũ nondũ cõſtaret de legitimi collatoris animo. Cæterùm q primũ cõſtabilitus eſſet in imperio, curæ ſibi fore, ut beneuolẽtia omniũ uideatur digniſſimus: daturũq; operã, ut per omnia patre ſuo ſit illis cõmodior. Illi uerò, ſicut uulgus ſolet, rati primis diebus aperiri mentẽ huiuſmodi poteſtates ineuntiũ, quo mãſuetius & officioſius eos alloquebatur Archelaus, eo maioribus eum ferebãt laudibus, poſcebantq; ſibi ab illo beneficia: quidam ut leuius annuũ tributũ penderẽt: alij ſolutos dimitti quos Herodes nõ paucos uinxerat, & in hu pleroſq; diu in carcere

detinuerat: nonnulli uectigaliũ immunitatem, quibus grauabatur forũ rerũ uenaliũ, magnis flagitabant nociserationibus. Horum nihil ille negabat, hoc agens ut conciliaret sibi multitudinis animos, non leue in eo momentum rerum suarum fitum existimans: postremo re diuina peracta conuiuium cum amicis iniit.

Populus seditioné mouit contra Archelaum. C. XI.

XII. INterea Iudæorum quidam nouarũ rerũ cupidi per conuẽticula deflebant Matthiã & socios quos Herodes afficerat supplicio. Hi quoniam metu coërciti nõ ausi fuerãt luctu honorare aquila aurea uiolatores rectẽs neci traditos, tũc cum clamoribus & eiulatu in defunctum regẽ iactabant cõuitia, quasi in mortuorum solatium: congregatiq; in unũ, in uindictã eorum ab Archelao deposcebant ad pœnam quosdam ex his qui chari Herodi fuerant, & ante omnia postulabant sacerdotium abrogari creato ab illo pontifici, & subrogari huic honore dignioré alium. Archelaus antẽ licet importunitatem eorum indignè ferret, compescere tamẽ placidè conabatur, quòd pararet profectionem ad Cæsarẽ, ut sentẽtiam Cæsaris cognosceret. Itaq; misso ad eos magistro militum, per eum hortatus est, ut omisso uindicta studio, considerarent legibus pœnas dedisse quorum molestè ferrent interitum: ad hæc postulata eorũ non carere iniuria, & tempus hoc alia consilia

posce

poſcere, opusq; eſſe cõcordia, donec ad ipſos reuerteretur cõfirmatus rex aſſenſu Cæſaris: tum demũ diſpiciendũ ſuper his rebus, & ſtatuendum de cõmuni ſentẽtia: interim quieſcerẽt, ne ſeditionis crimẽ incurrerẽt. Hac mandata exponenti reclamatum eſt ſtrenuè, periculum intentantibus quicunq; conaretur uerbis eos ad ſaniorẽ mentẽ reducere: q̃ plus ſuæ uolũtati tribuerent, q̃ autoritati præſidentiũ: & indignum ducerẽt, ſi amicorũ quos uiuo Herode amiſerãt, ne mortuo quidẽ illo impetrarentur ulla: adeò enim cõcitati erant ut id tantũ ius & fas putarent, quod ipſis uoluptatẽ allaturũ uidebatur, ne ſui quidem periculi memores, dum inimicos ledere cupiunt: & cũ multi ad eos à rege mitterentur, qui partim ipſius nomine, partim ex ſua perſona uerbis ſedarent turbidos, neminem audire ſuſtinebant, ſed ad maiorẽ iram accendebantur, auſuri aliquid ſi maior acceſſiſſet numerus. Cumq; feſtũ inſtaret quo patriũ Iudeis eſt ueſci non fermentatis panibus (Paſcha uocant, monumentũ ueteris ex Ægypto effugij, quo ſumma alacritate maiorem ſolito populus mactat uictimarũ numerũ, & infinita turba, nonnulliq; etiã extra regionis terminos habitantes confluunt religionis gratia) ſeditioſi deploratores legis doctorũ Iudæ ac Matthiæ conglobati in templo permanebant, non deficiente victu quẽ illos non pudebat mẽdicato quærere.

Tum Archelaus ueritus ne ad grauius aliquid eorum insolentia procederet, mittit tribunum cũ cohorte qui cõpesceret homines, priusquã tetera turba huius furoris inficeretur contagio: & si quorum emineret in concienda seditione ferocia, illos ut ad se adducerent. In hos turbatores illi clamoribus & hortatibus plebẽ exasperanerũt, & ferientes saxis plerosq; occiderunt: tribunus cum paucis effugerunt saucij: quo perpetrato rursum sacris operati sunt. Archelaus porrò de rerum summa periclitari sibi uisus est, ni plebis impetũ illũ retunderet: uaq; totũ exercitum in eos immisit, simulq; equites, qui & aduenas prohiberent occupãtibus templum succurrere, & quotquot ex eis peditum euasissent, iam in tuto se existimantes ferro exciperent: ab his equitibus ad tria millia uirorũ cæsa sunt, reliqui fuga se in proximos mõtes receperunt. Archelaus antẽ per praconem edixit, ut omnes in sua discederent: illi metu grauioris mali festinitate relicta abierunt, quãuis audaces & sine disciplina homines. Tum Archelaus ad mare descendit unà cum matre sua, ducens secũ Nicolaum & Ptolemaũ, multosq; ex amicis alios, & familia & regno commissis Philippi fratris sui fidei. Simul etiã profecta est Salome Herodis soror, ducẽs secũ suã progeniẽ: alij quoq; ex cognatis sequebãtur multi, quasi uollaboraturi pro parãda regia dignitate Archelao

chelao, re autẽ uera obnixuri ei potius, & præcipuè perpetratũ in templo facinus incusaturi. Cùm hoc comitatu cunti occurrit apud Cæsaream Sabinus procurator Cæsaris in Syria, in Iudæam properãs ad asseruandam Herodis pecuniam, quem Varus cõmodum interueniens retinuit: aderat enim ab Archelao accersitus per Ptolemæum. Ita ille in præsidis gratiã neq; arces occupauit in Iudæa, neq; thesauros obsignauit regios, omnia relinquẽs in potestate Archelai, tãtisper donec Cæsar de his aliquid statueret: & hæc pollicitus mãsit Cæsarea. Sed post quã alter Romã nauigauit, alter uersus Antiochiam profectus est, ipse Hierosolyma petijt, et occupauit regiam: accitis deinde præfectis arciũ, & regijs procuratoribus, rationes reposcebat ab eis et arces sibi cõmitti postulabat. Præfecti tamẽ non discesserũt à mãdatis Archelai, sed omnia seruabãt in ipsius aduentũ integra, prætexentes ea se seruare Cæsari. Eodem tẽpore etiã Antipas Herodis filius Romã nauigat, parandi sibi regni spe, ad quam excitatus erat per Salomen, quasi Archelao præferẽdus, eo q̃ prioribus testamẽti tabulis successor regni destinatus fuerit, quæ ualidiores deberẽt esse, quàm illæ scripæ posterius. Ducebat autẽ secum matrẽ suam, & fratrem Nicolai Ptolemæũ, inter amicos olim Herodis præcipuum, & tunc suis fauentẽ partibus: sed maximè illum ad affectandum regnum mouit XIII.

Irenæus orator, uir eloquens, & diu uersatus in regijs negotijs. Quapropter suadẽtibus quibusdam ut fratri cederet natu grandiori, & hæredi regni scripto in testamẽti paterni tabulis, noluit parere huic consilio: qui postquam Romã peruenit, omnes cognati ad eum defecerunt, non tam ipsius amore, q̃ Archelai odio, libertatẽ maximè cupientes, & degere sub Romano præside: quod si parũ succederet, cõmodiorem sperantes Antipam q̃ Archelaũ, studebãt illis partibus. Quin & Sabinus scripsit Cæsari literas, in quibus accusabatur Archelaus. At ille per Ptolemæum Cæsari libellum obtulit, continentẽ ius suum & testamentũ patris, simulq; rationes pecuniarũ Herodis obsignatas eũ ipso anulo; atq; ita euentũ expectabat. Qui perlectis his omnibus, Variq; ac Sabini literis, tum quantũ pecuniarũ esset ac annuorũ redituum, præterea quæ Antipas sibi regnũ uindicans scripserat, amicos in consiliũ aduocat, & in his Caiũ Agrippæ & Iuliæ filiæ suæ filium, iam à se adoptatum, primũ ei locũ in consistorio tribuens: moxq; potestatẽ facit dicere uolentibus de præsenti negotio. Ibi tũ primus exoritur Antipater Salomes filius, uir facundissimus & infensissimus Archelao, dicens eum per ludibrium nũc de regno agere, cuius potestatẽ iamdudum inuasisset non expectato assensu Cæsaris, dum festo die tã multos interimeret: qui etiamsi essent hanc pœnam

prome

promeriti, eius tamen exigendæ ius ſeruandum fuiſſe poteſtati legitimæ, nõ ipſi uſurpãdum, ſiue regi cũ iniuria Cæſaris, cuius cõtempſiſſet ſuffragium: ſiue priuato, quod peius eſſet etiã. Quare immerito nunc eum ab ipſo hunc ſperare calculum, quẽ iam quantũ in ſe fuit, ſerendi eius iure priuauerit. Ad hæc obiiciebat ei mutatos auctoritate propria quoſdam duces militiæ: quodq; ſedißet in regio ſolio, & tanquã rex quaſdam cauſas determinaſſet, annuiſſetq; poſtulatis populi, deniq; nihil non feciſſet quod per Cæſarem confirmatus poſſet facere: ab illo quoq; dimiſſos aiebat eos qui in circo incluſi fuerant: multaq; afferebat alia, partim uera, partim ueriſimilia propter iuuenilẽ ambitionẽ hominis recens euecti ad tantũ poteſtatis faſtigium: præterea neglectum patris luctũ, & comeſſationes inſequenti mox poſt eius obitũ nocte celebratas: qua indignitate motũ ad ſeditionẽ populum, uidentem pro tãtis beneficijs mortuo patri talem ab eo referri gratiam, ut interdiu tanquã perſonatus lacrymas fingeret, per ſingulas autẽ noctes delitijs frueretur regijs: qui cùm tam prauo ingenio ſit præditus, nihilo gratiorẽ fore erga Cæſarẽ, ſi ab eo regnũ acceperit, quàm hactenus fuiſſet erga patrẽ amantißimum. Cantu enim ſe oblectare & chorcis, tanquã in morte inimici non patris, haudquaquam abeſſe ab immani ſcelere: nunc uenire ad Cæſarẽ ut annuu eius regnũ accipiat,

cùm iam antè nõ aliter se geßisset, quàm si constabilitus rex fuisset autoritate ipsius. Maxime autẽ exaggerabatur in sacrato loco perpetrata cædes impia, idq; die festo, quando tam hospites quàm indigenæ victimarũ more mactati sint, & sanum refertũ cadaueribus, nõ ab externo quopiam, sed ab eo qui legitimã regis appellationem prætexeret, quo facilius tyrannicum suum ingenium exploret exercendis passim in omnes iniurijs. Quare ne per somnũ quidem unquã patrem dum sanus esset, de hoc sibi post obitum substituendo principe cogitasse, ut cuius mores haberet cognitos: imò in potioribus tabulis eius aduersarium successorẽ destinatũ Antipam: hunc enim à patre ad regnũ uocatum non animo ante corpus præmortuo, sed integris etiã tum & rationis & corporis uiribus. Imò etiamsi iam tum tale de Archelao fuisset patris iudiciũ, quale in posterioribus tabulis, ipsum tñ iam satis declarasse qualis nã rex futurus sit, qui autoritatem Cæsaris in confirmãdo regno contẽpserit, et priuatus adhuc eius in tẽplo iugulare nõ dubitauerit. His dictis Antipater, et ad faciendã uerbis suis fidẽ plurimis ex ipsius cognatione testibus adhibitis, finẽ orationi imposuit. Tum Nicolaus cõtra asserebat pro Archelao, cædẽ illam circa tẽplum cõmissam ipsorũ improbitati imputandã, qui non prius a tumultuando destiterint, q̃ ille coactus sit eos ui cõpescere; hoc magis

culp

culpabiles, ꝙ non ſolùm malitiã ſuam exercuiſſent, uerum aliis etiam neceßitatẽ feciſſent audendi tale facinus. Inſolentia enim eorũ in ſpeciem quidem infeſtatã Archelaum, ſed re uera contumaciam hãc ad ipſius Cæſaris pertinuiſſe iniuriã: miſſos enim ab eo qui tumultuantes ſedaret, facto ab ipſis impetu cõtra ius & fas necatos, nulla feſti reuerentia: quibus patrocinari non pudere Antipatrũ, ſine æquitatis reſpectu, dum modò odio quo proſequatur Archelaum morẽ gereret. Eorũ igitur eſſe culpã qui priores iniuriã nõ abſtinuerint, & aliorũ arma ad defenſionem ſumpta in ſe protraxerint. Cæterũ quoq; de quibus Archelaũ accuſauerãt, in eos ipſos accuſatores referebat, dicẽs nihil horũ niſi ex illorũ ſententia geſtum, nec ea tam iniuſta eſſe, quàm ipſi uideri uelint, dum per hoc aliquid Archelao noceãt. Tamẽ illis ineſſe cupidinem ladendi cognatũ hominẽ, cùm de patre bene meritũ, tum ipſos omnibus ſemper proſcitũ officijs. Teſtamentũ certe à rege mentis compote eſſe ſcriptũ, & poſteriores ſemper potiores eſſe tabulas, has uerò tanto magis, ꝙ Cæſari rerũ domino autoritatẽ confirmandi relinquãt. Nec Cæſarem iniquitatẽ iſtorũ imitaturum, qui cùm maximis ab Herode nuno affecti ſint beneficijs, nũc extremam eius uoluntatẽ uiolare conentur: quin potius uiri amici ac ſocij, & omnia fidei ſuæ permittentis teſtamentũ ratum habiturũ: malum

enim

enim intereſſe debere inter horum malitiam, & Cæſaris uirtutem atq; fidem toti orbi cognitam. Quapropter nõ iudicaturũ parum ſanæ mentis decretũ eius, qui probo filio ſucceſſionẽ reliquerit, & inſuper ad ipſius fidẽ confugerit: quãdoquidem ueriſimile nõ ſit in deligendo ſucceſſore erraſſe, qui tam prudenter ſententiæ Cæſaris ſubiecciſſet omnia. In hunc modum Nicolaus quoq; dicendi finẽ fecit. Tum Cæſar Archelaum ad genua ſibi accidentem erexit humaniſſimè, dignum eſſe regno pronũtians: præ ſe ferens nihil ſe facturum, niſi teſtamento præſcriptũ & Archelao ipſi commodum: uidensq; hac promiſſione confirmatum in ſpe iuuenem, nihil tum
XIIII. amplius ſuper ea re ſtatuit. & dimiſſo concilio ſolus ſecum diſpiciebat, uni'ne regnũ ratum faceret, an commune ſineret Herodis generi, præſertim cùm omnes eius ope indigeant.

Seditio Iudæorum contra Sabinum, & quomodo Varus autores eius punit. CAP. XII.

SEd priuſquam quicquã certi de hac re determinatũ ſit, Mathace Archelai mater morbo uitam finit, & à Varo Syriæ præſide uenerunt literæ defectionẽ Iudæorũ ſignificantes. Nam diſceſſum inde Archelai ſequuti ſunt magni in ea gẽte tumultus: ad quos cõpeſcendos cum Varus uenìſſet, autoribus eius motus affectis ſupplicio, & maxima ex parte ſeditione compreſſa, reuertẽs Antiochiam, legionẽ unam

reliq

reliquit Hierosolymis, ut Iudais nouandarũ rerum facultatẽ præriperet: nec tamen quicquam hac ratione profecit. Quamprimũ enim Varus abijt, Sabinus Cæsaris procurator ibi subsistens uexabat Iudæos, fretus relictis illic copijs, et parem se iam putans populo: nã armatis multis satellitibus, contra Iudæos his utebatur, molestans eos, & ad defectionẽ irritans: ut qui et arces occupare conaretur, & uiolentas pecunias regias scrutationes faceret, priuati lucri & prædæ cupidine. Igitur instante pẽtecostẽ, sicut nos uocamus celebritatẽ quandã patriam, confluxerunt undiq; multa millia, nõ solùm religionis gratia, uerumetiam indignè ferẽtes Sabini intẽperias, nec tantũ ex Iudæa grauius offensa, sed è Galilæa quoq; ac Idumæa, tũ à Hierichũte, & trans Iordanẽ sitis oppidis, omnes cupientes pœnas à Sabino expetere: partitiq; trifariã hoc modo castra faciunt: pars una circũ occupat, reliquarum duarũ altera tẽplum à septẽtrionali et orientali regione circũsidet: ab occidẽtali altera quà sita erat domus regia. Ita inclusos undiq; Romanos oppugnare etiã parabãt. Tum Sabinus territus audacia hominũ, quibus decretũ esset aut mori aut uincere, statim ad Varũ misit literas, hortãs ut properet, relictamq; legionẽ præsenti periculo eripiat, alioqui breui cõtrucidandam. ipse consensa castelli turre celsissima, quæ in honorem Herodis fratris à Parthis extincti Phasaelus

appell

appellabatur, manu Romanis innuebat ut in Iudæos eruptionẽ facerent: & cum ne amicis quidem se auderet cõmittere, postulabat ut alij propter eius auaritiam mortis periculo se obijcerẽt. Qui postquàm progredi ausi sunt, cõflictus fuit acerrimus: & quamuis strenuè milites rem gererent, non tamẽ frangebantur Iudæorũ animi, licet multis cadentibus: sed circũducta suorum parte ascenderunt porticus quæ erant in extimo templi ambitu: unde in aduersarios pugnantes uel mittebant, uel fundis intorquebant lapides, non tantũ adiutores suorũ, sed spectatores etiam totius prælij. quin & sagittarij è superiore loco impetebãt expositos ictibus, nec ualentes eorrà missilibus ad se pertingere, eoq; facilius uincebant: atq; hæc pugnæ conditio diu duravit. Deinde Rom. indignitate rei moti, ignẽ clàm subijciunt porticibus: qui multis ascendentibus & fomẽta aggerẽtibus breui ad tectũ emicuit: eius materies q̃ esset pice ac cera ob inaurationem peruncta, facile correpta est incendio, quo lacunaria illa pretiosa et magnifica absumpta sunt. & quotquot illuc ascenderãt improuiso perierunt exitio: pars enim cũ tecto ruente una præcipitati sunt, pars à circumstantibus telis cõfixi: nõnulli desperatione salutis & ni mali attoniti, aut in flammas sese dederũt, aut suismet gladijs confecti sunt: q̃ si aliqui refugientes quà ascenderant in tutum se recipere uolebãt, hos omnes

Romani

Romani cõcrucidauerunt, quòd inermibus nihil prodesset ferocia, ita ut ne unus quidẽ ex his qui tectũ ascenderant incolumis euaderet. Tum Romani qua se incendiũ remisit alij ab alijs, perrupti, penetrauerũt ad sacra pecuniæ conditoriũ, cuius bona pars furto militũ disperijt: ad Sabinũ autem propalàm XL. talenta ex ea præda relata sunt. Iudæi uerò duplici calamitate affecti sunt, desideratis in ea pugna charorũ amicorũ plurimis, & insuper spoliato sacrario: facto tamen globo è pugnacissimis circumdederunt regiam, incensuros se eam & omnes intus recisuros minitãtes, nisi quamprimũ discederẽt: quòd si mox abirent, impunitatẽ Sabino unà cum suis pollicentes: pro quibus etiam aulicorũ maxima pars stabat. Rufus quoq; & Gratus, qui sub se habebant tria millia bellicosissimorũ & strenuissimorũ uirorũ ex Herodis exercitu, in partes Romanorũ se transtulerunt: simulq; equitatus Rufo duci parebat, non mediocris sanè ad rem Romanam accessio. Interim Iudæi nihilo segnius instabant oppugnationi, muros suffodientes cuniculis, & aduersarios hortantes, ut abirent, néue diutius nundinatibus se in libertatẽ à maioribus acceptã obsisterent. At Sabinus libenter quidem inde abduxisset milites, sed fidẽ promissis habere non poterat, propter ea quæ perpetrauerat, nimiã etiam æquitatẽ hostium suspectã habebat, & expectabat à Varo subsidiũ. In hoc XV. rerum

rerum ſtatu etiam alibi per Iudeam diuerſis in locis innumeri tumultus exoriebãtur, ut quemq; aut lucri aut uindictæ cõcitabat cupiditas. Duo enim uirorum millia qui aliquando ſub Herode meruerant, tunc uerò dimiſſi domi agebant, in unum collecti bello impetebãt regios, reſiſtentes ſibi ductu nepotis Herodis Archiabi, qui nuſquam æquo loco eos ſuſtinere auſus ut ueteranos & bellandi periti ſſimos, tuebatur ſe & ſua quantũ poterat aſperitatib⁹ acceſſu difficilibus. Quin & Iudas Ezeciæ latronũ ductoris olim per Herodem magno labore expugnati filius, apud Sephorim urbem Galilææ collecta circa ſe hominũ deſperatorũ manu incurſabat regis ditionẽ: & potitus eius armamentario, armatisq; inde ſuis ad unũ omnibus, pecuniam quoq; regiam in illis locis occupauit: iamq; formidãdus accolis ſpoliabat in quoſcunq; incideret, aſpirãs ad regnũ, affectansq; hoc faſtigium non bonis artibus quarũ imperitus erat, ſed nocendi licentia. Dum ita ubiq; turbatur, etiã Simon Herodis regis ſeruus, uir alioqui & forma & ſtatura & robore egregius in primis habitus, auſus eſt diadema ſumere: ſtipatusq; numeroſis copijs, & rex cõſalutatus ab inſana multitudine, placebat ſibi præ quouis alio, auſpicatus poteſtatem diripienda ac incẽdenda Hierichuntina regia: paſſimq; crematis alijs regis palatijs, et præda cõceſſa ſuæ factionis hominibus, maiora etiã auſurus

uideb

uidebatur, ni maturè occurſum fuiſſet: nã Gratus regiorũ militũ dux, tum Romanorũ partes fouens, ſuas copias cõtra Simonẽ duxit: ubi poſt acerrimũ conflictũ tranſamnani homines incõpoſiti, & ferociter magis q̃ peritè pugnãtes deleti ſunt: ipſum Simonẽ per anguſtas quaſdam fauces fugientẽ Gratus aſſecutus obtruncauit. Apud Amatha quoq; Iordani flumini appoſita palatiũ regium inceſſum eſt à quadã hominum colluuie, qualis & circa Simonẽ fuerat. Tantus tum furor per totã gentẽ graſſabatur, eo quòd proprium regẽ non haberet, qui multitudinem bonis rationibus cõtineret in officio: qui uerò externi ad caſtigandos ſeditioſos uenerant, malũ potius exacerbarẽt, graues ſuperbia ſimul & auaritia. Quandoquidẽ & Athronges, uir nec maioribus claris prognatus, nec uirtute aut opibus ſubnixus, ſed paſtor hactenus obſcuriſſimus, uaſto tantum corpore & manuũ robore inſignis, attẽtauit dignitatẽ regiã, præratus animæ periculo depaciſci nocẽdi licentiã: huic erãt quatuor fratres, & ipſi grandi ſtatura & manu prõpti ad quoduis arduũ facinus, inſtrumentũ ut ipſis uidebatur idoneũ ad occupandã tyrannidẽ, q̃ eorum quiſq; ductaret cohortẽ militũ: magna enim ad eos turba confluxerat, quã in fratres quaſi legatos diſtributã obire iubebat prælia: ipſe diademate ornatus cõſultabat de rebus agendis, quarũ penes ſe ſer-

nabat arbitriũ: durauitq; diu poteſtas huius, et non inanis regis appellatio, dũ quicquid collibuiſſet exequitur, maximè in Romanos cadibus ſeuiens, & milites regios, utriſq; ex æquo infenſus: his propter licentiã qua ſub Herode uſi fuerãt, Romanis propter recentẽ iniuriã. Id odium indies magis exaſperabatur, imminebãtq; ubiq; omnibus, uel lucri cupidine, uel in cõſuetudinẽ iam uerſa occidendi libidine. Circa Emaumtem etiã Romanam cohortẽ frumenta & arma in excreitũ portantẽ inſidijs exceperũt: ductoreq; eius Ariũ centurionẽ cum quadraginta foreiſſimis peditibus telis confixerunt: reliquos nihilo meliora iam expectantes ſuperueniẽs cum regio milite Gratus ſeruauit, relictis caſorum cadaueribus. In hunc modũ longo tẽpore prælia per occaſionẽ conſerentes, & Romanos non lenibus affecerunt incõmodis, & ſuam gentem maioribus etiã inuoluerũt calamitatibus: tandẽ ipſi capti ſunt, unus à Grato pugna victus, alter à Ptolemæo: maximo natu deinde in Archelai poteſtatẽ redacto, ultimus qui ſupererat, fratris caſu territus, & nullã uidens ſalutis ſpẽ reliquam, quòd eius copiæ exhauſtæ eſſent uel morbo uel continuis laboribus, acceptæ fide & iureiurando ipſe quoq; Archelao ſe dedidit: ſed id aliquãto pòſt factũ eſt. Tunc uerò Iudæa plena erat latrocinijs. & ut quiſq; ſeditioſorum cœtus coiuerat, paſſim reges creabantur in rei-

pub

publicæ perniciem, quòd minima eius mali pars rediret ad Romanos, ipsi uerò inter se diuturnis conflictarentur cædibus. Cæterũ Varus cognito ex Sabini literis periculo, timẽs tertiæ legioni, assumptis duabus reliquis (nam tres in uniuersum erãt in Syria) et quatuor turmis equitum, auxiliijsq; regum ac tetrarcharũ properabat in Iudæam ut obsessis succurreret, iussis qui præmittebantur conuenire Ptolemaidẽ. Beryziorum etiam urbem prætereundo, mille quingentos auxiliares ab eis accepit. Aretas quoq; Petræus amicus Romanis factus propter Herodis inimicitias non paruam manũ misit tam peditum quàm equitum. Postquam autem apud Ptolemaida in unũ cõuenit totus exercitus, partem eius filio & amicorũ uni tradidit ducendã cõtra Galileos eius urbis agro finitimos: qui regionẽ eorũ ingressus, profligatis quotquot ausi sunt cũ armis occurrere, Sephorim cepit, & nẽditis sub hasta incolis, urbẽ absumpsit incẽdio. Ipse Varus uersus Samariã progressus cũ exercitu, à ciuitate quidẽ abstinuit, quã sciebat immunẽ à seditiosorum contagio: castra autẽ posuit in quodã uico, qui erat Ptolemæi possessio, Arus nomine: eũ Arabes incenderunt, propter Herodem amicis quoq; eius infensi: inde progressi sãpho alium uicum ijdẽ Arabes diripiunt, moxq; incendunt, quãuis munitissimũ: quin toto illo itinere nihil eos effugit, omnia XVI.

miſcentes flammis ac cædibus. Nã & Emmaus cremata eſt Vari iuſſu, in uidictã cæſorũ ibi militum, deſerta tamen ab habitatoribus. Inde cũ appropinquarẽt Hieroſolymis, Iudæi qui legionem ab ea parte obſidebãt, ad primũ uenientis exercitus conſpectum territi diffugerunt, oppugnatione quã inceptabãt relicta. Hieroſolymitani autẽ Iudæi grauiter à Varo increpiti, excuſationẽ afferebãt, populum quidẽ propter feſtum confluxiſſe, bellũ uerò non ex ſua ſententia, ſed ex conuenarum audacia ſuſceptũ: & ſe adeò nõ oppugnaſſe Romanos, ut potius unà cũ illis oppugnati fuerint: & iam ante obuiam ei proceſſerãt, Ioſephus Herodis regis nepos, Gratuſq; ac Rufus cũ militibus, et Romani qui obſidionem tulerant. Sabinus enim in eius cõſpectum nõ uenit, ſed ſubducens ſe clàm ex urbe, ad mare profectus eſt. Tum Varus dimiſſa per totam regionẽ parte exercitus, perquirebat deſectionis autores: & indicio repertos, alios ut ſontes puniit, nõnullos dimiſit incolumes: actiq; ſunt in cruces ea de cauſa circiter duo millia. Poſt hæc ablegato exercitu cuius non erat uſus amplius, quiq; cõtra eius uoluntatẽ lucri ſtudio multa maleficia patrauerat, ipſe audito decem millia Iudæorũ in unũ confluxiſſe, properauit ut eos deprehenderet: illi nõ auſi manus cõſerere, deditionẽ fecerunt arbitratu Archiabi. Varus autẽ data ſeditioſorũ uulgo deſectionis uenia,

duces

duces eorũ misit ad Cæsarẽ. Ille cæteris ignouit, in solos aliquot regis Herodis necessarios animaduertit, quòd nec cognationis nec iustitiæ respectu à nefarijs armis abstinuerint. Itaq; Varus rebus cõpositis, & relicta Hierosolymis eadem legione in præsidio, reuersus est Antiochiã. Archelao autẽ Romæ aliud negotium XVII. *exhibitum est tali de causa. Venit eò Vari permissu Iudæorũ legatio, postulãs ut eis liceat suis legibus uiuere: erantq; legati quinquaginta, quibus adcrant Iudæorũ urbem incolentiũ plus quã octo millia. Cũq; Cæsar conuocasset in ædẽ Apollinis magno sumptu à se exstructã cõcilium amicorũ & primariorũ ciuiũ, uenerũt eò legati, prosequente Iudæorũ turba, & Archelaus cum amicorũ comitatu. Cognati autẽ regis neq; ab Archelao stabant propter ipsius odiũ, & tamen legatis suffragari grauabantur, q̃ puderet eos coram Cæsare aduersari homini tam propinqua cõiuncto necessitudine. Aderat & Philippus è Syria Vari hortatu ueniens, ea potissimũ de causa, ut fratris aduocatiũ ageret, cui Varus bene cupiebat: deinde nõnihil sperans, si impetrarent Iudæi potestatẽ uiuendi suis legibus, fore ut diuiso in Herodis progeniem regno, ad ipsum quoq; rediret pars aliqua. Data igitur Iudæorũ legatis dicẽdi copia, postulãtes non esse ulterius sub regibus, ab accusanda Herodis iniquitate orsi sunt. Regẽ illi fuisse nomine te-*

uus, alioquin omnibus omnium tyrannorũ artibus usum ad subiectæ gẽtis perniciem, nec his contentũ quasdam nouas ex suo cõmentum esse ingenio. Nec opus esse cõmemorari quã multis uitam ademisset, cũ lõge deterior fuerit cõditio superstitũ, quos non modò perpetua truculentia & asperitate terruerit, sed bonis etiam eorum rapaces manus nõ abstinuerit: itaq; uicinas urbes ab exteris habitatas illũ ornamentis excoluisse, quò magis in suo regno sitas exhauiret exactionibus: adegisseq; gentẽ suã ad extremã paupertatẽ, quam cũ primis floretem acceperit, dum nobiles ex causis parũ probabilibus dãnatos capitis insuper bonis spoliat, aut facta nouẽdi gratia, nudat eos possessionibus. Deinde eum annua tributa imposita sint per singulos, seorsum tamen placandã fuisse auiditatẽ amicorũ eius & aulicorũ, atq; etiã seruorum qui huiusmodi exigendis praessent, ut hoc pacto iniuriosam uexationem redimerent. Silentio enim prætereundas constuprationes uirginũ, & per contumeliã ereptam matronis pudicitiã: quandoquidẽ hæc patientibus maximum sit solatium, si quã pauciſsimis sciatur suũ dedecus: in summa non aliter ipsis præfuisse Herodem, quàm si sæuissima bestia in eos commissum fuisset imperium. Itaq; cùm multis olim ea gens oppressa sit cladibus, nullum tamen exstare in rerũ monumentis exemplum, cum quo conferri possit

præf

præſens per Herodẽ illata calamitas. Quapropter meritò ab eis Archelaũ promptis ſtudijs regem conſalutatum, quòd ita putarent, fieri nõ poſſe, quin quicunq; tandẽ Herodi ſuccederet, moderatius multò tractaret ſubditos: et in eius gratiã patrem honoratũ luctu publico, libenter gratificaturis, & in cæteris ad conciliandã ſibi eius benenolentiam. At illum quaſi timeret ne non uideretur germana parẽtis ſui ſoboles, ſine dilatione declaraſſe popularibus quid de ſe ſentiendũ ſit, idq; priuſquã confirmatus eſſet in potentia, cũ totum negotium etiam tum penderet ex arbitrio Cæſaris: editumq; mox ſubditis futura uirtutis ac modeſtiæ & æquitatis ſpecimẽ, dum tria millia ſua tribus ciuium Deo in ipſo templo pro uictimis iugulat. An non igitur omnes iuſtiſſimo illũ proſequi odio, qui poſt tam crudele facinus, adhuc ſeditionis reos ſe conetur peragere, et ius regni ſibi uindicet? Poſtremò ſumma poſtulatorũ hæc fuit, ut mutata reipub. forma poſthac ſine regibus agerent, & cõtributi prouinciæ Syriæ, Romanis parerent potẽſtatibus. Sic enim fore perſpicuũ, utrum ſeditionibus delectentur, & rerũ nouationibus, an obedire ſciãt præſidibus legitimis. His peroratis à legatis Iudæorũ, Nicolaus utriq; patrocinatus eſt, dicens Herodẽ quidem quoad uixerit nunquã fuiſſe accuſatũ, nec eſſe æquũ eos qui ſi iuſtã uinẽtis accuſationẽ attuliſſent, caſtigatio-

nem eius sperare poterant, nunc defuncti manes crimunibus lacessere. Quæ uerò obijciãtur Archelao, ipsorũ imputanda esse uiolentæ contumaciæ: qui cùm affectassent res non concessas legibus, & pacatores ferro ac saxis aggressi essent, nunc uitio uerterent eisdem rationibus se esse cohibitos. Versa deinde in accusatores crimination, aiebat eos libenter agitari seditionibus, quod nesciãt parere legibus, essęq; genẽ omnium pernicaciſsimam. Hæc Nicolaus.

Cæsar Herodis testamentũ confirmat. CAP. XIII.

CAesar uerò his auditis dimisit cõcilium. Paucis deinde diebus Archelaũ non regẽ declarat, sed dimidia parte ditionis quæ Herodis fuerat ei cõcessa ethnarcham eũ cõstituit, regnũ quoq; pollicitus, quàm primum ille se tali honore dignum redderet. Alterum dimidium partitus est in alios duos Herodis filios, Philippum, & Antipã eũ qui cũ Archelao de toto regno cõtenderat. Huic transamnana regio cessit cum Galilea, & CC. talẽta annua. Batanæa uerò cũ Trachonitide, & Auranitis cũ parte quadã Zenodori (ut uocant) domus obtigit Philippo, & centũ talenta annui reditus: Archelao uerò Iudæa & Idumæa, præterq; has Samaria, cui ex autoritate Cæsaris tributorũ quarta pars remissa est eo q̃ cæteris tumultuantibus soli quieti manserant in officio. In eius ditione cõprehẽdebãtur urbes, Stratonis turris, Sebaste,

Ioppe,

Ioppe, Hierosolyma: nam Gazam, Gadara & Hippon græcanici instituti urbes Cæsar ob id separatas à regni terminis Syriæ cõtribuit. D C. autẽ talenta quotãnis redibãt è sua ditione ad Archelaũ. atq; hoc fuit Herodis filiorũ patrimoniũ. Salome autẽ præter legatas à fratre urbes Iamniã, Azotum & Phasaëlida, argẽtiq; signati quingenta milia, Cæsar largitus est in Ascalone palatium: percipiebatq; ex subiectis sibi locis sexaginta talẽta annua, habitãs in ditione Archelai. Reddita sunt etiã cæteris regis cognatis legata, ita ut testamento cauerat. Duæ deinde eius filiæ uirgines præter relicta sibi à patre, acceperc ex Cæsaris munificentia ducena quinquagena signati argẽti millia, & elocatæ sunt Pheroræ filijs: imò totũ etiã regis legatum mille quingentorũ talẽtorum æstimatione cessit ipsius filijs, paucis aliquot uasis sibi retẽtis, non tam ob pretiũ charis, quã ob amici memoriam.

De Pseudalexandro. CAP. XIIII.

HIs ita ordinatis per Cæsarẽ, iuuenis quidã Iudæus genere, educatus Sidone apud quendã Romani ciuis libertũ, adoptauit semetipsum in Herodis familiã, per occasionẽ similitudinis, qua referebat Alexandri ab illo extincti effigiẽ, atteſtãtib. omniũ quoquot utrũq; uiderant oculis: atq; hac uia grassari cœpit ad regium fastigium. itaq; ascito tribuli quodam fraudis socio, qui totius regiæ rerũ gnarus, alio- XVIII.

quin etiã aſtutus erat, & natus ad excitandas turbas egregias, illius inſtitutione fingebat ſe Alexandrũ illum Herodis filiũ, morti ſubtractum cuiuſdã beneficio, cui demandatũ ſit eius interficiẽdi negotiũ: ſuppoſitis enim necis ipſorum uicarijs, & ſe ereptũ & fratrẽ Ariſtobulũ. His nugis inflatus, alijs quoq; non deſinebat fucum facere: cumq; Cretã appuliſſet, quotquot Iudæorũ uenerũt in eius colloquiũ, omnibus rem perſuaſit, & auctus ab eis pecunia, tra iecit in Melum inſulã: ubi magnã pecuniæ uim quæſiuit prætextu regiæ proſapiæ. Et iam ſperans receptũrũ ſe paternũ principatum, remuneraturumq; beneficos, Romã properat ſuis hoſpitibus deducentibus. Cumq; adnauigaſſet Puteolos, ibi quoq; à deceptis Iudæis ſimul fauore exceptus eſt, cõcurrentibus tanquã ad regẽ qui Herodi uel hoſpitij iure coniunctus, uel aliquo erant obſtricti beneficio: in cauſa fuit hominum natura rumorum auida, præſertim conciliante forma ſimilitudine: nam etiam illis qui nalde familiares Alexandro fuerant, perſuaſum erat hunc ipſum eſſe, non alium, idq; alijs nõ dubitabant aſſeuerare iureiurãdo interpoſito. Quod poſtquã Romam perlatũ eſt, uniuerſa Iudæorũ illic agentiũ multitudo profecta eſt obuiã, tam inſperatam ſalutem ad Dei referentes gratiam, & publico applauſu propter maternum genus excipientes hominem lectica geſtatũ per uias:

nihil

nihil enim ei ad regium cultũ deerat, suppeditantibus sumptum hospitibus: affluentesq; certatim multitudine, acclamabatur faustis ominationibus, ut fieri solet in re præter spem incolumi. Id ubi allatum est ad Cæsarẽ, nolebat fidẽ habere nuntio, q̃ sciret Herodem non facile potuisse decipi in re tam seria: nonnihil tamen spe motus, Celadũ unum è suis libertis familiariter olim uersatũ cum adolescẽtibus illò mittit, iussum ut Alexandrũ in conspectum suũ adduceret: quod ille fecit, nihilo in dignoscendo alijs sagacior. Nõ tamen imponi potuit Cæsari, quòd non tanta esset similitudo ut etiam prudenter considerantes falleret. Pseudalexãder enim & manus habebat duratas opere, et corporis illa gratia carebat, qua solet bene natis & educatis cõtingere, q̃ ipse non uixisset in tantis delicijs. Posquã igitur animaduertit conspirasse immendacia præceptorẽ atq; discipulũ, & ex cõposito loquentibus adesse fiduciam, percõtabatur quid factũ esset simul erepto Aristobulo, aut cúrnam ille non uenisset, unà cum fratre ius tam præclaris natalibus debitum reposcere? Responsum est in Cypro eum mansisse, metu periculorũ quibus mare nauigantes expositi sunt: ut si quid ipsis contigisset durius, non omnino Mariammes genus intercideret, sed supereſſet saltem Aristobulus. Hac illo asseuerante, simulq; cõcinẽte autore huic fabula, Cæsar seduclo

clo adoleſcente: Tibi,inquit,ſi nõme quoq; co-
neris fallere,merces erit impunitas quod ad tuã
ſalutẽ attinet:nũc age dicito quiſnã ſis,& quis
te ad hæc audenda impulerit : neq; enim iſtius
ætatis eſt tam inſidioſa malitia. Ibi ille,cùm non
poſſet aliud,totũ cõmentũ indicat, quibus mo-
dis,& à quo ſit cõpoſitũ.Cæſar autẽ Pſeudalexandrum,ut pollicita ſernaret,in remigũ ordinem allegit,q̃ eſſet ualido corpore, doctorẽ uerò eius affecit ſupplicio:cæterùm Melijs abundè magna mulcta fuit,quæ in fictitiũ Alexandrum fruſtra impẽderãt: atq; ita cœptũ Pſeudalexãdri temerariũ turpis cõſecutus eſt exitus.

Archelaus iterum accuſatus Viennam relegatus eſt. CAP. XV.

XIX. *Cæterũ Archelaus iam ethnarcha in Iudeã reuerſus, Ioazaro Boëthi filio pontificatũ abrogat, inſimulato q̃ ſeditioſis cõſenſerit, eamq; dignitatẽ in Eleazarũ illius fratrẽ collocat:apud Hierichuntẽ deinde regiam magnificè refecit,aquarũ quibus Ncara nitus inuabatur, dimidio derinato in palmetũ recens à ſe in ſubiecto cãpo conſitũ: nouũ etiã nitũ conditũ à ſe denominauit Archelaida:& cõtempto more patrio, Glaphyrã Archelai regis filiam,olim Alexãdri fratris ſui coniugẽ, & liberorũ ex illo ſuſceptorũ matrẽ, duxit : quãuis Iudæi lege uetẽtur fratrum uxores ducere. Nec Eleazarus diu ſacerdotio potitus eſt,ſubroga-*

to in

to in uiuentis locum Iesu Sia filio. Decimo ante principatus Archelai anno primates tam Iudaeorũ q̃ Samaritarũ nõ ferẽtes eius tyrannidẽ, detulerũt eũ ad Caesarẽ, maximè cũ sciret eum contra ipsius mandatũ feciſſe, à quo iuſſus fuerat ex aequo ac bono praeesſe ſubditis. Hoc audito Caesar ira cõmotus accerſit procuratorẽ eius Romae agentẽ, & ipſum Archelaum nomine: nec dignatus quicquã ſcribere, Vade, inquit, et quã primũ illũ ad nos adducito. Qui accelerata nauigatione in Iudeam delatus, reperit eum cũ amicis in cõuiuio: indicataq; uoluntate Caeſaris, ad proſectionẽ hortatus eſt. Mox ubi uenit, Caeſar auditis eius accuſatoribus & ipſius defenſione, miſit eum Viennã in exiliũ, quae eſt urbs Galliae, multatũ prius omni pecunia. Sed priuſquã Romam euocatus eſt, amicis tale narrauit ſomnium. Viſus eſt ſibi uidere decẽ ſpicas maturas tritico plenas à bubus abſumi: experrectusq; nõ contẽnendã uiſionẽ ratus, cõiectores diuinos ſuper ea cõſuluit. Quibus diſſentientibus cũ uariaret interpretatio, Simon uir Eſſeus praefatus uenia, ait hanc uiſionẽ Archelao ſignificare mutationẽ in deterius: boues enim ſignificare miſeriã, q̃ in perpetuis laboribus degat hoc animal: praeterea rerũ mutationẽ, quia terra horũ opera uerſata nec locũ eundem retineat, nec faciẽ: caeterũ decẽ illas ſpicas totidem annorũ praefinire numerũ. eas enim redire an-

nuis

nuis uicibus, iamq; instare Archelao dominationis terminũ. Sic ille hoc somniũ interpretatus est: post cuius uisionẽ quinta die [illegible] deam procurator Archelaus, ad eum [illegible] illũ missus à Cæsare. Simile quiddã [illegible] ræ eius uxori accidit, Archelai [illegible] ut iam diximus, uirgo nupserat Alex[illegible] rodis filio, fratri huius Archelai: [illegible] occiso, iterũ nupsit Iubæ regi Mauritaniæ: [illegible] quoq; defuncto, uiduã apud patrẽ [illegible] Cappadocia duxit Archelaus, rep[illegible] riamme priore cõiuge, tãto ardebat [illegible] phyræ. Huic degẽti cũ Archelao tale somniũ obuersatũ est: Visa sibi est Alexana[illegible] tem cõplexu excipere præ gaudio [illegible] postulantem dicere, Cõfirmasti c[illegible] gare illud dictũ, nõ esse fidendũ mul[illegible] uirgo mihi coniuncta matrimor[illegible] liberorũ parẽs, oblita nostri amoris capta es secundarũ nuptiarũ desiderio: ac ne ea quidẽ [illegible] tumelia cõtenta, ausa es cũ tertio cubare s[illegible] turpiter, & impudẽter ingressa meã familiam, et nupta Archelao, fratrẽ meũ habere maritũ sustinẽs. At ego nõ obliuiscar meteris tuæ beneuolentiæ, teq; liberabo ab hoc opprobrio, mihiq; te meã uindicabo. Hoc somniũ cũ illa exposuisset apud quasdam familiares sibi mulieres, post paucos dies uita functa est: quod ego ideo hic referẽdum putaui, q̃ sermo sit mihi de illis

regib

regib[illegible] alioqui res magni exempli uidetur. certiſſi[illegible] immortalitatis animorum & diuina [illegible] argumentũ cõtinens. Cui uerò hæc [illegible] incredibilia, fruatur opinione ſua, & [illegible] obſtrepat qui talibus excitãtur ad uir- [illegible] Caterùm ditione Archelai con- [illegible] Syria, miſſus eſt illo à Cæſare uir conſu- [illegible] Quirinius, qui cẽſum ageret per Syriam, [illegible] Archelai domum uenderet.

IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIB. XVIII.

Cenſendá Syriam & Iudæam mittitur procurator ejuſdem Cæſaris in Iudæam Coponius: & quomodo Iudas Galilæus nouas molitus eſt. CAP. I.

INTEREA *Quirinius ſenator Romanus per omnes honorum gradus ad conſulatũ uſq; prouectus, et in primis clarus, à Cæſare mittitur in Syriam, ut iura populis redderet, facultatesq; cenſeret omnium: & cùm eo uenit Coponius, præfectus turmæ equitum, penes quẽ eſſet totius Iudææ rerũ adminiſtratio. Quin & ipſe Quirinius in Iudæã uenit iam attributã prouinciæ Syriæ, ut percenſeret facultates eius regionis ciuium & Archelai pecunias in poteſtatem ſuam redigeret.*

Illi

Illi uerò tametsi primùm ægrè ferrent mentionẽ descriptionis, nõ sunt tamẽ reluctati pertinaciter, parendo autoritati pontificis Ioazari, qui Boëthi fuit filius: atq; ita illius suasu sine controuersia census peractus est. Extitit tamẽ pòst quidam Iudas Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, qui adiũcto sibi Pharisæo Sadduco, sollicitabat ad defectionẽ populos, censum nihil aliud quam manifestam seruitutis professionem esse dictitans, & uniuersam gentẽ ad tuendam libertatẽ adhortãs. Fore enim ut re bene gesta fortunis suis fruantur feliciter, & confirmati in earum possessione laudẽ quoq; sibi parẽt fortitudinis: nec sperandũ auxiliũ cœlestis numinis, nisi ipsi quoq; rebus suis consulãt. Accipiebãtur hæc pronis uulgi auribus, ita ut accederentur ad audendum aliquid: atq; ita dici uix potest quãtum hi uiri totã gentẽ cõturbauerint, dum omnia miscẽt cædibus & latrociniis, promiscuisq; nullo amicorũ aut inimicorũ respectu prædationibus, & insignia uirorũ cædibus: prætextu quidẽ propugnandæ libertatis publicæ, sed re uera priuatorũ lucrorum studio. Itaq; conficiẽtibus se mutuo ciuibus, & furiosissima contẽtione certãtibus, ne externus quidẽ hostis cessabat interim: ac ne extrema quidẽ fames fortè superueniens potuit eos compescere, quò minus sæuirent expugnandis oppidis, & fundendo ciuili sanguine, donec postremò malum eò

prog

progreſſum eſt, ut hoſtilis flamma Dei templũ inuaderet. Adeò periculoſum eſt patrios ritus labefactare & conuellere. Siquidem Iudas & Sadducus omniũ harũ calamitatũ autores fuere, dum ſuper tres priſtinas ſectas nouã quartã inducũt, & nouitatũ cupidos affatim ad ſe contrahunt: id quod non in præſens tantũ turbauit rempublicã, ſed futurarũ etiã cladiũ fuit ſeminarium. Quamobrẽ conueniens uidetur paucis de eorum placitis diſſerere, propter quæ tot mala genti noſtræ inundauerunt.

Quæ & quot ſectæ fuerint apud Iudæos. CAP. II.

Iudæi patriæ ſapientiæ ſtudioſi iam inde à multis retro ſeculis in tres ſectas erant diuiſi. Eſſenorũ, Sadducæorum, & eam quæ Phariſæorum uocata eſt. II. *De his licet nonnihil in ſecundo Iudaici belli uolumine à nobis dictũ ſit, tamen nunc quoq; paucis dicere non ab re fuerit. Ergo Phariſæorum victus ſimplex eſt, nullis mollitus delicijs: & quicquid his ratio dictauit, id ſequuntur pertinaciter: maiores natu ueneranter, nec audent eis reſponſare monentibus aut obloqui. Fato quæcunq; geruntur tribuunt, nec tamen homini uoluntatis aſſenſum adimunt, hoc temperamẽto Deum uti dicẽtes, ut cùm omnia fiant ex ipſius conſilio, in homine tamẽ ſit uoluntas accedẽdi ad uirtutem aut uitiũ. Animas credunt eſſe immortales, & ſub terris earũ iudicia fieri: tum præmia quoq; con-*

cingere ex uirtutis aut malitiæ merito : & has perpetuis damnari carceribus, illis facilẽ esse ad uitã reditũ: per hæc placita magnã sibi auctoritatẽ parauerunt apud populũ: & quicquid ad solennes precationes ac cultũ diuinũ attinet, iuxta horũ interpretationẽ ac præscriptũ solet fieri. Tantũ habẽt à ciuitatibus sapiẽtiæ, tẽperantia, & uitæ honestioris testimoniũ. At Saddu caeorũ opinio cũ corpore extinguit simul & animas, nec quicquã præter legẽ seruãdum existimant: nam de sapiẽtia cũ præceptoribus disceptare ad uirtutem reputant : huius sectæ pauci sunt, sed ferè dignitate præcipui. Ex horũ tamẽ senẽtia nix quicquã agitur : nam quoties magistratus licet inuiti suscipiũt, Phariſæorũ decretis assentiũt, ni facerẽt nõ ferẽdi à plebeiorũ multitudine. Essenorum uerò placitũ uniuersitatis regimẽ citra exceptionẽ Deo asserit immortalitatẽ animis: nec aliud quicquã æquè ac iustitiã omni cõtentione expetendũ existimat. Ad templũ autẽ donaria mittẽtes, sacra ibi nõ faciunt, q̃ sanctioribus utãtur ceremonijs: quapropter excluſi à cõmuni fano ſeorſum ſacrificant: moribus alioqui ſunt probatiſſimis, agris colẽdis in totũ dediti. Mirãda etiã est eorũ iuſtitia, qua omnes Græcos et Barbaros longè ſuperant, multis iam ſeculis triti in eius continuis ſtudijs. Facultates in cõmune poſſident. nec aliquis diues magis utitur ſuis bonis, q̃ quiuis

nihil

nihil poßidens. Atq; hoc inſtituto uiuũt uirorum ſupra quatuor millia, nec uxores habẽtiũ, nec ſeruos, q̃ alterũ ad iniuriã cõmunis naturæ pertinere cẽſeant, alterũ trãquillitati uitæ parũ cõmodũ: quare per ſe ipſi uiuẽtes inuicẽ ſibi miniſtrãt. Quæſtores creant uiros probos ex ſacerdotũ numero, qui ex agrorũ reditib⁹ & fructu ſingulis cibos eis conficiãt. In ſumma eandem uitæ uẽdi rationẽ ſequuntur, quã hi qui apud Dacos Pliſti nominãtur. Quarta autem ſtudiũ ſapiẽtiæ ſectãtium uia primus auctor fuit Iudas Galilæus: hi cætera cũ Phariſæis conſentiunt, niſi q̃ cõſtantiſſimo libertatis amore flagrant, credẽtes ſolũ Deũ dominũ habendum ac principẽ, facilius uel exquiſitiſſima pœnarũ genera lacturi unà cũ cognatis ſuis ac chariſſimis, quàm mortalẽ aliquẽ appellaturi dominũ: quod multis ſæpe ſpectatũ ſcio, plura de hoc non libet dicere: nõ enim uereor ne fidẽ nõ inueniãt uerba, imò illud potius, ne tam inſignẽ patientiã & doloris contẽptum parũ aſſequãtur: quæ quidẽ animoſitas plurimũ in gente noſtra creuit accẽſa acerbiſſimis Geſſij Flori iniurijs, quibus poſtremo effectum ut deficerent à Rom. pop. Et de Iudæorum ſectis hæc ſuffecerint.

Vrbes ab Herode & Philippo tetrarchis in honorem Cæſaris conditæ. CAP. III.

QVirinius autem uenditis & confiſcatis Archelai facultatibus, peracto q; cenſu, III.

qui incidit in annum trigesimum tertium, post victū à Cæsare in Actiaca pugna Antoniū. cùm mota esset cōtra Ioazarum pontificem plebis seditio, priuauit eū hac dignitate, & Ananum Sethi filiū substituit. Herodes uerò & Philippus suæ quisq; tetrarchiæ res ordinauit & cōposuit: quorum Herodes Sephori cincta mœnibus, fecit eam totius Galilææ caput et defensaculum: aliud deinde oppidum quod tunc Betaramphtha dicebatur, cōmunitum nomine mutato Iuliada ab uxore imperatoris appellauit. Philippus quoq; Paneada sitā ad Iordanis fontes instruxit ædificijs, indito Cæsareæ nomine. Vico etiā Bethsaide in ripa lacus Genesarethini urbis speciē addidit, frequētato incolis & aucto opibus, quē Iuliæ Cæsaris filiæ cognominem esse uoluit. Caterùm Coponio, quē cum Quirinio missum diximus, Iudeā administrante huiusmodi quiddam accidit: In festo azymorum, quod Pascha uocamus, mos est sacerdotibus post mediam noctē aperire templi ianuas: tunc igitur quàmprimū apertæ sunt, Samaritani quidam clàm ingressi Hierosolyma, sparserūt ossa humana per porticus & per totū templū: quo factū est ut posthac sacerdotes solito diligentiores custodias agerent. Paulo pòst Coponius Romam reuertitur, successore accepto M. Ambiuio, cuius tempore Salome Herodis regis uxor uita decedens Iuliæ Iamniam cum

XIII.

suæ

ſua topa[illegible] reliquit, & ſitam in campo Phaſaelidem, Archelaidemq; plurimis palmetis conſitam, quorum fructus eſt praſtantiſſimus. Huic ſucceſſit Annius Ruſus, quo praſide Caſar fato functus eſt, qui ſecundus fuit Romanorum imperator, prafuitq; Reip. annos quinquaginta ſeptem, ſex menſibus amplius & diebus duobus: in quo numero quatuordecim ſunt anni, quibus Antonius ei fuit imperij ſocius & particeps. Vixit autẽ annos ſeptuaginta ſeptem. Ei Tiberius Nero priuignus ſucceſſit, Iulia filius, Romanorũ imperator tertius: à quo quintus Iudaorũ praſes miſſus eſt in Annij Rufi locum Valerius Gratus. Hic adempto Anano ſacerdotio Iſmaëlem Fabi filiũ iuſſit eſſe pontificem: quo paulo poſt deiecto, in Eleazarum Anani pontificis filium eum honorẽ tranſtulit. Elapſo deinde anno & hunc redegit in ordinẽ, & Simoni Camithi filio pontificatũ tribuit: hic quoq; anno in hac dignitate exacto, iuſſus eſt eam cedere Ioſepho qui cognominabat Caiaphas. His ita geſtis, Gratus Romã repetit, in Iudaa exactis annis undecim: cui deinde Pontius Pilatus ſucceſſor miſſus eſt. Herodes porrò tetrarcha receptus in amicitiam Tiberij, de ipſius nomine urbem à ſe conditam uocauit Tiberiada, electo ad hoc optimo agro Galilaa in ora lacus Geneſarethici: unde non longe apud Emmaunticum uicum ſunt aquæ calidæ: hæc partim à conuenis,

partim à Galileis habitata est: quorum nõnulli eò migrare coacti sunt, quidã etiã è nobilitate sedes illic sibi optauerũt: quoq; maior esset frequentia, recepti sunt ad incolendũ etiã tenuissimi quique undecũq; cõfluentes, & in his aliquot quos nõ satis cõstabat esse liberos. hos magnis immunitatibus ac beneficijs prosecutus astrinxit ad habitãdum, alij domos, alij agros largitus, quò minus horrerent adificatã præter ritum patriũ in solo multis sepulcris referto: cum iuxta nostras leges ad septem dies impurus habeatur qui in talibus locis habitet. Eodẽ tempore Phraates Parthorũ rex per insidias sublatus est à Phraatace filio, huiusmodi de causa: Phraates habens legitimos liberos, ancillã Italici generis Thermusam nomine, inter cætera dona à Cæsare missam, primũ in concubinarũ numero habuit: procedente deinde tẽpore obstupefactus præcellẽti mulieris forma, suscepto iam ex ea Phraatace filio, legitimo thoro eã sibi coniunxit. Quæ cũ quicquid uellet regi persuaderet, cogitans filio suo Parthorũ regnũ astruere, intellexit nihil se effecturã, nisi ablegarẽtur legitimi Phraatis filij. Persuasit igitur marito ut Romã eos obsides mitteret: quod illis sine cunctatione faciẽdũ fuit, patre nolũtati Thermusa tam obnoxio. Interea Phraataces solus domi ad regnũ educabatur: qui tædiosum ratus exspectare dum à patre decedẽte principatũ acciperet,

ret, cum matre cõtra eum conſpirauit, cum qua creditus eſt etiam ſtupri habere conſuetudinem. Ergo parricidio ſimul & inceſto exoſus popularibus, priusquàm confirmaret ſuas opes per tumultum pulſus interijt. Tum uerò nobiliſſimi Parthorum animaduertentes nõ poſſe ſine rege conſiſtere ipſorum Rempublicam, nec tamen uolentes eligere alienum ab Arſacidarum ſanguine, putantesq; ſatis eſſe ſemel uiolatã regiam maieſt. uẽ Italicæ mulieris libidinibus, Herodem per legatos accinerunt. Is erat quidẽ regij generis, ſed inuiſus multitudini propter nimiam eru delitatem, quòd intractabilis eſſet, & ad iram proniſſimus: hunc cõiurati aliquot interfecerũt, ut quidã tradunt, in conuiuio: ſolent enim perpetuo geſtare gladios. Vt uerò à pluribus fertur, in uenatione occiſus eſt. Legatione deinde miſſa Romã, petierunt regẽ unum ex obſidibus, pralatusq; eſt Vonones cæteris fratribus. Videbatur enim capax eius fortunæ, quã ei duo maxima in terris offerebant imperia, externũ ſimul & domeſticum. Sed breui pœnitẽtia ſubijt barbaros, natura mutabiles, & indignitatũ impatientiſſimos: dedignabãtur enim facere imperata mancipij, (ſic uocãtes obſidem) & hac appellatione exaggerãtes ignominiam: nõ enim belli iure ſibi regem impoſitum, ſed quod turpius ſit, per pacis contumeliam: moxq; uocant Artabanũ in Media regnantem, Arſacidam genere: ille paruit

libenter, & præsto fuit cũ exercitu. Cui cùm occurrisset Vonones, primùm manẽte etiam tum in officio vulgo Parthorũ, prælio victus Artabanus retrò in Mediã repulsus est. Sed paulo pòst instauratis copijs Vononẽ ausum confligere vicit egregiè, ita vt cum paucis equitibus in Seleuciam confugeret. Artabanus autẽ magna cæde grassatus in profligatos barbaros, & clade attonitos, in Ctesiphontẽ se recepit cum victricibus copijs. Ille igitur hoc modo regnum adeptus est. Vonones autẽ refugit in Armeniam, & à principio quidem affectauit eius regionis dominium, missis Romã legatis super hoc negotio. Vt verò repulsam passus est à Tiberio, perraso ignominiam hominis, & moto Parthi cõminationibus bellum iam intentantis, destitutus omni spe regnandi, & potentiores Armeniorũ Niphatem accolentes sequerentur factionẽ Artabani, Silano Syriæ præsidi se dedidit. Is respectu educationis quæ illi Romæ contigerat, hominẽ apud se asseruauit in Syria. Armenis autem Orodem vnũ è suis filijs Artabanus regẽ imposuit. Per idem tẽpus cum Antiochus quoq; Comagenæ rex fato concessisset, contentio nata est inter plebeios & nobiles, his regnũ in prouinciæ formam redigi postulãtibus, plebe cõtrà cupiente sub rege vt antè viuere: quapropter Germanicus ex S. C. *ad res orientis componendas missus est, fortuna occasionem quærente illius exitio: post re-*

dactam

dactam enim in meliorem ſtatũ Syriam, Piſonis opera ueneno ſublatus eſt, ſicut dicetur alias.

Iudæorum contra Pontium Pilatum ſeditio. C. IIII. V.

CEterùm Pilatus Iudeæ præſis à Cæſarea Hieroſolyma traducto in hyberna milite, ſigna cum effigie Cæſaris in urbẽ intulit ad legis noſtræ cõtumeliam, qua cautum eſt ne habeamus huiuſmodi effigies: & ideo qui ante hunc fuere præſides, cum ſignis aliter inſignitis ſolebant urbem ingredi: primus Pilatus ignaris omnibus noctu illatas effigies Hieroſolymis ſtatuit: quod ubi cognitũ eſt ciuibus, magno agmine petierunt Cæſaream, ubi per multos dies ſupplices orauerũt præſidem, ut trãsferret illas imagines aliò. Pilato uerò pernegante ſe factũrum quod coniunctũ eſſet cum iniuria Cæſaris, cum Iudæi precari nõ deſinerent, ſexto poſt die iuſſis clàm in armis eſſe militibus, ſedit pro tribunali in ſtadio, captata loci opportunitate, & aptiſſimus eſſet inſidijs: ibi compellatus iterũ de eodem negotio, ſignũ dat militibus ut eos circũueniant, mortẽ minitans, niſi quàm primũ quieſcerent, et ſuam quiſq; domum diſcederent. At illi procidentes humi, & exertos præbentes iugulos, manifeſtè præ ſe ferebant, uita ſibi charioré eſſe obſeruationẽ legis patriæ. Tum Pilatus admiratus tam conſtans legũ ſtudium, continuò reportauit eas imagines Cæſaream à Hieroſolymis: deinde aqua ductũ ſtruere aggreſſus eſt ex ſacro ærario,

inducturus aquas Hierosolyma à ducentesimò stadio: id egerrimè tulit populus, & congregati per cœtus numerosos usq; ad multa hominum millia, nociferationibus conabãtur eum deterrere à proposito. Nonnihil uerò, ita ut fit apud inconditam multitudinẽ, etiam conuitijs lacessebant præsidem. At ille milites sub populari habitu clam armatos fustibus iussit reliquã multitudinem corona cingere: & quàm primũ vulgus cœpit iacere cõuitia, dedit illis signũ ex composito: illi suprà quàm mandatum erat usi sunt fustibus, tumultuatores & quietos cadentes nullo discrimine. Ibi tam inclementer accepti inermes ab instructis, pars occisi sunt, pars discesserunt

VI. *saucij: atq; hoc modo cõpressa est seditio. Eodem tempore fuit* IESVS, *uir sapiens, (si tamen uirũ eum fas est dicere: erat enim mirabilium operũ patrator, & doctor eorũ qui libenter uera suscipiunt: plurimosq; tam de Iudeis quàm de Gentibus sectatores habuit) Christus hic erat: quem accusatũ à nostræ gentis principibus, Pilatus eũ addixisset cruci, nihilominus non desiterũt eum diligere qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertia die uiuus, ita ut diuinitus de eo uates hoc & alia multa miranda prædixerunt: & usq; in hodiernũ Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit.*

VII. *Circa eadem tempora etiam aliud Iudæos turbauit incommodum, & Romæ in sacris Isidis*

summa

ſumma turpitudo deprehenſa eſt. Dicam igitur prius de Iſiacorũ nefando ſcelere, ac tũ demum res Iudæorum proſequar. Erat Romæ Paulina, mulier nõ minus probitate morum quàm nataliũ claritate illuſtris, adhæc opulenta & formoſa, ut quæ eſſet in ipſo ætatis flore, ſed in primis ornata pudicitia. Nupta autẽ erat Saturnino, uiro tali coniuge digniſſimo: huius amore captus eſt Decius Mundus iuuenis nõ obſcurus in equeſtri ordine: & quia maior erat fœmina, quàm quæ poſſet corrumpi muneribus, eò magis accendebatur amantis inſania, ita ut offerret ei pro unica nocte ducenta drachmarũ millia: ac ne ſic quidẽ ualens eam flectere, non ferens amoris impotẽtiam, decreuit morbũ ſimul & uitam finire inedia. Hoc eius propoſitum non fefellit Iden libertũ Mundi paternũ, uariis inſtructum, ſed non probatis, artibus: quæ indigne ferens obſtinationẽ iuuenis, blanda oratione conuentum animare conata eſt, ſpem ei faciens effecturam ſe, ut potiatur Paulinæ cõplexibus. Cum ij ille preces eius libenter acciperet, ait ſibi opus L. tantũ drachmarũ millibus ad expugnandam mulieris pudicitiam. Ita refocillato iuuene, & accepta quantam petierat pecunia, nouam doli uiam ingreſſa eſt, uidens Paulinam nõ capi pecuniis. Sciens porrò eam uehementer addictam Iſidis cultui, tale quiddam comminiſcitur. Conuenit aliquot ex eius ſacerdotibus, accepta fide

ſilen

ſilentij. & quod efficaciſſimũ eſt oſtentato præmio, in præſens nigintiquinq; millibus, & alteris totidem poſt nauatã operã, indicat eis amorem iuuenis, rogans ut omnibus modis adniterentur eum reddere uoti cõpotem. Illi auri cupidine tacti, benignè ſunt pollicitì, quorum natu maximus properè ſe ad Paulinam contulit, & admiſſus, impetratoq; abſq; arbitris colloquio, uenire ſe ait miſſum ab Anubide captũ ipſius forma, & inbẽre ut ad ſe ueniat. Illa libenti animo accepit nũtium, moxq; iactabat ſe apud familiariter notas mulieres, ꝙ dignata ſit amore Anubidis: marito quoq; indicat, condictã ſibi cœnam & cubile Anubidis: id eò facilius conceſſum eſt, ꝙ cognita & probata eſſet uiro pudicitia coniugis. Itaq; in tẽplum proficiſcitur, et poſt cœnã inſtante ſomni tẽpore incluſa per ſacerdotem, tenebris conciliantibus in latentẽ ibi Mundum incidit: totamq; eam noctẽ obſecuta eſt iuueni, Deo ſe gratificari exiſtimans. Eo deinde abeunte priuſquam ſacerdotes doli conſcij ſurgerent, Paulina manè ad maritũ reuerſa congreſſum cũ Anubide prædicat, & idem apud amicas quoq; magnificis uerbis exaggerat. Illis nec credere libebat rei naturã conſiderantibus, non mirari tamẽ non poterant ob inſignem mulieris pudicitiam. Die deinde poſt rem patratam tertia Mundus adamata forte fortuna obuium, ô factũ benè Paulina, inquit, quòd & ducenta

illa

illa millia mihi ſeruaſti, quæ potuiſti tuis facultatibus addere, & morem nihilominus meæ uoluntati geſſiſti. Nihil enim mea refert q̃ Mundum contempſiſti, quandoquidem prætextu Anubidis optata uoluptate expletus ſum: atq; his dictis abijt. At mulier tum primũ deprehenſo flagitio, ueſtem ſibi lacerat, & re tota ad maritũ delata, obſeerat ne tã inſigne ludibrium impunitũ ſinat: maritus porrò imperatori totum ſignificat. Tiberius poſtquam accuratiſſima inquiſitione didicit omnia, ſacrificos illos impoſtores in crucẽ egit, unaq; Iden inuentricẽ huius ſceleris, cuius præcipua opera fuit in corrũpenda pudicitia mulieris: dirutoq; templo ſtatuam Iſidis iuſſit mergi in Tyberim. Mundum autem mitiore pœna exilij caſtigaſſe contentus eſt, crimen eius in Cupidinis impotentiam referens. Et Iſiacorum quidem facinus huiuſmodi extitit. Nunc quod promiſi reddetur, de Iudæorum per id tempus Romæ degentium aduerſitatibus.

Quid Iudæis Romæ degentibus acciderit, & de Pilato. CAP. V.

ERat quidam Iudæus, qui ne legibus pœnas daret, metu ſolũ uerterat, uir modis omnibus peſſimus. Is tum Romæ agens gerebat ſe pro Moſaicæ legis interprete, aſcitus in ſocietatẽ tribus alijs per omnia ſui ſimilibus. His cùm ſe in diſciplinam dediſſet Fuluia mulier nobilis, amplexa legem Iudaicam, perſuaſerunt ei ut purpuram

puram & aurum in Hierosolymitanũ templum mitteret: quæ accepta in proprios usus uerterũt, quò iam antè destinauerant. Id posᵗ quàm Tiberius ex amico suo Saturnino ipsius Fuluiæ mariso de iniuria coniugi facta questo cognouit, iussit uniuersos Iudæos ex urbe pelli. Ex quibus Consules delectu habito, quatuor milia militum miserunt in Sardiniam: plurimos etiam, qui patria religione detrectabant militiam, affecerunt pœnis grauissimis. Ita propter quatuor sceleratos omnes Iudæi coacti sunt urbe cedere. Interea ne Samaritani quidem tumultu caruere. Concitauit enim eos impostor quidã pro nihilo ducens mendacium, & omnia comminiscens ad plebis gratiam, iubens ut conuenirent in montem Garizim apud eam gentem sanctissimũ, asseuerans se illic eis ostensurum sacra uasa resossa, quæ ibi Moyses deposuerit. Illi crediduli sumptis armis Tirathabam uicum insederunt, expectantes ibi confluentes cæteros, ut magno agmine montem ascenderent. Sed Pilatus prior cliuũ montis occupat equitibus suis & peditibus, qui prælio congressi cum Samaritis apud uicum collectu, alios fuderunt, alios in fugam compulerũt: multos etiam uiuos captos abduxerunt, quorũ præcipuos & potentiores Pilatus mulctauit capite. Tum primates adeunt Vitellium uirum consularem, & Syriæ præsidem, Pilatumq; cædis accusant, negantes defectionem fuisse à Romanis

illum

illum concursum in Tirathaba, sed refugium contra Pilati uiolentiam. At Vitellius Marcello amico ad procurationem Iudeæ missso, Pilatum iussit Romam proficisci, responsurum apud Cæsarem ad obiecta per Iudæos crimina. Ita ille decem annis exactis in sua prouincia, quum necesse haberet parere Vitellio, ad urbem iter suscepit: quò prius quàm perueniret, uita excessit Tiberius.

Vitellii aduentus Hierosolyma, & quomodo à Tiberio mandata accepit, ut impetratis ab Artabano obsidibus bellum contra Aretam susciperet. CAP. VI.

VIII. Vitellius autem in Iudæam profectus peruenit Hierosolyma, in ipsa festiuitate quam Pascha dicimus: ubi exceptus honorificentissimè, remisit ciuibus totũ nectigal fructuum uenalium, & stolam cum ornatu pontificio permisit in templo asseruari à sacerdotibus, quemadmodum & olim hoc ius habuerant. Sed eo tempore deponebatur in Antonia, ob hãc causam. Hyrcanus pontifex eius nominis primus exstructa prope tẽplum turri, degebat in ea maiorem tẽporis partem: & quoniam hanc stolam habebat in sua custodia, qua nemo præter illum utebatur, recepturus priuatum habitum, eo loci illam deponebat. Idem mos fuit etiam successoribus ipsorum posteris. Herodes autem regnum adeptus, turrim hanc opportuno loco sitam magno sumptu exædificatã denominauit ab amico

Anto

Antonio, & ſtolam, ita ut ibi reperta eſt, detinuit, ratus eo magis obnoxium ſe habiturũ populum. Idem fecit Archelaus filius eius, et ſucceſſor, cuius regno in prouinciam mutato, Romani ſimul & pontificiæ ſtolæ poſſeſſionẽ nacti ſunt, in cella ad hoc ipſum ſtructa repoſita, & obſignata ſigillo pontificũ atq; cuſtodum ſacri erarij, præfecto caſtelli accendente ibi lucernam quotidie. Hanc ſeptimo ante feſtũ die præfectus exhibebat pontifici: qua purificata indutus ſacrorum tẽpore, ſequenti die rurſum eam reponebat in cellam ubi antea condita fuerat. Id fiebat ſingulis annis ter ieiunij tempore. Vitellius autem in noſtrorũ ſacerdotum poteſtatẽ eam ſtolam tradidit, inbẽs ſecurũ eſſe præfectũ quónam illa reponatur, aut quando proferatur in uſum pontificum. Hoc gratificatus genti, & in locum Ioſephi Caiaphæ pontificis ſubrogato Ionatha Anani pontificis filio, iter fecit uerſus Antiochiam. Eodem tẽpore à Tiberio literas accepit, mandante ut cum Artabano fœdus & amicitiam faceret. Verebatur enim ne occupata Armenia, maiora damna inferret imperio. Quam amicitiam ita demũ ratã fore, ſi ille obſides traderet, maximè ſi regiũ filium. His ad Vitellium ſcriptis, ſimul Hiberorũ & Alanorũ reges magnis præmijs ſolicitauit ad inferendũ quamprimùm bellũ Artabano. Et Hiberi ipſi quidem quieuerũt, ſed Alanis tranſitum dederunt per

ſuam

ſuã regionẽ, & patefactis portis Caſpijs immiſerunt eos in regnũ Artabani. Quo facto & Armeniã denuo Parthi amiſerunt, & peruadente totã eorum ditionẽ bello, nobiliſſimi quique eius gentis ceciderunt unà cũ regis filio & multis populariũ millibus, regioq; tota hac incurſione uaſtata eſt. Vitellius etiã pecunia corruptis aliquot amicis & cognatis regijs ipſum Artabanũ conabatur occidere. Ille intellecta fraude, nec inueniens remedium quòd ab optimatibus immineret periculũ, habẽsq; ſuſpectos & eos qui in fide manebant, quaſi beneuolentiam fingerent prima quaque occaſione tranſituri in partes aduerſas, fuga ſe ad ſatrapias ſuperiores ſeruauit incolumem. Vbi ex Dahis ac Sacis contracto magno exercitu, & debellatis inimicis, reſtitutus eſt in imperium. His auditis Tiberius petijt amicitiam Artabani, & aſſentiente illo, cõuenerunt ad Euphratẽ rex & Vitellius: ubi in medio pontis ſibi occurrerũt, cum ſuo quiſq; ſatellitio. Poſtquã autẽ de fœdere cõuenit, Herodes tetrarcha utriq; excepit conuiuio, tabernaculo magno ſumptu erecto in medio fluminis: nec multo poſt Artabanus miſit Tiberio filiũ. Dariũ obſidẽ, cũ multis muneribus, inter quæ etiã uirũ ſtatura enbitorũ quinque, genere Iudæũ, Eleazarũ nomine: qui propter uaſtitatẽ gigas cognominatus eſt. Poſt hæc Vitellius Antiochiam rediit, Artabanus in

Babyloniã. Tum Herodes uolẽs primus nũtiare Cæsari de impetratis obsidibus, omnibus diligenter perscriptis misit ad eũ tabellarios, nihil amplius relinquẽs significandũ per consularem præsidẽ: quare supernenientibus Vitellij literis, Cæsar rescripsit, omnia sibi iam antè esse cognita ex Herodis nuntijs. Quo ille graniter offensus, & factum in deteriorẽ partẽ accipiens, irã celabat in pectore, donec ad Caiũ peruenit rerum regimen. Tunc etiã Philippus Herodis
IX. *frater diem suũ obijt, anno Tiberij principatus nigesimo, quũ ipse præfuisset trigintaseptẽ annis Trachonitidi & Gaulanitidi, ac Batanea, uir perpetuo modestus, & amator quietis ac otij. Degebat enim semper in sua ditione. Quoties domo progrederetur, iter faciebat eũ paucis selectis comitibus, subsequente sella in qua sedẽs solitus est iura reddere: & si quis ex occursu opem eius inuocaret, sine dilatione mox ibi sella posita residẽs causam cognoscebat, aut sontem dãnaturus, aut absoluturus innoxiũ. Obijt antẽ Iuliade, & illatus in monumentũ q̃ iam antè sibi construxerat, magnifice ac sumptuose funeratus est. Et quia sine liberis decesserat, ditionẽ eius Tiberius prouinciæ Syriæ attribuit, ita tamen ut tributa in ea tetrarchia collecta seruarentur intra ipsius regionis terminos.*

Herodis bellum quo ab Areta superatus est.
CAPVT VII.

Interea

INterea Herodē inter & Aretā regem Petræ bellū tali de cauſa exoritur. Herodes tetrarcha uxorē habebat Aretæ filiā, cum qua iam multo tēpore conuixerat. Romā deinde iter faciens diuertit ad Herodē fratrē, ſed genitrice natū alia, Simonis pontificis filia. Huius uxoris Herodiadis amore captus, quæ erat Ariſtobuli cōmunis fratris filia, & Agrippæ maioris ſoror, auſus eſt de impetrando eius coniugio mētionē facere. Qua aſſentiente, conuenit inter eos ut quàm primum ille Roma reuerteretur in patriā, mulier migraret in eius domicilium. Intereeßit autē & hoc pactū, ut Aretæ filiā eiiciat. Poſt hæc Romā nauigat. Vbi poſtquā expediuit negotia propter quæ uenerat, domū reuerſum uxor, cōperto quid pactus ſit cū Herodiade, diſſimulanter rogat ut ſe mittat Macharuntē, caſtrū ſitum in confiniis regionis Aretæ ſubditæ, quantū poterat calans ſuū propoſitum. Morem geßit Herodes mulieri, putans eā nihil ſenſiſſe. Illa quæ iam antè curauerat apud Macharuntem, patri ſuo tunc obnoxiā, ad iter omnia parari, à præfecto eius excepta, deducentibus Arabibus, magna celebritate peruenit in ædes patris: eiq; indicauit Herodis animū. Vnde ſimultate nata ſequuta eſt de Gamalitici agri finibus cōtentio: & contractis utrinq; copiis bellū per legatos geſtū eſt, cōmiſſoq; prælio Herodis exercitus internecione periit, proditus à quibuſ-

buſdam exulibus, qui pulſi è tetrarchia Philippi, tunc merebant Herodis ſtipẽdia. Hæc Herodes per literas Tiberio ſignificat. Ille uerò indigne ferens Aretæ audaciã, ſcribit Vitellio ut ei bellũ inferat, & aut uiuũ captũ abducat, aut occiſi caput ad ſe mittat. Atq; hæc fuerũt mã-

X. *data Tiberij. Apud Iudæos autẽ fuit opinio, iuſta ultione numinis deletũ Herodis exercitũ, ppter Ioannẽ qui Baptiſta cognominatus eſt. Hunc enim tetrarcha necauit uirũ optimũ, Iudæos excitantẽ ad uirtutũ ſtudia; et in primis pietatis ac iuſtitiæ, ſimulq; ad baptiſmi lauacrũ: quod ita demum deo gratum fiebat fore, ſi non ab uno tantum alterone peccato abſtinerent, ſed animis per iuſtitiã prius mundatis, addant & puritatẽ corporis. Quumq; magni concurſus ad eũ fierent, plebe talis doctrinæ auida, Herodes ueritus ne tanta hominis autoritas deſectionẽ aliquã pararet, q uideretur nihil nõ facturi ex eius conſilio, iudicauit ſatius eſſe prius q̃ noui aliquid exoriretur illum tollere, q̃ rebus turbatis ſeram pœnitentiã agere: itaq; uinctum miſſum in Macheruntem ſuprà dictã, illo occidi imperat: quod factum ſequuta eſt Iudæorũ exiſtimatio, ab irato Deo perditum eſſe Hero-*

XI. *dis exercitum. Vitellius autẽ ad bellum paratus Arabicum, aſſumptis dijs abus, legionibus, & lẽuis armaturæ, atq; equitum, auxilijs miſſis à ſocijs regibus properãs uerſus Ptolemaidem*

per-

peruenit Ptolemaidem. Quumq; uellet per Iudeam exercitū ducere, occurrerunt eius regionis principes, deprecantes transitum. Neq; enim patrios ritus permittere, ut inferantur ulla imagines, quales Romana signa habebant pleraq;. Quorū precibus flexus mutauit sententiam de itinere proposito: missoq; per magnū campum exercitu, ipse cum Herode tetrarcha & amicis ascendit Hierosolyma sacrificaturus Deo in festiuitate quæ tum instabat publica. Quò postquā uentum est, honore summo exceptus a populo, hæsit ibi triduo: & interim à Ionatha in fratrē eius Theophilū pontificatum transtulit. Quarta autem die literis acceptis de obitu Tiberij, populū sacramento adegit in fidē Caij noui principis: reuocatasq; ex itinere copias in hiberna dimisit, omisso bello propter delatum in alium imperiū. Ferunt Aretam accepto expeditionis Vitellij nūtio collegisse ex augurijs, impossibile esse ad petram peruenire illū exercitū. Vnum enim è ducibus prius moriturū, uel qui bellū paret, uel cuius iussu paretur, uel eū contra quē mouendū sit. Ita Vitellius Antiochiā repetijt. Agrippa autē Aristobuli filius ante unum annum Romam uenerat, ut propter negotia quædā cōueniret Cæsarem. Sed prius quā de hoc dicam, explicabo Herodis progeniē, uel quòd ad præsentem narrationem id pertineat: uel quò magis appareat, quantum ualeat diui-

na prouidentia, quandoquidē abſq; pietate nihil prodeſt nec numeroſa ſoboles, nec ulla humana potentia, ut licet uidere in Herode, cuius intra centum annos tam copioſa proles, exceptis paucis periit: quod ſanè exemplo poteſt eſſe hominibus ad retundendam inſolentiā: ſimulq; in primis uidetur memorabile, quomodo Agrippa ex priuata fortuna, præter omniū quibus notus erat opinionē, ad tantā potentiā peruectus ſit. Et quamuis iam antè de ea re facta ſit mētio, dicemus tamē hic quoq; diligētius. Herodi magno ex Mariamme Hyrcani filia natæ ſunt duæ filiæ: harū altera Salampſo nomine nupſit Phaſaëlo regis ex fratre Phaſaëlo nepoti, idq; ex ipſius patris autoritate: altera uerò dicta Cypros Antipatro, & ipſi nepoti Herodis ex ſorore Salome. Phaſaëlus è Salampſone genuit quinq; liberos, Antipatrum, Herodē, Alexādrū, & filias Alexandrā ac Cypron, quæ nupſit Agrippæ Ariſtobuli filio. Alexandram uerò duxit Timius Cyprius uir nobilis, in quo matrimonio abſq; liberis defuncta eſt. Cypros Agrippæ duos filios peperit, tres filias, Berniccn, Mariammen, Druſillā: filij uerò Agrippæ & Druſus dicti ſunt: quorū Druſus ante pubertatis annos obiit. Cum horū patre etiam reliqui germani educabantur apud auum, Herodes & Ariſtobulus, ſimulq; Bernice: hi nepotes Herodis magni ex filio, Bernice uerò neptis

è Sal-

è Salome ſorore & Coſtobaro nata eſt. Orbati enim erant infantes adhuc patre Ariſtobulo, quē unà cū Alexādro ab Herode occiſum diximus. Poſtquā autē per ætatē maturuerūt, Herodes hic Agrippæ frater duxit Mariāmen filiam Olympiadis Herodis regis filiæ, prognatā ex Ioſepho qui regis frater fuerat: & ex ea ſuſcepit Ariſtobulum. Tertio fratri Agrippæ Ariſtobulo nupſit Iotape Sampſigeramī Emeſenorum regis filia, ex quibus nata eſt filia ſurda, & ipſa Iotape nomine: & hi quidem ex tribus fratribus ſunt progeniti. Herodias uerò ſoror eorū nupſit Herodi magni Herodis filio, quē ſuſceperat è Mariāme filia Simonis pōtificis, ex quibus prognata eſt Salome: poſt quā natam Herodias in contemptū legis patriæ denuo nupſit Herodi mariti germano eodē patre genito, relicto priore adhuc ſuperſtite. Is fuit Galileorū tetrarcha. Salome autē filia Philippo nupſit Herodis filio tetrarchiā habēti Trachonitidis. Quo ſine liberis defuncto Ariſtobulus eā duxit filius Herodis, eius qui Agrippæ fuit frater. Ex hoc poſteriore matrimonio nati ſunt filij tres, Herodes, Agrippa, Ariſtobulus: atq; hæc eſt Phaſaëli & Salampſonis progenies. Cypros autem Antipatro filiā Cypron peperit, quā duxit Alexas Selcius Alexæ filius, & ex ea filiā itē Cypron genuit. Herodes autē & Alexāder, quos dixi fuiſſe fratres

Antipatri, sine prole discesserũt. Cæterũ Alexãder Herodis regis filius q à patre necatus est, Alexãdrũ & Tigranẽ filios suscepit è Glaphyra Archelai Cappadocũ regis filia: ex his Tigranes apud Armenos regnãs eũ apud Romanos delat⁹ esset, sine liberis obijt, Alexãder antẽ Tigranẽ fratri cognomenẽ filiũ habuit, qui Armenis per Neronẽ rex impositus, Alexãdrum filiũ genuit: hic Antiochi Comagenorũ regis filiã duxit Iotapen, & Lesidis in Cilicia rex a Vespasiano cõstitutus est. Progenies antẽ Alexãdri ab initio ab institutis patrijs ad religionẽ Græcorũ desciuit. Reliquæ antẽ Herodis regis filiæ nulla relicta prole è uita excesserunt.

XII. Percensitis igitur Herodis posteris qui ad Agrippæ regni tẽpora pertigerunt, superest ut narremus quib. ille fortunis iactatus, postremò ad maximam dignitatem ac potentiã euaserit.

Nauigatio Aggrippæ ad Tiberiũ, & quomodo accusatus uinctus sit, utq; post excessum Tiberii à Caio eius successore solutus sit. CAP. VIII.

PAulò ante Herodis regis obitũ Agrippa Romæ degẽs, & per conuictũ insinuatus in familiaritatẽ Drusi imperatoris Tiberij filij, nactus est etiã amicitiam Antoniæ Drusi maioris coniugis, cõmendatione matris suæ Bernices, quæ apud illã erat in precio. Cumq; natura esset liberalis & magnanimus, quàm diu mater uixit noluit ingenium suũ exercere, ne in

eius

eius indignationē incideret: sed postquā Bernice defuncta est, factus iam sui arburij, partim quotidiani victus splēdore, partim liberalitatibus īmodicis, praecipuè in libertos Caesaris, quorū fauorē captabat, redactus ad inopiā, nō potuit amplius Romae uiuere: quādo & Tiberius amisso filio uetuit amicos eius in cōspectū suum uenire, ne recrudesceret per eos defuncti desiderium. His de causis retro in Iudeā abijt re male gesta, profusa pecunia, nec habēs q creditoribus mutuatitiā pecuniā redderēt, & quidē multis ac importune urgētib. Quare nullū cōsiliū expediens, & pudore praesentis status, secessit in castrum Idumaeae Malatha, cogitans miserā uitā aliquo pacto abrumpere. Quod eius propositū ubi Cypros uxor persensit, omnibus modis id impedire conata est: ad sororē quoq; eius Herodiadem scripsit, significans & quid Agrippa decreuerit, & qua necessitate adactus: hortataq; est eam ut pro iure cognationis afferret auxilium, et se in hoc imitaretur, qua quamū posset subleuaret eius miseriam, quamuis in lōge minoribus facultatibus. Accersitus igitur à sorore eiusq; coniuge, iussus est habitare Tiberiade, assignata certa pecunia unde uiueret, & magistratu eius ciuitatis in eū collato, quò esset honoratior. Nec tamen diu Herodes in ea uoluntate perstitit, quāuis ne sic quidē satis fieret propinqui necessitatibus. Cū enim apud Tyrū in con-

niuio largius indulsisset poculis, non tulit Agrippa contumeliam, exprobrante Herode inopiam, & quòd suo sumptu hominem aleret: quare ad Flaccum uirum consularem & tum Syriæ præsidem se cõtulit, cum quo Romæ amicitiam contraxerat: à quo receptus cum eo niuebat, iam antè habente apud se Aristobulũ, fratrem quidem Agrippæ, sed inimicum, non obstante tamen hac simultate, quo minus ex æquo utrumq; complecteretur proconsul. Sed Aristobulus nihil remittebat de odio, nec prius quieuit, quàm & Flaccũ infensum fratri redderet, ex occasione huiusmodi. Damasceni cum Sidoniis contendentes de finibus, disceptaturi apud Flaccũ, cognito quòd Agrippa multum apud eum posset, rogauerunt ut adesset ipsorũ partibus, pollicitii magnam pecuniam: qui mox paratus fuit omnia pro Damascenis facere. Aristobulus autẽ quia pactos de pecunia sensserat, fratrẽ apud Flaccum detulit. Et facta inquisitione, ac deprehẽso crimine, Agrippa excidit amicitia præsidis: rursumq; ad extremam egestatẽ relapsus uenit Ptolemaida, & q non haberet unde alias uiueret, decreuit nauigare in Italiã. Sed quũ deesset pecunia, iussit Marsyã suũ libertũ ut quauis arte à fœneratoribus eã sumeret. Ille Protũ Bernice Agrippæ matris libertum, qui defuncta patrona testamento in Antonia clientelam uenerat, rogat ut accepta

fide

fide ſub ſyngrapha daret mutuum. Aliter iam antè debere ſibi nonnihil Agrippã aſſeuerãs, extorſit à Marſya ſyngraphã nigintì millium drachmarũ Atticarũ, detractis ſibi de ea ſumma duobus millibus & quingẽtis, eo facilius, q̃ nõ poterat Agrippa aliter facere. Recepta igitur pecunia profectus Anthedonẽ, et ibi naue̅ nactus, parabat ſe itineri. Id ubi cõperit Herennius Capito procurator Iamnie, miſit eò milites exacturos argẽti trecenta millia, quorũ debitor Cæſaris fiſco factus eſt dũ adhuc Romæ ageret: atq; ita impoſita eſt illi manendi neceſſitas: & tunc quidẽ facturũ ſe inſſa ſimulat: ſed quãprimum nox terris incubuit, præciſis nauis retinaculis nauigat Alexandriã. Ibi ab Alexandro Alabarcha popoſcit mutuò ducẽta argẽti millia. Ille nõ ipſi ſe mutuaturũ profeſſus eſt, ſed Cypro, cõiugalem amorẽ in ea demiratus & uirtutes cæteras: fideiuſſit mulier, & mox Alexander quinq; talentis repræſentatis Alexandriæ, reliquã ſummã exhibiturũ ſe promiſit Puteolis, profuſionẽ Agrippæ ueritus. Ita Cypros expedita mariti nauigatione in Italiã, ipſa cum liberis in Iudæã itinere pedeſtri reuerſa eſt. Cæterùm Agrippa poſtquã Puteolos appulit, ſcripſit ad Tiberiũ Cæſarẽ degentẽ Capreis, ueniſſe ſe officij cauſa ſignificãs, et poteſtatẽ accedendi eam inſulã poſtulans. Tiberius nil cũctatus humaniſſimè reſcripſit, gratulãs ei reditũ ad Ca-

preas

preas incolumẽ. Nec minore alacritate præsentem excepit & amplexu & hospitio. Postridie Cæsar receptis literis ab Herẽnio, q̃ Agrippa trecẽtis millibus mutuo sumptis, nec ad constitutũ tẽpus persolutis, de reddẽdo admonitus, fuga se è subiectis ipsius procurationi locis propipiens, exigẽdi facultatẽ ademisset, agrè tulit: mandauitq; cubicularijs non prius admitti hominẽ q̃ persoluto debito. Ille nequaquã iræ Cæsaris attonitus, ab Antonia Germanici & Claudij postea principis matre petijt mutuo trecenta millia, ne periclitaretur de amicitia Cæsaris: quæ memor Bernices huius matris cõsuetudinis, familiariter enim ea fuerat usa, simulq; educatũ fuisse ipsum cũ suo Claudio, præbuit ei pecuniam illã: & reddito debito, nemine prohibẽte fruebatur amicitia principis: adeoq; conciliatus est Cæsari, ut is nepotẽ suũ cõmendaret Agrippæ, mãdaretq; ut progredientẽ semper comitaretur officij gratia: hoc beneficio deuinctus & deditus Antoniæ, cœpit Caium nepotem eius colere, gratiosum apud omnes & honoratũ ob parẽtis memoriã. Erat ibi forte Allus Samarita libertus Cæsaris, ab eo mutuatus decies centena millia, debitũ Antoniæ reddidit: reliquũ materiã habuit demerendi Caium
XIII. officiosius. A quo receptus in intimã amicitiam, quodam die dum unà gestatur incidit in confabulationẽ de Tiberio: & quia soli erant,

precatus

precatus est Tiberio, ut q̃ primũ principatus locum Caio digniori cederet: has uoces excepit Eutychus, libertus Agrippæ, & auriga, ac tũ quidẽ siluit. Insimulatus deinde à patrono quasi neglẽ ei furto subduxisset, sicut re uera subduxerat, & ex fuga retractus, cũ perductus esset ad Pisonẽ urbi præfectũ, rogatus fugæ causam, ait se habere secreta quæda quæ cuperet indicare Cæsari, ad salutẽ ipsius pertinẽtia: quapropter uinctus missus est Capreas: hunc Tiberius more suo detinebat in uinculis, q̃ esset cunctator, si quis unquã alius aut rex aut tyrãnus: nã neq; legationes sine mora admittebat, & præsidibus prouinciarũ uel procuratoribus successorem non mittebat, nisi mortuis. Proinde uinctos quoq; negligebat audire: moræ hanc rationẽ reddẽs amicis scitãtibus: legatos quidẽ ideo admitti tardius, ne illis citò dimissis alij denuo creati redeãt, atq; ita obruatur continuo excipiendis & dimittẽdis legationibus. Potestates aũt semel cõstitutas ideo sinere, ut pareat subditis: cũ enim natura omnis magistratus ad auaritiã sit pronior, externũ cui nullus certus sit præstitutus terminus, eo magis ad rapinã solicitare homines: itaq; si diutius eo fruãtur, exsaciatos lucris segniores ad rapiendum fieri: q̃ si successor immineat, non suffecturos eorũ auiditati prouinciales, dum decessor tãto magis spoliet, quãto minus tẽporis ad hoc faciendum sibi

putat reliquũ. Vrebaturq; hac similitudine. Cõsauciati cuiusdã uulnera muscæ agminatim ingruentes operuerãt, eũ quidã forte fortuna præteriens miseratus est, putãs languidiorẽ q̃ ut illas posset arcere: accedẽsq; propius parabat eas depellere. Orante autem saucio ut sic eũ sineret: quæsiuit alter causam, cur ita liberari ab hac molestia negligeret. Tum ille: Imò his abactis maiorẽ molestiã mihi faceres: nã ha iam saturatæ sanguine remiserũt nõnihil: q̃ si recentes accederẽt, & famelicæ, me iam antè pessimè affectum facilè perderẽt. Quare se quoq; aiebat hac ratione prouidere subditis, multorũ rapacitate uexatis, q̃ more muscarũ eos infestarent, maximè si ad innatã cupiditatẽ metus citò desinẽdi accederet. Quòd antẽ uera narrẽ de ingenio Tiberij, testatur mihi factũ ipsius: nã cùm duobus supra uiginti annis obtinuerit imperiũ, duos in uniuersum Iudæis misit gubernatores, Gratũ & successorẽ eius Pilatũ, nec aliter se gessit circa cæteros imperio subditos. Vinctorũ quoq; causas ideo se aiebat serius cognoscere, ne affecti supplicio citò leuẽtur malis quæ meruerint anteactis sceleribus, nũc dũ lõgiores moras terũt, multo granius reddi illorũ insorentiũ. Sinè hac fuit causa cur Eutychus tam diu egerit in uinculis, priusquã Cæsari aures ei præbere sit collibitũ. Procedẽte deinde tẽpore à Capreis uenit Tusculanũ, stadijs ferè centũ ab urbe dissitum,

ſium, & Agrippa rogauit Antoniã, efficeret ut tandẽ audiretur Eutychus, cognoſceretúrq; cuius accuſaret patronum criminis: nam Antonia in magno honore habebatur apud Tiberiũ, uel propter affinitatẽ, q̃ Druſi fratris uxor fuerat: uel propter continentiã, q̃ florente etiã tum ætate uidua recuſarit alteras nuptias, licet hortante Auguſto ad iterandũ coniugiũ, in eoq; uitæ genere omnẽ cauerit infamiã: huc accedebat priuatũ beneficiũ, quo maxime deuinxerat hominẽ. Cùm enim res nouas cõtra eũ moliretur Seianus amicorũ unus, uir ualde potens propter præfecturã prætorianorũ militum, conſpirãtibus multis ſenatoribus & libertis Cæſaris, & uiris militaribus, tãtum illi conflatum erat periculũ, ut minimum quin opprimeretur abfuerit: quo tempore illuſtris opera fuit Antoniæ, per quã occurſum Seiani malitiæ: quàm primùm enim intellexit inſidias compoſitas in principẽ, rem totã ei perſcripſit accuratiſſimè: traditisq; literis Palanti ſeruorũ ſuorũ fidiſſimo, miſit eum Capreas ad Tiberiũ: quibus ille cognitis Seianũ occidit, & ſocios cõſilij: Antoniæq; iam antè habitæ in pretio, maiorẽ etiã in poſterum fidẽ habuit per omnia. Hac igitur hortãte ad audiendũ Eutychum, reſpõdit Tiberius: Huic quidem ſi quid cõtra Agrippam mentitus ſit, præſentẽ pœnã ſufficere: ſed uidendum illi eſſe, ne dum inconſultius à liberto pœ-

nas ex

nas expetit, inquisitione facta, malũ quod alteri molitur sibiipse conciliet. Quod ubi Agrippa audiuit ex Antonia, tanto magis urgebat inquiri de hoc negotio: & cùm nullũ orãdi finem faceret, nacta opportunitatẽ Antonia, uidens Tiberium à prandio lectica gestari, præcedente ipsius nepote Caio una cum Agrippa: accessit propius: et pedibus eũ comitata, petijt uocari et examinari Eutychũ. Ad quã ille: deos testor Antoniã, q̃ nõ spõte, sed tuis coactus precibus faciam quod facturus sum: quo dicto Macroni Seiani successori imperat Eutychum adducere: quo sine mora uenientẽ, rogat eũ Cæsar quidnam cõtra cũ afferat à quo libertatem acceperit: qui respõdit: Domine, nectabantur in curru Caius iste & Agrippa, me sedẽte illis ad pedes: ubi post multos sermones ultro citroq; habitos, Agrippa his uerbis ad Caium usus est: O si iam tandẽ dies illa ueniat, qua senex istẽ decedẽs te orbi relinquat principem: nihil enim huic noto obesse posset nepos eius Tiberius, quẽ tu facile opprimeres. Tum uerò ad publicã orbis felicitatẽ mea quoq; priuatim accederet. His uerbis Tiberius facilè credẽs, nõnihil etiã ueteri offensa motus, q̃ Agrippa iussus colere Tiberium ipsius ex Druso nepotẽ, neglecto hoc mãdato totus in Caium erat propẽsior: uersus ad Macronem, Huic, inquit, iniçe manum. At Macro nõ segnis, intelligens quem finem ille diceret: neq;:

enim de Agrippa ſuſpicari tale quid poterat, cunctabat donec exactius rē perciperet. Interim Caſar aliquātiſper geſtatus per circum, denuo Macronē appellās, An nō, inquit, iuſſi ut huic uincula inijcias? quo ſcitāte cui tandē, Agrippa inquā, ille reſpōdit. Agrippa uerò ad preces uerſus, per memoriā fily, cuius conſuetudine ſimul educatus familiariſſimè uſus fuerat, & per collata in adoleſcentē Tiberiū officia rogabat ueniam: ſed fruſtra, prætorianus ita ut erat purpuratū in uincula trahentibus. Cumq; æſtus eſſet uehemēs, et præ inopia uini ſitis eū ureret, conſpicatus quendā è Caij ſeruis nomine Thaumaſtū gerentē hydriā popoſcit potū: & tùm libenter oblatū hauſiſſet, inquit, Certè uno bono puer exhibuiſti mihi hoc miniſterium: q̄ primū enim hāc neceſſitatē euaſero, impetrabo tibi libertatē à Caio, quandoquidē etiā uincto mihi non es grauatus miniſtrare ut antea dum priſtina mihi fortuna maneret integra. Nec feſellit hominē, ſed gratiā ei repoſuit: nā regnū adeptus Thaumaſtū à Caio impetratū manu miſit, & bonorū ſuorū diſpenſatorē conſtituit: quin & moriēs hunc Agrippæ filio Bernicaq; filiæ reliquit eadē miniſterij conditione, apud quos in pretio uſq; ad extremū diē habitus cōſenuit. Sed id poſtea cōtigit. Tunc uerò Agrippa uinctus ante regiam ſtabat inter alios quoſdā æquè uinctos, incūbens præ mœrore in quandā arbo-

rem: cui cùm insedisset bubo, unus è uinctis natione Germanus alitẽ conspicatus, scitatus est è milite quisnã esset ille purpuratus: & cognito Agrippã esse, Iudæorum nobilissimũ, roganit militẽ ni liceret sibi propius ad eũ accedere: cupere enim se quadã de ipsius patria cognoscere. Quo impetrato, & admibito interprete, O iuuenis, inquit, cõtristat te quidẽ tam repẽtina & improuisa fortunæ mutatio: nec facile credes propè esse effugiũ, sic cõsulente rebus tuis diuina prouidẽtia. Sed testor patrios deos, et qui huic regioni præsident, & qui nos perduxerũt in hæc uincula, q̃ nihil auribus tuis daturus sum, neq; te inani consolatione lactaturus: non ignarus q̃ huiusmodi prædictiones si eueniũt frustretur, maiorẽ afferãt mœstitiæ cumulũ, q̃ si nunquã omnino audita fuissent: itaq; æquũ duxi uel cũ meo periculo interpretari tibi quid dij portẽdant manifestus auspicijs. Fieri non potest quin confestim euadas ex his uinculis, & mutatis rerũ uicibus ad amplissimã dignitatẽ simul atq; potentiã perueniãs, usq; ad eorũ inuidiam quibus nunc uideris miserabilis. Felicem quoq; habiturus es uitæ exitũ, relictis in opum successione liberis. Memento autẽ quãdo hanc alitem iterum uideris, quintum ex eo diem fatalẽ tibi futurũ. Hæc sunt quæ tibi cælestes missa hac aue nuntiant: cuius rei cũ habeam præscientiã, nisum est impartiri te hac lætitia, quo-

quo

ſpe futuri cõmodi lauius ſuas præſentis infortunium. Proinde rogo ut quamprimũ felicitatem iſtam repræſentari tibi ſentiens, des operam ut nos quoq; eripiamur ex his aduerſitatibus. Hoc Germani præſagiũ tam uidebatur Agrippa ridiculum, quàm poſtea maximã admirationem eſt promeritũ. At Antonia grauiter ferens calamitatẽ inuenis, Tiberium quidẽ pro eo deprecari putabat non ſolũ difficile, ſed propter repulſam inutile etiã: apud Macronẽ tamen obtinuit ut in cuſtodia ſeruaretur à militibus cõmodis moribus præditis, conuictoremq; haberet centurionẽ ei curæ præpoſitum, et quotidianis uteretur lauacris, & pateret ad eũ libertis atq; amicis aditus, quorum ſublenaretur officijs: admittebanturq; ad eum Silus amicus, & è libertis Marſyas atq; Stichus, inferẽtes ei cibos quibus delectabatur: & ſtragula quaſi uenalia circumferẽtes, noctu ſubſternebãt permiſſu militũ iam ante prænonitorũ Macronis imperio: atq; in hunc modũ ſex mẽſes exegit in cuſtodia. Cæterũ Tiberius Capreas reuerſus primum languore modice tẽtatus eſt: inualeſcente deinde morbo iam malè de ſe ſperãs, per Euodũ libertorũ ſuorũ charißimũ accerſijt filios, quaſi ad extremum colloquium: erant autẽ ei nõ naturales, ſed adoptiui, nam Druſum unicum filium amiſerat: ſupererat huius filius Tiberius, cognomine Gemellus, & Caius ex Germanico

fratre natus, iam adultus & disciplinis liberalibus pulchrè excultus, adhac gratiosus apud populum propter paternarũ uirtutũ memoriã: ille enim apud omnes in maximo honore habitus est, ꝙ esset modestissimis moribus, comis in alloquijs, & nemini se praferẽs: quibus artibus nõ senatus modo ac populi fauorẽ sibi parauit, uerùm etiã quotquot ubiq; sunt prouincialiũ, quos partim affabilitate, partim officijs deuinxerat: quã ob rem defunctum omnes nõ honoris simulatione luxerunt, sed ueris lacrymis prosecuti, tanquã in priuata quisq; mœstitia, adeo citra omnẽ omniũ offensam uixerat: quod & filio eius plurimũ profuit, cũ apud cæteros, tum maximè apud militarẽ multitudinem, quæ pro ipsius dignitate tuenda nullũ periculũ nõ aditura uidebatur. At Tiberius cũ Ænodũ iussisset in crastinum summo mane filios adducere, precatus est deos patrios, ut manifesto aliquo indicio designarẽt futurũ successorem in imperio, cupiens quidẽ id nepoti ex filio relinquere, sed nõ ausus rem tam ardnã tentare inconsultis numinibus. Itaq; augurium concepit, eũ sibi successurum, qui sequẽti mane prior ad salutandũ se uenerit: quare pædagogum nepotis præmonuit, ut mox prima hora adolescentem adduceret, ratus deum huic principatum annuere. Sed aliter uisum est cœlesti numini: nã cũ imperator hac uolutans diluculo iussisset. Ænodũ cum

è filijs

è filijs introuocare qui prior aduenisset, egressus ille Caium offendit pro cubiculi foribus: nam Tiberius auiti propositi ignarus ientaculo remoratus est. Tum Exodus, Vocat te, inquit, pater: simulq; introducit iuuenẽ. Quo uiso imperator cogitare cœpit diuinã prouidentiam, per quã sibi adempta sit potestas statuendi quæ decreuerat: sentiẽsq; diuersum cordi esse superis, non tam suam uoluntatẽ irritã doluit, q̃ uicem infelicis nepotis, cui nõ satis esset principatum adimi, nisi etiã incolumitas in ultimũ diserimẽ ueniat, quandoquidẽ alio potẽtiore futuro, parũ eum tuta ura uidebatur sanguinis propinquitas in æmulatione potẽtiæ, alicro non ante securum putante suum principatũ, quàm si insidijs præoccuparit alterũ: erat enim mathematicorũ q̃uoq; disciplinis addictior, iuxta quorũ cõsilia in tota uita pleraq; agere est solitus: nã & Galbam olim uenientẽ conspicatus uersus ad intimos quosdã amicos, En, inquit, uirũ, futurum aliquando Romanorum principem. In summa nemo Cæsarum unquã tantã fidem habuit diuinationibus, non uanas expertus aliquoties. Tunc quoq; magno mœrore affectus est ob id quod acciderat, nõ secus ac si nepotem iam extinctum cerneret: seq; ipsum culpabat, qui consugisset ad huiusmodi omnia: cùm enim liceret ei secure è uita excedere, nunc corruptam sibi hanc felicitatem præscientia futuri chariſsimorum

morũ infortunij. Itaq; quamuis turbatus inopinata principatus ſui ſucceſſione, inuitus & reclamante animo ſic Caiũ alloquitur: Fili, etiamſi Tiberius propiore cõſanguinitate me cõtingat, tamẽ eùm meum de te iudicium, tum uerò deorum immortalium ſuffragium ſecutus, tibi in manus trado Romanũ imperium. Rogo autẽ ut hoc adeptus non ſis immemor benenolentiæ noſtræ, qui tibi ſum tantæ felicitatis autor: & quà poteris gratiam mihi referas, amore cõplectendo fratrẽ Tiberium: quàndoquidẽ mihi nihil gratius pro hoc beneficio, quod poſt deos totũ meum eſt, potes reponere, quàm ſi illi non deſis quẽ tibi natura noluit eſſe coniunctiſſimum: nam alioquin etiam ſcire te oportet, illo ſuperſtite ſtabilius fore tuum imperium: extincto uerò, infelicitatis tibi adeſſe exordium. Periculoſa enim eſt ſolitudo dignitatis culmen obtinẽtibus: & qui in conſanguinitatis iura peccant, nunquã diuinam ultionẽ effugiunt. Hæc Caio extrema mandata dedit Tiberius, omnia quidẽ pollicenti, ſed fictè. Quamprimũ enim principatum aſſecutus eſt, fratrem iuxta illius præſagium ſuſtulit: & ipſe quoq; aliquanto poſt coniuratorum inſidijs oppreſſus eſt. At Tiberius Caio ſucceſſore ſibi deſignato poſt paucos dies obijt, eùm uixiſſet in imperio annis uiginti nouem, menſibus quinq;, diebus tredecim: poſt quem Caius Reip. præfuit, quartus in imperatorũ ſerie. Romani uerò nun-

tiato

rato eius obitu uehementer quidem gauisi sunt, non tamen audebant credere: non quòd uerum esse nuntium non cuperent, quod iamdudũ magno redemissent libẽter: sed quòd uererentur ne tentati falsis nuntijs, si intempestiuè gaudium suum detegerem, delatorũ opera in certissimam perniciem incurrerẽt. Nemo enim ante eum patritiorum ordinẽ grauius afflixerat, quòd esset iracũdus & implacabilis, etiam sine causa odio plerosq; prosequens, & pro innata sæuitia mortem leuissimam pœnam existimans. quapropter optatissimam hanc famam non sunt ausi fronte hilari excipere, intelligentes quantum subesset spei frustratæ periculum. Marsyas uerò Agrippa libertus cognita morte Tiberij, curriculo ad patronum properauit, lætissimũ ei nuntium asferens: quem cùm offendisset petentẽ balineum, admoto capite sermone Hebraico, Mortuus est, inquit, leo. Id ille satis intelligens, inopinatoq; perfusus gaudio. At tibi, inquit, tum pro cæteris officijs, tum pro hoc nũtio quam tandem dignam gratiam referam, si modò uera nuntias. Tum centurio, qui custodiæ præerat, animaduertens tam Marsyæ festinum aduẽtum, quam insecutam illius uerba hilaritatẽ Agrippæ, suspicatusq; accidisse noui aliquid, roganit qua de re inter se cõferrent. Quibus primo cunctantibus, cùm ille urgere nõ desineret, tandẽ Agrippa ut iam familiari aperuit omnia: ibi centurio gra-

tulatus ei plurimũ hanc felicitatẽ, cœnã lautam appoſuit. Sed dum epulis ſimul indulgetur & poculis, ecce tibi quidã ſuperueniens affert incolumem eſſe Tiberium, & breui in urbẽ reuerſurum. Quibus uerbis territus grauiter centurio, capitalis culpæ ſibi conſcius, quòd eum uincto latum cõuiuium iniiſſet nuntiato imperatoris obitu, proturbat Agrippã de lectulo, hæc inſuper intonans: Tu me impunè falles mentitus mortem Cæſaris, & nõ capite lues hanc linguæ petulantiam? Et cum dicto uinciri iubet, ſolutũ hactenus, & accuratius poſterũ cuſtodiri eum imperat: totamq; eam noctẽ in his malis Agrippa exegit. Poſtera uerò die rumor de Tiberij morte increbuit, palàm id iactantibus hominibus, quibuſdã etiam ſacra hac de cauſa facientibus: moxq; allatæ ſunt à Caio binæ literæ: altera, quibus ſenatui ſignificabat ſucceſsiſſe ſe in defuncti imperium: altera ad Piſonẽ urbi præfectũ, idem indicantes, mandantesq; ut Agrippam è caſtris dimiſſum reſtitueret in id quod antè habitauerat domicilium: quapropter bono animo uixit poſtea: nã licet cuſtodiretur, tamen ſuo uictitabat arbitrio. Caterùm Caius Romam reuerſus, Tiberij ſimul corpus referens, more ſolenni funus celebrauit ſumptuoſiſsimè: & cùm nollet Agrippã eadem die ſolutum dimittere, monitu Antoniæ ſuperſedit: non quòd ea malè nollet homini, ſed negabat decorã hanc feſtinationem,

tionem, ne uideretur hoc odio Tiberij facere, si confestim solueret quẽ ille uinxerat. Elapsis tamen non multis diebus, accersitũ ad se domum tonderi, uestemq; mutare praecipit: imposito deinde in eius caput diademate, tetrarchia quæ Philippi fuerat, regẽ constituit, adiecta Lysaniæ quoq; tetrarchia, & pro ferrea cathena dedit aureã pari pondere. In Iudæam autẽ Marullum misit præsidẽ. Altero deinde anno principatus Caij Cæsaris Agrippæ petijt ueniam nauigandi in suum regnũ ordinandi eius gratia, reuersurum se hoc peracto pollicitus. Quod ubi imperator annuit, præter omniũ spem rex apparuit, insigni exemplo quãta sit in rebus humanis fortuna potẽtia, reputatione præsentis felicitatis & egestatis pristinæ: & alij quidem beatũ prædicabant, qui spes suas secutus esset pertinaciter: alij uix credebant tantam felicitatem hominis.

Quo Herodes tetrarcha in exilium missus est. C. IX.

HErodias autẽ Agrippæ soror, nupta Herodi tetrarchæ Galilææ atq; Peræa, inuidebat fratri hanc potẽtiam, quẽ in celsiore quàm maritũ cerneret fastigio: urebat eam nimirum quòd qui profugerat nõ ualens debita dissoluere, tum reuersus erat auctus dignitate ac fortuna tam splendida: hancq; mutationẽ iniquissimo ferebat animo, præsertim quoties illum uideret ornatum regijs insignibus per turbas inuehi: adeoq; non poterat imperare suis affectionibus,

ut maritum aſsiduis hortatibus ad ſimilia ſperanda, & ſuſcepta tranſmarina peregrinatione apud urbẽ ambienda erigeret: negũs ſibi uitam ſerendã diutius, ſi Agrippa Ariſtobuli à patre ſupplicio traditi filius, & ob extremam inopiam metu creditorum profugus, reuerſus regno fruatur: ipſe uerò filius regis, & à cognatis ad regnũ inuitatus, per deſidiam nihil tale affectaret, priuata uita contentus. Atqui marite mi, inquit, ſi tibi antehac moleſtum non fuit, in minore quàm olim pater dignitate agere, nunc ſaltem honorem familiæ debitũ appete: neq; ferendum puta exiſtimatione cedere uiro qui tuis quondã ſuſtentatus ſit opibus: neq; per tuam patientiæ ignauiam, ut illi uideantur plus in paupertate ſuperfuiſſe ad querẽdam ampliorẽ fortunã induſtriæ, quam tibi in tam opimis facultatibus: quaſi non pudendũ ſit te nunc ab eo ſecundum cenſeri, qui pauloantè niſi tua miſericordia non potuit uiuere. Ergo Romã eamus non parcentes nec labori, nec auri argenti'ue impendijs, quandoquidẽ non tam hæc ſeruare ſit optabile, quam parando regno inſumere. At ille reſiſtebat aliquandiu quietis amore, & ſuſpecta habens Romana negotia: conabaturq; eam in diuerſam ſententiam traducere. Mulier contrà, quãto magis eum tergiuerſari uidebat, tanto urgebat improbius, nihil nõ tentandũ cenſens regni cupidine: nec prius deſtitit, quàm mariti extorqueret conſenſum.

ſenſum, non ualentis aliás eius importunitatem excutere: itaq; ſine parſimonia ſæclo apparatu exquiſitiſſimo, una cum Herodiade Romã proficiſcitur. Agrippa porrò cognita eorũ mente ac apparatu, ipſe quoq; ſe accinxit ad reſiſtendum: & quamprimum eos è portu ſoluiſſe didicit, etiam ipſe Romã miſit Fortunatũ ſuum libertum ad imperatorẽ cum muneribus, & literis ſcriptis cõtra Herodem: ſimulq; mãdauit ut per occaſionẽ amplius eũ principe ſuper hoc negotio diſſereret. Qui ſubſecutus Herodẽ, & ſecunda nauigatione uſus, tantum modò à tergo relictus eſt, quod ſuum primũ ad Cæſarẽ admiſſo ſupercuenit, literasq; reddidit: uterq; enim Puteolos appulit: & Caius tũ fortè apud Baias repertus eſt, id oppidulũ eſt Campaniæ, quinq; fermè ſtadijs è Puteolis diſſitũ: ubi palatia ſunt ſplendidiſſima, dum imperatorũ quiſq; ſuperiorem uincere cõtendit magnificentia: inuitantibus eò lauacris calidis ſponte è terra ſcaturientibus, tam ad ſartiendam corporũ ualetudinem, quàm ad animos otio relaxandos cõmodis. Itaq; Caius ſimul ab Herode ſalutatus eſt, priorẽ enim eum admiſerat: ſimul Agrippa perlegit literas, accuſantes Herodem, quòd prius tũ Seiano conſpiraſſet in Tiberium, & nunc iterum Artabano Partho faueret cõtra Caij nouũ imperium. Argumento erat ipſius tetrarchæ apparatus, qui in armamentarijs ſuis haberet tantum armorum.

quan

quantum instruendis uirorũ septuaginta millibus sufficeret. Qua re Cæsar commotus, percontatus est Herodem, ueráne essent quæ nũtiarentur de armorũ numero. Quo annuẽte, neq; enim uera negare poterat: satis approbatã putans defectionẽ, ademptã illi tetrarchiam ad Agrippæ regnum adiecit, pecuniam quoq; eius donans Agrippæ indici: Herodẽ uerò perpetuò dãnauit exilio apud Lugdunũ urbem Galliæ. Cognito deinde sororẽ Agrippæ esse Herodiadẽ, pecuniam ei propriam cõcessit: & ratus nõ libenter fore marito calamitatis sociam, in Agrippæ gratiam se illi parsurũ promisit. Ad hæc illa: Tu quidem imperator, ut tua maiestate dignum est loqueris: sed mihi coniugalis amor impedimẽto est, quo minus fruar hac indulgentia: non enim æquũ censeo, ut cui secũdæ fortunæ fui socia, eum nũc in aduersa deseram. At ille indigne ferens tam excelsum animum in fœmina, ipsam quoq; cum Herode expulit, & bona eius Agrippæ largitus est. Atq; hæc fuit uindicta, quã Deus intulit tũ Herodiadi, fratris successus inuide ferẽti, tum Herodi ad obsequendũ uaniloquentiæ uxoris nimis facili. Caius porrò primò ac sequenti sui principatus anno Remp. administrauit egregiè: moderatéq; se gerens, & Romanorum sibi fauorẽ conciliauit & prouincialium: procedente uerò tẽpore inflatus potentiæ magnitudine, oblitus est se ẽsse hominẽ, & con-

tumel

tumelioſus in ſuperos, ad reliquam inſaniam diuinos etiam honores uſurpare auſus eſt.

Iudæorum & Græcorum apud Alexandriam ſeditio. CAP. X.

CVmq; inter Iudæos & Græcos Alexandriam habitãtes exorta eſſet ſeditio, terni ab utraq; parte legati delecti ad Caium miſſi ſunt. Apion uerò Alexandrinorũ legationis princeps multa in Iudæos iactauit crimina: interq; cætera, quòd Cæſarem non proſequerentur debitis honoribus. nam cũ quàm latè patet orbis Romanus Caio exſtruantur tẽpla & altaria, & pari honore colatur cũ cæteris numinibus, ſolos iſtos turpe putare dedicare illi ſtatuas, aut iurare per nomẽ Cæſaris. Hic acerbe inuecto Apione, multisq; alijs quæ ad exaſperandum Caium facerent, Philo è Iudæorũ legatis potior, uir per omnia clariſſimus, Alexãdri Alabarcha frater, & non imperitus philoſophiæ, parabat cauſam ſuæ gentis agere. Sed repulſus eſt à Cæſare iubente illum abire, & per iracũdiam uix temperante ab iniuria: quapropter eiectus conuitio. uerſus ad Iudæos aſſectatores, Nunc, inquit. oportet bono eſſe animo, quãdo Caius iratus eſt. nunc enim Deus nobis contra illum aderit. X V.

Caius in Syriam mittit Petronium iuſſum Iudæis bellum inferre, niſi malint recipere ipſius ſtatuam. CAP. XI.

CAius porrò indigne ferens à ſolis Iudæis ità ſe deſpici, legatũ in Syriam mittit Petronium ſucceſſurũ Vitellio: iubetq; ut eum na-

lido exercitu inuadat Iudaã: & si sponte id admittãt, statuam eius in tẽplo Dei collocet: quòd si detrectent, bello deuictos imperata facere adigat. Is assumpta administratione rerũ Syriæ, dedit operã ut exsequeretur mãdata Cæsaris: contractisq; quãtum poterat auxilijs, eum duabus Romanis legionib⁹ hybernauit apud Ptolemaidem, primo uere belli illaturus: quod et Caio significauit per literas: qui collaudata eius industria, hortatus est eum ad agendũ gnauiter, & frangendã bello gentis cõtumaciam. Interim Iudeorũ multa millia uenerũt Ptolemaidẽ ad Petronium, deprecaturi ne quid facere cogerentur contra leges patrias. Quòd si omnino decretũ sit statuam in fano ponere, ipsos primũ interficeret, ac tum demũ suo arbitratu rem perageret: nam quantisper supereſſent, nõ posse ferre uiolari legislatoris sui decreta, tot retro seculis obseruata ab optimis patribus. Ad hæc Petronius cõmotior, Hæc, inquit, quæ affertis forte ualerẽt apud me aliquid, si meis ipsius cõsilijs & auspicijs rem gererem: nunc necesse est me subseruire decretis Cæsaris, qbus cõtrauenire impunè nõ licet. Ad hæc Iudæi: Si tibi Petroni certũ est à præscripto Caij nõ discedere, neq; eos transgrediemur legis nostræ mãdata, freti diuina potẽtia, & maiorum nostrorũ uirtutis æmuli: neq; enim sumus adeo pusillanimes, ut quæ nobis cæleſte numẽ imperauit proposito felicitatis præmio, ea prætericiemur inuẽpestiua uitæ cupidine. Quapropter feremus

fortunã quamlibet, dummodo patriæ legis religio maneat incolumis: & parati ſumus ſubire pericula, ſperantes Deum nobis nõ deſore, propter cuius honorẽ non reformidamus ancipitem fortunæ aleam. Hoc malumus q̃ tibi per ignauiam parendo incurrere perpetuã ignominiam, ſimulq; ob neglectas leges indignationẽ numinis, cuius uel te iudice potior quàm Caij habẽda eſt ratio. Ibi Petronius animaduertens eorũ obſtinatã pernicaciam, neq; ſe poſſe ſine certamine & cæde ſtatuam dedicare Cæſaris, cum amicis & ſamulitio properauit Tyberiadem, ut ex propinquo melius res Iudæorũ diſpiceret. Iudæi uerò magnũ timentes è Rom. bello periculum, ſed maius ex uiolatis legibus, iterum multorũ millium numero occurrũt Petronio Tiberiadẽ, ſupplicantes ne ſe ad eam neceſſitatẽ cogeret, neue ſacratam urbem pollueret uetitis imaginibus. Tum Petronius: Pugnabitis igitur cum Cæſare, nec illius opes, nec ueſtram imbecillitatem adhibentes in conſiliũ? Non pugnabimus, inquiunt, ſed moriemur citius, quàm diſcedamus à legibus: ſimulq; procumbentes ac nudantes iugulos, paratos ſe aiebant ad excipiendos gladios. Atq; hoc pacto perduratum eſt per quadraginta dies continuos, neglectis interim agriculturæ operibus, cùm maximè ſementis eſſent tempora: quandoquidem certiſſimũ illis erat propoſitum, mortem potius, quàm ſtatuam illam

admit-

admittere. In hoc rerum ſtatu Ariſtobulus Agrippæ regis frater, & Eleias Magnus cognomine, cum optimatibus cæteris eius familiæ, Iudæorumq; primatibus accedunt Petronio, rogantes ut eo ſideraret obſtinatione populi, néue illis deſperãdi anſam præberet, quin potius Caio ſcribat quãta pernicacia reclametur dedicationi ſtatuæ: utq; relicto agriculturæ ſtudio, de bello quidẽ nulla uirtutum fiducia non cogitent: ſed parati ſint mori potius, q̃ tantã religionis labem in ſe admittere: ad hæc ſemẽte omiſſa inſtare latrocinia, dum nõ eſt unde poſſim perſolui uectigalia. Forte enim flecti poſſe Cæſarẽ, ne quid ſæuius in eam gentem ſtatuat, néue illi rebellandi materiam præbeat. Quòd ſi nõ moueatur ab inferẽdi belli propoſito, tum demũ aggrediendum eſſe negotium: atq; hæ fuerunt preces Ariſtobuli. Petronius uerò partim deprecatoriis reſpectu enixè urgentis, & ipſius rei magnitudinis, partim cõtentioſi Iudæorũ propoſiti, ratus indignum tam multa hominũ millia in gratiã inſanientis Caij perdere, & cæleſte numen ſuamq; ipſius conſcientiã reueritus, maluit abſurditatẽ rei per literas docere imperatorẽ uel ſuo periculo, nõ ignarus q̃ ille eſſet iracũdo ingenio, & ad uindicandũ prono, niſi quis quàm primũ furenti morem geſſerit. Sic enim exiſtimabat, etiamſi ille non decedat de ſententia, & fortaſſe indignationem in ipſum uertat cunctantius mandata exſequen

exſequentẽ: eſſe tamẽ boni uiri officiũ, pro incolumitate inſontiũ tam numeroſi populi uel certum interitũ non refugere. Ergo indicto Iudais cõuẽtu ad Tiberiadẽ, poſtquã adeſſe uidit multa millia, progreſſus in cõcionẽ ait expeditionẽ nõ à ſe ultrò ſuſceptã, ſed mãdato Cæſaris: cuius executionẽ differri periculoſum eſſe, propter indignationẽ ſummæ poteſtatis: & alioqui cõueniẽs eſſe ut ipſe ab autoritate illius pẽdeat, per quẽ ad tantũ dignitatis faſtigium euectus ſit. Attamen ueſtræ, inquit, ſaluti meã ſecuritatẽ aut exiſtimationẽ nõ præferã, quos ſcio meritò pro patrijs legibus cõtendere. imò ne mihi quidem probatur, ſummi Dei templum temerari principũ licentia: quamobrẽ legatos ad Caium miſſurus ſum, per quos cognoſcat ueſtrã irreuocabilẽ ſententiã, quãtumq; in me erit, hortabor ut honeſtiſſimæ ueſtræ uolũtati aſſenſum ſuum præbeat. Deus cuius potẽtia ſuperior eſt omnibus humanis conatib. faxit ut et religio ueſtra integra ac inuiolata maneat, & ille per immodicã honoris cupiditatẽ nullũ ſibi cõtrahat piaculũ. Quòd ſi offenſus iram omnẽ in me uerterit, patiar quoduis periculũ, ſiue in corpus, ſiue in uitã illi ſæuire libeat, modò ne tam ingentem ueſtrã multitudinẽ propter conſtantẽ bonã uoluntatẽ perire uideã. Abite igitur quo ſuum quemq; uocat negotiũ, & terrã labore ueſtro colite. Legationem autẽ ipſe in urbẽ miſſurus

ſum, & quicquid in rem neſtram potero, tam per me agam, quã per amicos meos & neceſſarios. His dictis concionem dimiſit, hortatus ut agros colerẽt interim, et bono eſſent animo: & ille quidẽ ſic populũ pro ſua uirili cõſolatus eſt. Deus autẽ manifeſtè oſtendit Petronio ſuam prouidentiã, quodq; omnibus iuſtè atq; honeſtè cœptis propitius faueat. Vix enim orationẽ finierat, cũ repente imber præter omniũ opinionẽ decidit, nullis tam ſerena die ſignis præmonſtratus, & hominibus propter diuturnã ac cõtinuã ſiccitatẽ cœlitus pluuiã penè deſperantibus, etiã ſi nubes uiderent, quæ toties ſpem eorũ fruſtratæ fuerãt. Quapropter terra tum præter ſolitũ præterq; expectationẽ rigata largis imbribus, Iudæis ſpes facta eſt nõ irritas fore preces Petronij. Quin & ipſe præſes magis etiam obſtupefactus eſt, euidẽter cernẽs curæ eſſe Deo res Iudaicas, atteſtãte tam inſigni prodigio, ut nemo niſi impudẽs poſſet cõtradicere. Cũq; accuratè ſuper hoc negotio ſcripſiſſet ad Caiũ, dehortans ne tam multa millia in extremã deſperationẽ atq; pernicie adduceret, neq; enim niſi bello cõpulſos diſceſſuros à religione patria: nẽne ſeipſe mulctaret luculẽtis ex ea gente prouẽtibus æternũq; apud eã ſibi pararet impropriũ: id quoq; adiecit, quã charus ſit Deo populus, quãq; manifeſtis ſignis declaret ſuã erga ilſos benenolentiam. Hæc Petronius. Rex autem

Agrip

Agrippa, qui tum fortè Romæ degebat, indies Caio reddebatur familiarior: quando etiã cõuiuium tale illi exhibuit, de industria procurato apparatu sumptuosissimo, adhibitoq; omni exquisitissimarũ lauticiarũ ac uoluptatũ genere, ut omnes à tergo relinqueret in hoc certamine, atq; ipsum etiã Cæsarẽ: tantum illi studiũ fuit demerẽdi principis per omne obsequium. Is demiratus eius tam animũ quàm magnificẽtiam, qui etiam supra uires ac facultates placere sibi cõtenderet, uolẽsq; cũ eo certare mutuis officijs, iam uino quoq; factus hilarior, Agrippã ad lætitiã prouocantẽ sic allocutus est. Equidem & ante expertus sum tuã beneuolentiã, quãdo uiuo etiã tũ Tiberione periculis quidẽ à me colẽdo deterritus es: et nũc uideo te modò mihi gratificeris, nulli rei parcere, ne facultatũ quidem tuarũ ratione habita: quare eũ turpe mihi sit à te uinci officijs, quicquid hactenus p me cessatum est iam pẽsabitur: tantũq; ad pristinã meã erga te liberalitatẽ accedat enixè dabo operã, ut maximũ ad futurã tuã felicitatẽ momentum allaturũ sit. Sic ille benignè promittebat, ratus ampla latifundia postulaturũ, aut urbium aliquarũ uectigalia. Ille uero quãuis iam pridem preces parauerat, tamen hactenus dissimulata tum demũ per occasionem aperuit, dicens neq; olim proper priuatũ cõmodum præter mandatũ Tiberij se illũ coluisse: & nunc nihil aliud ca-

ptare præter ipſius gratiã : nam & priorẽ mu-
nificentiã uberiorẽ fuiſſe quã unquã ſpe cõcipe-
re potuiſſet, quantũuis improba. Etſi enim tu,
inquit, maiora præſtare ualeas, meis tamen non
ſolũ meritis, ſed cupiditatibus etiã abũdè ſatiſ-
factũ eſt. Ibi Caius attonitus hominis modeſtia,
magis urgere cœpit, ut uellet uti ſua beneficen-
tia, nihil nõ polliceri perſeuerãs. Tũ Agrippa:
Quandoquidẽ domine liberalitatẽ tuã tam be-
nignè mihi offers, equidẽ petam, ſed nihil quod
ad diuitias attineat, quibus iam per tuã gratiã
abundo: illud potius poſtulabo, quod impetratũ
& pietatis opinionẽ, et perpetuũ fauorẽ numi-
nis tibi conciliet. Mihi quoq; glorioſum erit, ſi
poſt innumeras alias hanc unã etiã mihi fece-
ris gratiã. Rogo igitur ut mãdatũ reuoces, quod
Petronio dediſti, de ſtatua in Iudæorũ tẽplo po
nenda. Hæc ille uelut aleam iaciens, nõ ignarus
quantũ ſubeſſet periculũ, quodq; capitale eſſet
placitis Caij contradicere. Imperator antẽ ſimul
officioſa liberalitate delinitus, ſimul pudẽdã na
nitatẽ ducẽs, ſi corã tot teſtib. ultrò ad petendũ
prouocato, repẽte mutatus denegaſſet gratiã: ſu
ſpiciẽs etiã uirtutẽ hominis, q pluris faceret pie-
tatẽ, ſueq; gentis tranquillitatẽ, quam incremẽ-
tum dominationis aut redituũ, fecit eũ uoti cõ-
potẽ. Scripſit igitur Petronio, collaudãs eius in-
duſtriã in cõparãdo exercitu, & in exſequẽdis
mãdatis quæ acceperat. Quod antẽ ad ſtatuam

attineat, si quidem dedicata sit & posita, sinẽ dã esse: sin minus, nõ esse cur in eo negotio plus laboris capiat: sed debere eũ soluto exercitu reuerti ad intermissa officia: remissum enim esse hoc Iudæis in Agrippæ gratiã, cui tãtũ honoris à se haberi, ut non possit uoluntati eius contradicere. In hũc modũ Caius scripsit Petronio, priusquã ad defectionẽ spectare Iudæos cognosceret. Allatis postea de rebellatione rumoribus, indignè ferẽs gentis audaciã, et contẽptum imperij, homo omni dedecori obnoxius, nullãq; rationẽ honestatis habẽs, & impetu iracundiæ quouis abripi solitus, quẽ refrenare nunquã studuit, imò ad felicitatẽ suam pertinere putans si quã maximè affectioni huic indulgeret, denuo scribit eidẽ in hãc sententiã. Quoniã plus apud te ualuerunt Iudæorũ munera, quã mea mãdata, quibus neglectis omnia illis gratificatus es, temet iudicem facio quid de teipso statuere debeas semel indignationem meam meritus. Volo enim te exemplũ fieri & præsentibus et posteris, nullo modo irrita habenda mandata imperatoria. Hac epistola missa quidẽ est ad præsidẽ, non tamẽ Cæsare uiuo reddita, qui perferebant tardius nauigantibus, ita ut prius ille alias acceperit literas, nuntiantes de Caij exitio. Deus enim nõ fuit immemor Petronij, & periculorũ quæ propter ipsius honorẽ atq; Iudæorũ religionẽ subijt: sed amoto à reipub. habenis Caio pro-

pter impiè affectatos diuinos honores, tanto maior habita est illi gratia tã à Romanis q̃ à prouinciliabus, maximo fauore præcipuis senatoribus eũ prosequentibus, in quos potissimũ Caius debacchari est solitus. Is extinctus est nõ multo post quã Petronio scripserat illã mortis denunciatricẽ epistolã. Causam aũt propter quã Caius sublatus est, & quẽadmodum cõparatæ sint in eum insidiæ, procedente stilo significabimus. Cæterũ Petronio prius redditæ sunt literæ de cæde imperatoris, ac tum demũ superuenerunt illæ, quibus iubebatur mortẽ sibi conscisceere: quare lætatus fortuito tyranni interitu, admiratus est Dei prouidentiam, qui sine dilatione mercedẽ habiti sibi honoris persoluerit, & Iudæis præsentem opem attulerit. Et ille quidẽ miro hoc modo euasit mortis periculum.

Quo in statu res Iudæorũ apud Babylonẽ fuerint, & de Asinæo ac Anilæo fratribus. CAP. XII.

XVI. *INciderunt in ea tempora graues motus Iudæorũ apud Mesopotamiam ac Babyloniã habitantium, cædesq; & calamitates quales nusquam memorãtur in superioribus narrationibus, de quibus accuratè tractaturus, causas etiam ab origine repetam. Neerda dicitur urbs Babyloniæ, frequens populo, & agro fertili, qui tantã multitudinẽ posit alere: ad hæc non patet hostiũ assultibus, cincta fluentis Euphratis & firmissimis mœnibus: eidem flumini est & Nisibis*

Niſibis appoſita: quare Iudaei freti locorũ natura, ſacrũ didrachma quod Deo ex more ſolent offerre, cæteraq́; uotiuã pecuniã, in his urbibus deponebant tanquã in cõmuni ærario, inde ſuo tempore tranſmittẽdam Hieroſolyma: quæ deinde à multis hominum illò deducebatur, meuentiũ latrocinia Parthorum quorum ditioni tum ſuberat Babylonia. Ex his Iudæis erant Aſinæus & Anilæus fratres, Neerdenſes patria, orbati patre, & à matre ad textrini opificiũ adhibiti, quod non indecorũ habetur illis gentibus, ubi & uiri exercẽt lanificiũ. Hos officinæ magiſter, apud quẽ artẽ didicerant, quòd ſerius aliquando ad operandũ acceſſiſſent, caſtigauit uerberibus. Illi credentes ſe affectos iniuria, detractis armis quæ ſeruabãtur in eius domus pariete, contulerunt ſe in quendã locũ ubi fluuius ſcinditur, uberẽ paſcuis, & frugũ fertilem, cæterorumq́; fructuum qui reponuntur in hyemẽ: ad eos mox confluxit iuuenum quiſq; egẽtiſſimus, quorũ armis ſtipati pro ducibus ſe gerebant, nemine cohibẽte maleficia: cũ enim facti eſſent inexpugnabiles, & arcẽ ſibi cõſtruxiſſent, dimiſſis exactoribus tributa colligebãt ab accolis, certũ uidelicet pecoris numerũ, & quanteũ in alimenta eorũ ſat erat, promittentes amicitiã morẽ ſibi gerẽtibus, & propugnationem contra externã uim ſi qua ingrueret, cõtra occiſionẽ gregum ac paſtorum, ſi detrectarent

imperata facere: quapropter neceſsitate coacti mittebant eis quantũcunq; poſcerent. Quo facto eſt, ut aucta eorũ potentia, ualidi eſſent ad incurſandũ quoslibet, nemoq; uicinorũ auderet eos offendere, aut armis cum illis cõgredi: adeò ut ad Parthorũ quoq; regẽ rumor hæc detulerit. Satrapa autẽ Babyloniæ poſtquã hæc audiuit, uolens creſcens adhuc malum opprimere, priuſquã maius aliquod inde proueniret incõmodum, collecto quantum poterat è Parthis ac Babylonijs exercitu, properauit contra eos, cupiens ex improuiſo opprimere: obſeſſaq; palude ſuos iuſſit aliquãtiſper quieſcere. Poſtridie uerò Iudæis ſabbaticas Ferias otio publico celebrantibus, ratus non auſurũ hoſtẽ in certamen deſcendere, ſed nullo negotio uinctos ſe abducturũ, paulatim procedebat, ut derepente in eos irrueret. Aſineus uerò qui tũ fortè poſitis prope ſe armis cũ ſocijs deſidebat in otio, Viri, inquit, hinnitus equorũ mihi aures perculit, non qualis eſt paſſim paſcentiũ, ſed qui ſeſſorẽ tergo uehant: nam & frenorũ ſonitũ ſentio, uereor ne circũuenti ſimus ab hoſtibus: ſed procurat aliquis ſpeculatũ, qui nobis quid immineat certò renuntiet: optarim autẽ uana eſſe quæ diximus. Moxq; quidã profecti uiſum, celeriter redeũt, nõ falſam ſuſpicionẽ fuiſſe referẽtes: adeſſe ultores acceptæ iniuriæ: ex inſidijs ſe obrutos egeſtu copioſo uelut pecora, ne ad repugnandũ quidem

dem paratos, uetante propter ferias patria eo
ſuetudine. At Aſinæus longe aliter quã
culatori uidebatur ſtatuit, nõ concedendã cen-
ſens hanc uoluptatẽ hoſtibus, ut per otium in ſe
graſſarentur cædibus: quin potius uirtutis &
præſentis neceſſitatis memores cõniti debere, ut
ſi ita fors ferat, nõ inulti pereant: primusq; cor-
reptis armis ſuos exẽplo ad ſimilẽ excitat au-
daciã, ad cõſerẽdas cũ hoſte manus eos animãs:
& quia cõtemptim ueniebãt, rem factam ſe ha
bere putantes, multis caſis reliquos coëgit terga
uertere. Eius pugnæ poſtquã ad Parthorũ regẽ
fama peruenit, admiratus fratrũ audaciã, con-
cupiuit eorũ aſpectũ & colloquiũ: confeſtimq;
ad eos miſit fidiſſimũ è ſatellitibus qui hæc uer
ba illis referat: Regẽ Artabanũ tametſi iniu-
riam eorũ uiolẽtia in ſuo regno acceperit, indi-
gnationẽ tamen uirtuti ipſorũ remittere: miſiſ-
ſeq; ſe qui fide data impunitatẽ & ſecuritatem
itinerũ eis offerret ipſius nomine, & amicitiam
eorũ cuperet, ſine fraude omni & inſidijs: pa-
ratã eſſe regis munificentiam, foreq; ut hac ſua
uirtute poſthac rege fauente mãtur melius. Tũ
Aſinæus ipſe quidẽ profectionẽ diſtulit, fratrẽ
uerò Anilæum miſit cum quibus potuit mu-
neribus. Iuit ille ad regẽ, & facilè admiſſus eſt.
Artabanus autẽ nidẽs Anilæum ſolum ue-
niſſe, roganit cúrnã domi reliquiſſet Aſinæũ:
cognitoq; metu illũ ſe cõtinere intra paluſtria,

per patrios deos deierauit, nihil eos se lasurum in fidem uenientes: idq; porrecta iuueni dextra sancijt, quod apud barbaros cõuenturos certissimũ est argumentũ fiducia: nã post datã dextrã apud eos nec fallere fas est, nec diffidere, cessantibus omnino suspicionibus. Tum quoq; Artabanum hoc pacto remisit Anileũ, persuasurũ fratri ut simul ueniat. Hoc autẽ agebat rex no lens cõciliatis sibi his fratribus per Iudeorum uirtutẽ illas satrapias cõtinere in officio, que ui debantur ad defectionẽ spectare occupato rege alibi. Verebatur enim ne dum ipse rebelles perdomat. Asinaeus auctus apud Babyloniã uiribus, siue nolentibus prouincialibus, siue inuitis non tẽperaret à maleficijs. Hoc igitur cõsilio illũ accersijt. Asinaeus uero facile à fratre in eã sententiã inductus est, praserim cõmemorante quã luculente erga ipsos rex affectus sit, quodq; ad firmandã fidẽ insurandum interposuerit: quare primo quoq; tẽpore ad Artabanum ambo perueniũt. Ille perlibẽter eos excepit, in primis miratus generosum Asinai animũ, q̃ uideret breui statura hominem, & primo aspectu contemnenda specie, quasi nullius precij, apud amicos dictitans, nihil esse in tantillo corpore, quod tam uasto animo respõdeat, et inter epulas ostẽsum magistro militum Abdagasi praedicauit, denarrans quanta fortitudine bella gerere soleat. Is cùm rogasset ut bona regis nemia liceret

illum

illum interficere, pœnasq; tot maleficiorũ de eo sumere quibus Parthos læserat: negauit se hoc permissurũ in hominẽ qui se credidisset suæ fidei, data dextra cõfirmata et iureiurãdo adhibito. Quòd si, inquit, uir bellicosus haberi uis, nihil opus habes meo periurio ad abolendam Parthorũ ignominiam: sed redeuntẽ aggressus per uim absq; meo cõsensu opprime. Mane deinde accito Asinæo, Tẽpus tibi est, inquit, iuuenis domũ reuerti, ne diutius hic ducũ in te odia prouoces, qui te fortassis etiã me inuito conarẽtur interficere: cõmendo auẽ tibi terrã Babyloniã, ut eam tua cura tutã à latrocinijs et illesam custodias: mihi uicissim cordi erit tua incolumitas, quandoquidẽ tuũ caput nõ dubitasti meæ fidei cõmittere: hæc locutus, datis mox muneribus Asinæũ dimittit. Ille domũ reuersus castella partim noua condidit, partim quæ prius habuerat firmauit munitionibus: breuiq; intantum auctus est, quantum ante eum nemo alius, à talibus exorsus initijs: nec contentus honoribus Babyloniorũ, à Parthorũ quoq; obseruabatur ducibus, qui in uicinas prouincias mittebantur eũ imperio. Adeo creuit eius auctoritas unà cũ potentiã, ut Mesopotamia tota ab ipsius penderet nutibus. In hac felicitate florentior indies exegit annos quindecim: quæ nõ prius cœpit in deterius uergere, q̃ neglecto pristino uirtutis studio, contemptusq; institutis patrijs,

trijs, uoluptate uicti, dediderunt se externis libidinibus. Venerat forte in eas regiones Parthorũ quidã dux cũ coniuge, tam alijs dotibus, quàm insigni forma laudata usq; ad miraculũ: hanc sine aspectu, sine fama cognitã adamauit Asinai frater Anilaus: & cum neq; suis imperare posset cupidinibus, neq; ulla alia spes esset potiendi muliere, bello maritũ eius petijt: primoq; conflictu caeso Partho, uxor in uictoris potestatem & thalamũ peruenit: quod quidẽ magnarũ calamitatũ tam ipsi quã fratri fuit principium: cùm enim amisso priore marito captiua duceretur, simulacra patriorũ numinũ quae gentilitio ritu & domi secũ habere solebat & in itinere, clàm inter cateră supellectilem adnexerat, ea primum colebat sine arbitris. Deinde in thorũ recepta, & nacta fiduciã, propalàm operabatur sacris quae à defuncto acceperat. Id factum obiurgabatur ab amicis utriusq; fratris primarijs, indignũ facinus dictitãtibus, contra Hebraicae gentis ritus ac leges ductã uxorẽ barbarã, deditã impijs patriae suae superstitionibus: quare uidendũ ne dum nimiũ indulgent uoluptati corporis, à principatu excidant, quẽ diuino fauore cõsecuti sint. Sed adeo nihil profectũ est his admonitionibus, ut praecipuus quidã cõfossus sit, dum liberius inuehitur: qui moriens iratum numẽ imprecatus est fratribus eorũq; socijs, ulturum laesam & religionem & amicitiam

tiam, utq; simili & ipsi ab inimicis afficerẽtur exitio: illi quidẽ & autores iniuriæ fuerint, hi & patrocinatorẽ legũ per summũ nefas opprimi passi sint: quãuis enim molestè ferrẽt talia, plus tamẽ apud eos ualebat præterita uirtutis memoria, cui acceptã ferebant præsentẽ felicitatẽ: sed indignationem eorũ accẽdit mulieris impietas, nõ ferẽtiũ pertinaciter amplexã sacra Parthica: factoq; cõcursu ad Asinæum uociferabãtur in Anilæum: dicentes oportere eũ, si prius parum potuit quid utile sit dispicere, nunc certè erratũ corrigere, priusquã id publica expietur pernicie: nam & cõnubiũ illud nemini probari, ut parũ cõueniens patrijs ritibus, et superstitiosum numinũ cultiũ quẽ mulier sibi permittat, pertinere ad Dei ueri iniuriam. At ille quãuis agnosceret peccatũ fratris allaturũ sibi ac suis magnũ aliquod incõmodũ, uictus tamen germanitatis affectu facilè ignoscebat succumbenti tam indomitis cupidinibus. Sed cùm maiores indies cõcursus ad eum & uociferationes fierent, tandem super ea fratrẽ admonuit, anteacta obiurgans, & iubens ut resipiscat in posterũ, mulieremq; domũ ad cognatos ipsius remittat. Nihil tamen hac admonitione effectum est: quia mulier sentiens propter se murmur esse in populo, et uerita ne Anilæa propter amorẽ sui durius aliquid accideret, ueneno Asinæum sustulit, secura & sub amatore iudice impunè

auser-

auferret hoc facimus. Caterùm Anilæus ad se unũ iam principatu redacto, cum exercitu fecit impetum in uicos Mithridatis uiri apud Parthos nobilißimi, qui in matrimonio habebat Artabani filiã: cosq; magna præda abacta populatus est: nã & pecunia multã & mancipia reperit, pecoraq; & res alias quibus fortuna poßũt auctiores fieri. Mithridates uerò qui fortè tum nõ procul aberat, audita uicorũ expugnatione, indignè ferẽs ultrò se ab Anileo lacessitũ iniuria, habitãq; ludibrio suã dignitatẽ iudicãs, excita iuuenũ manu, collectoq; equitatu q̃ potuit maximo, obuiã profectus est conflicturus cũ Anileo: & cùm ad uicũ quendã ex suis peruenisset, ibi quieuit: q̃ decreuisset postridie Iudæos aggredi, sabbato instante quod illis religioso otio colitur. Qua de re præmonitus Anilæus à barbaro natione Syro alterius cuiusdam uici incola, & inter cætera diligenter edoctus quo loco Mithridates celebraturus esset cũ suis conuiniũ: iusso curare corpus milite, noctu cõtra hostes properauit, ut inopinos opprimeret. Quò delatus circa quartã uigiliã, partim sopitos occidit, partim attonitos fuga coëgit salutẽ quærere. Mithridatẽ etiã uinũ captũ secũ abduxit, nudũ super asinũ impositũ, qua apud Parthos grauißima habetur contumelia. Quẽ cùm sic ad syluã quandã perduxisset, hortantibus amicis ut illũ interficeret, ipsi diuersum

ſum uiſum eſt, negãti occidendũ uirum genere apud Parthos præcipuũ, et honoratũ affinitate regia: præteritas enim iniurias poſſe impetrare ueniã: quãuis enim offenſus ſit Mithridates, habiturũ tamẽ pro cõceſſa incolumitate gratiã: ꝙ ſi grauius in eũ conſulãt, nõ quieturũ regem niſi magnis cædibus in Iudæos Babylone degentes uindicet: quibus parcendum eſſe propter coniunctionẽ ſanguinis, & ut ad illos ſibi pateat refugiũ, ſi qua clades accidat ut ſunt belli uicißitudines. Eam ſententiã approbauit multitudo cætera, atq; ita Mithridates dimittitur: qui domũ reuerſus, ab uxore exceptus eſt conuitio, ꝙ regis gener poſt acceptas à Iudæis tot tam inſignes iniurias, nũc captiuus etiã uitã eis debere ſuſtineret precariã. Aut igitur, inquit, priſtinã uirtutẽ recipe, aut deos teſtor quibus cura eſt regũ dignitas, me tua cõditione nõ uſuram poſtea. Ille partim nõ ferens quotidianum opprobriũ, partim timẽs mulieris elatũ animũ ne diuortiũ faceret, inuitus quidẽ, coëgit tamen quantas potuit copias, indignũ ſeipſe uita exiſtimans, ſi homo Parthus Iudæis victoriã cederet. Anilæus uerò ubi cognouit aduẽtare illũ cũ ualido exercitu, turpe ducens cõtinere ſe intra paluſtria, & ſperans fortunã contra hoſtes priori ſimilẽ, fretuſq; militũ iam aſſueto uincere, & ipſe cõtrà eduxit copias: cui præter ueteranos multitudo etiã prædæ cupidine ſe adiunxerant,

xerant, rati profligandum hostẽ quamprimum in conspectũ uenerit. Progressos autẽ meridiano tẽpore per regionẽ inaquosam ad nonagintа stadia Mithridates adoritur, æstu & siti laboreq; itineris adeo fessos ut arma ægrè sustinerẽt, ipse recẽtibus uiribus: cõfestimq; in fugã uersis tanta cædes secuta est, ut multa uirorũ millia caderent. Anilæus autẽ stipatus globo iuuenũ effusissima fugа se in quandã syluã recepit, relicta Mithridati latissima victoria. Verũ ad Anilæum breui confluxit magna multitudo perditorum hominũ, qui licentiã pluris quàm propriam salutẽ facerẽt: itaq; detrimentũ quod acceperat in prælio, suppletũ est duntaxat numero: neq; enim cõferendi erant cũ his qui ceciderant, eo q̃ essent rudes militiæ. Duxit tamẽ eos contra Babyloniorũ castella lateq; uastabat omnia. Tum Babylonij reliquiq; hostes miserũt Neerdam ad Iudæos qui Anilæum deposcerẽt ad supplicium. Quod cùm non impetrarent, neq; enim illis integrum erat hominẽ dedere, ad pacem eos inuitauerũt: quibus tractationẽ de conditionibus pacis admittentibus, missi sunt tam ab illis quàm à Babylonijs legati ad Anilæũ. Tum Babylonij perlustrato diligenter loco in quo se ille cõtinebat, clàm noctu irruunt in sopitos et grauatos crapula, & impunè quotquot adepti sunt interficiunt, & ipsum Anilæum inter cæteros. Tum uerò hoc metu exoneratus

Babylo-

Babylonis populus, qui antehac non ausus erat odiū effundere in nostros homines, cū quibus illi propter diuersos ritus perpetuū est dissidium, nunc his nunc illis prævalentibus: sublato inquā Anilei sodalitio, in Iudæos undiq; coortus est. Itaq; non ferentes eorū uiolentiā, & sentientes se ad confligendū impares, nolentes cum eis habitare amplius, migrarunt Seleuciam urbem eius regionis præcipuā, à Seleuco Nicanore olim cōditam: hæc cōmune est Macedonum, Græcorū, & Syrorum domicilium. Eò postquam confugerunt Iudæi, per quinquēnium nulla affecti sunt iniuria: sexto autem anno pestē apud Babylonē grassante, denuo inde migratum est, quā multitudinē excipiente Seleucia, sequuta est Iudæos maior calamitas ex huiusmodi causa. In hac urbe semper Græcis male cum Syris cōuenit, Græcorū tamen factione præponderante: quò postquā à Iudæis migratū est, eorū fauore cōditio Syrorum cœpit esse potior, aucta uiris bellicosis, & periculorum contēptoribus: quare Græci succumbentes, & uidentes se non posse recuperare dignitatē prisſinā manēte Iudæorū & Syrorū consensu, suos quisq; familiares Syros appellauerunt de pace & amicitia. id quod facilē impetratū est: nam cùm utrinq; primatibus cōmissum esset negotiū, secuta est reconciliatio, quā ita demū ratā fore placuit, si utriq; Iudæos cōmunibus prosequerētur odijs: eosq; ex

improuiſo aggreſſi, occiderunt ſupra quinquaginta uirorũ millia: nec ullus enaſit, niſi ſi qẽ amici aut uicini ſeruauit miſericordia. Hi deinde ſeceſſerunt Cteſiphontẽ urbem Graecanicã uicinã Seleucia, ubi quotannis rex hibernare eſt ſolitus, habens ibi maiorẽ ſupellectilis partẽ repoſitã: ibiq; ſedes fixerunt, tutos ſe rati regiæ maieſtatis reuerentia. Caterùm Babyloniorum ac Seleucenſium terror omnes eius tractus Iudæos pernagatus eſt: quando quicquid erat Syrorum in illis regionibus, cum Seleucenſibus conſpirauit in eorum perniciem: quo facto factum eſt, ut pleriq; Neerdam et Niſibim ſe receperint, ſecuritatem ſuam reponentes in earum munitionibus, quæ alioquin etiam habitantur à uiris bellicoſiſſimis. Atq; ita ſe tunc habuerunt res Iudæorum per Babyloniam.

FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XIX.

Quomodo Caius à Chærea cæſus eſt. CAP. I.

CAIVS *porrò non in ſolos Iudæos Hieroſolymis et in uicinis regionibus degentes debacchatus eſt, ſed terra mariq; quàm late Romanũ patet imperium, quod maioribus repleuit calamitatibus, quàm quæ unquam ueterum monumentis ſunt prodita.*

dita. Sed maximè Roma ipſa eius ſanitiã experta eſt, nihilo hac parte meliori conditione quàm urbes cæteræ, præſertim ſenatores ac patricij, cæteraq; nobilitas: innumerisq; iniurijs nexabantur qui uocantur equites, opibus & dignitate ſenatoribus proximi, utpote ex quorum ordine ſenatorũ habeatur delectus: hi enim ignominijs afficiebantur & exilijs cædibusq; & confiſcationibus, quæ tũ ferè cædis accedebant præmiũ. Se uerò pro deo gerebat, non contentus humanis honoribus coli à ſubditis, & Capitoliũ frequentans templorum omniũ in urbe celeberrimum. Iouem eius præſidem appellatione fratris ſalutare auſus eſt. Alijs quoq; operibus ſuam declarabat inſaniam, quando à Puteolis urbe Campaniæ ad Miſenũ alterũ maritimũ oppidũ grauatus triremi traijcere, & alioqui ad ſuam dominationẽ pertinere exiſtimãs, ſi à mari eadem quæ à terra obſequia exigeret, ab uno promontorio ad alterum ponte iuncto medio ſinus ſpatio, curru ultro citroq; uectatus eſt: id enim demũ iter dignum eſſe maieſtate ſui numinis. Templorũ etiã Græcanicorũ nullum inſpoliatũ reliquit, & omnes inſignis artificij tabulas atq; ſtatuas edicto ad ſe cõportari imperauit, quicquid ubiq; terrarũ pulchri eſſet, in pulcherrimo loco, hoc eſt, Romana urbe ſpectari debere dictitans. His ſpolijs palatium ſuum & hortos exornauit, alioſq; ſuos receſſus per Italiã. Ad

hæc Iouẽ qui à loco in quo uniuerſis Græcis colitur: cognominatur Olympius, opus Phidiæ Atheniẽſis ſtatuarij, auſus eſt iubere in Vrbẽ transferri: quod tamẽ factũ non eſt, architectis apud Memmium Regulum, cui demandatum erat hoc negotiũ, negantibus loco moueri poſſe illa ſum ſimulacrũ, & abſq; uitio. Aiunt etiã prodigijs fidem excedentibus Memmiũ uetitũ, diſtuliſſe imperata facere: quæ ipſe inſeruit excuſantibus ceſſationẽ ſuã literis: cumq; capitẽ luendum eſſet neglectũ mandatũ, interitum Caij hominem exemit periculo. Eò deniq; inſania prouectus eſt, ut natã ſibi filiã in Capitoliũ delatam, in ſimulacri genua deponeret, quaſi cõmunem ſibi cũ Ioue prolem, in medio ſe relinquere dicens iudiciũ, utro maiore parente ſit genita: atq; hæc agentẽ tolerabant tamẽ homines. Permiſit etiam ſeruis licentiã deferẽdi ſuos dominos qualicunq; crimine: q̃ eò grauius erat, quia ex ipſius Cæſaris autoritate, & in eius gratiam gerebantur omnia: adeo ut Claudium auſus ſit Pollux mancipium ipſius reum facere: & Caius ſuſtinuit inter iudices audire patruum dicentẽ cauſam capitis, ſperãs ſumpturum ſe de illo ſupplicium: quod tamen ei non licuit. Itaq; cùm totum ſuæ ditionis orbẽ repleſſet ſycophantijs, & ſeruos erexiſſet contra dominos, paſſim illi tendebantur inſidiæ, alios ira ſtimulante ad uindictam acceptæ iniuriæ, alijs

ipſius

ipſius cæde imminentẽ ſibi perniciem præcauere uolentibus. Certè ius publicũ, niſi illo ſublato, ſaluũ manere nõ potuit, præcipuè noſtra gẽs eius cæde erepta eſt ex ipſis interitus ſanctibus: quapropter libet mihi accuratè denarrare totũ negotium, uel ideo ut argumentũ ſit diuina potentia, quod & in aduerſis ſoleatur homines, et modeſtiæ fortunatos admoneat, ne opinione diuturnæ felicitatis falſi, neglecta uirtute in perpetuã corruant miſeriam. Tres in illius necẽ conſpirationes factæ ſunt, quarum ſingulæ autores habebant uiros fortiſſimos: nã Æmilius Regulus à Corduba Hiſpaniæ ciuitate oriundus manum coniuratorũ circa ſe habebat, quorum opera illũ tolleret: alterius Caſſius Charea tribunus erat caput: Annius quoq; Minucianus non paucos ad opprimendum tyrannũ conciuerat. His Caius inuiſus erat, Regulo quidem & is natura omnem iniquitatem oderat: erat enim magnanimus, & liberali ingenio praditus, ita ut non diſſimularet ſua cõſilia: quæ cum multis cõmunicauit, uel amicis, uel alioqui uiris ſtrenuis. Minucianus uerò partim Lepidum ulciſcendi cupidine, quẽ illi amiciſſimum & ciuem cùm primis egregium Caius occiderat: partim metu, & uideret eius odia ſemper eſſe exoſis capitalia, decreuit illũ ferro inuadere. Charea non ferebat exprobratam ſibi à Caio molliciem, & alioqui quotidiana pericula quibus propter fa-

militaritatem eius erat expositus, optimè se putabat nece ipsius euasurũ. Commune autem omnium illorum erat propositũ, superbe ac impotenti eius dominationi finem imponere: spes enim erat, successurũ negotiũ, & re bene gesta seruandam ope sua rempublicã, cuius saluti honestum esse uel uitam impendere. Sed Chærea fuit fernentior cæteris, tum cupiditate parandi sibi clari nominis, tum & propter tribunatum faciliorem accessum habebat ad perpetrandũ facinus. Interim Circenses ludi agebantur, quibus impendio delectatur Romanus populus, & alacriter in circum concurrens, quicquid desiderat ab imperatoribus flagitat, & illi postulatis eius perlibenter indulgent, tum quoq; contentione magna rogabant, ut tributorũ ac uectigaliũ releuaret onera. Ille non ferens eorũ nociferationes, dimissis militibus iubet clamatores illos passim correptos duci ad supplicium: multiq; hoc pacto capite plexi sunt: idq; tulit populus, & cessauit à clamoribus, exemplo doctus maiorem uitæ rationẽ habẽdam quàm pecuniæ, quòd uiderent pro importuno eius studio multis repræsentatum interitum. Hac magis etiam Chæream incitauerunt ad aggrediendum facinus, & compescendam immanẽ Caij ferociam. Et sæpe quidem epulantem inuadere decreuerat, certis tamen rationibus id distulit: non quòd dubius esset propositi, sed

quia

quia captabatur occaſio cõmodior, ut non irrito conatu rem ad effectũ deduceret. Iam autẽ non modicum tẽpus exegerat in prætoriana militia: tum uerò exactionibus præpoſitus, & debitis in fiſcum redigendis, quorũ quædam dilatione ſolutionis conduplicata fuerant: dum in exigendo terit tempus, & afflictæ fortunæ hominũ miſeratione exſequitur mandata negligentius, concinit in ſe iram Cæſaris, non ſine probro effœminati ac ſegnis animi: nec hoc contentus, quoties ille redeuntibus uicibus ſignũ à ſe peteret, fœmineum aliquod & probroſum dabat uocabulum: atq; hæc faciebat, cùm ipſum non puderet in quibuſdã à ſe inſtitutis ſacris uti amictu muliebri, cincinnisq; & alio ornatu quo ſexum mentiretur. Et poſt hæc audebat exprobrare Chæreæ turpitudinẽ: qui & quoties talia ſigna acciperet ferebat indigniſſimè, & magis etiam cùm rideretur tradens ea militibus, eſſetq; cæterus tribunis ludibrio: nam allaturo eo ſignum à Cæſare, prædicebant fore ut afferret tale aliquod ludicrum: quapropter auſus eſt ſibi aliquot aſciſcere, iuſtam iræ cauſam præferens. In his erat Popædius uir ordinis ſenatorij, omnibus ferè perfunctus honoribus, alioquin Epicureus & tum ſectator otij: hunc detulerat inimicus eius Timidius, q in Caium iecisſet cõuitia: & teſtem adhibebat Quintiliam mimã, propter formam adamatam cùm aliis multis tum Popædio: quæ

cum nollet amatorẽ ſuum falſo, ut erat, teſtimonio grauare in cauſa capitis, Timidius urgebat tormentis eam ſubijci. Tum Caius exaſperatus Chæream iubet ſine mora torquere Quintiliam, ideo potißimũ ei ſolitus cades & quæſtiones iniungere, q̃ putaret hæc executurũ inclementius, quo mollicia notam effugeret. Quintilia porrò cùm torquenda duceretur, conſciorũ cuiuſdam obiter pedẽ calcauit, innuens ut bono eſſet animo, néue ad tormenta ipſius expaneſceret: ſe enim ea perlaturã obſirmato animo: itaq; crudeliter eam examinauit Chærea, non ſponte, ſed neceßitate coactus. Cumq; illa perduraret, duxit eam in Caij conſpectum, affectam modis miſerabilibus. Cuius miſeratione indignè lacerata imperator nonnihil flexus, Popedium abſoluit, & pecunijs ſolatus eſt mulieris, calamitatem quã fortiter æquè ac feliciter toleranerat. Id uerò indigniſſimè tulit Charea, ſic traduci putans ſuam ſæuitiam, quaſi tam immodicam, ut ipſum Caium remediũ eius adhibere oporteat: quamobrem ſic Clementem & Papinium alloquitur, quorum hic & ipſe tribunus erat, ille præfectus urbanarũ cohortium: Nos quidem Clemens in tuendo imperatore nunquam officio noſtro defuimus: nam noſtra opera & induſtria conjuratorum alij necati ſunt, alij tormentis intãtum lacerati, ut ipſi uiſi ſint miſerabiles. Sed hæccine ſunt noſtra militia munia? Tacente ad hæc Clemente,

mente, ſed uultus rubore pudorem fatente miniſteriorum talium, caterùm uerbis non auſo ſugillare inſaniam Caſaris. Chærea iam confidentius commemorare cœpit calamitates urbis & imperij. Harum, inquit, cauſa uulgi ſermonibus in Caium refertur: ſed ſi rei diſquiratur ueritas, ego mi Clemens, & hic Papinius, & ante nos cu Romanis, immo toti humano generi horum malorũ cauſa ſumus, qui mandata eius exſequimur: & cùm finẽ imponere poßimus eius tum in cives tum in reliquos ſubditos debacchationibus, per tam fœda miniſteria facti ſumus ex militibus ſatellites ac carnifices, nõ pro libertate Romanorũ aut imperio geſtantes arma, ſed pro eius incolumitate qui eorum tam animos quàm corpora in ſeruitutem redigit, contaminantesq; nos quotidie cruore caſorũ & atrociſſimis quæſtionibus, donec ipſius iuſſu ab alijs pari modo tractabimur: non enim hoc modo chariores ei reddimur, ſed ſuſpectiores potius: & alioqui aſſuetus cædibus, quas libidine moderatur, nõ iudicio, nequaquam conquieſcet prius quàm nos quoq; cæteris adjiciat: nimirum iam deſtinatos exitio, niſi maturè proſpicimus et cõmuni libertati, & noſtriſmet periculis. Clemens autem etſi approbaret Chæreæ ſentẽtiam, tacere tamẽ cum iußit, ne ſparſis in plures his ſermonibus, & euulgato ante effectum conſilio, raperentur ad ſupplicium. expectandam eſſe optabilem occa-

ſionem, fortuito alicunde offerendam: ſibi quidem ob ingraueſcentẽ iam ætatem non ſatis eſſe animi, & habere ſe tutiora conſilia: nam honeſtiora ne cogitari quidem poſſe. His dictis Clemens domum ſe recepit, ſecum agitans quæ audierat, queq; ipſe dixerat. Chæreas autem nonnihil temerè incipiens, ad Cornelium Sabinum & ipſum tribunũ properat, quem uirum quòd non cõtemnendum noſſet libertatiq; amatorem eximium, & ferentem agrè præſentem ſtatum Reipublicæ, expeditum aliquod ab eo expectans conſilium, decreuit ei rem proponere, ſollicitus etiam ne per Clementẽ res proderetur, et omnem moram periculoſam exiſtimans in tanto negotio: hunc poſtquam libenter id accipere intellexit, ut qui iam ante pari modo animatus, ideo tantũ hactenus ſilucrat, quòd cum nemine auderet communicare ſuam ſententiam: tunc uerò opem etiam polliceri non modò ſilentium, magis etiam cõfirmatus eſt in propoſito. Itaq; rati non amplius cunctandum, ambo ad Minutianum ſe conferunt, magnitudine animi ipſis ſimilem, & eodem accenſum uirtutis ſtudio, Caio uerò ſuſpectum propter necem Lepidi, hominis Minutiano coniunctiſsimi, & inſuper cõmuni obnoxiũ periculo: omnibus enim honoratis Caius erat terribilis, præ cæteris in tales ſæuire ſolitus: & iam ante ſignificationem aliquam inter ſe dederant, quæ tum agebantur iniquo ſe ferre animo:

animo: quamuis enim metus periculi non sineret eos manifestè proferre odiũ quo Caium prosequerentur, tamẽ occultus quidam eius rei sensus mutuam inter illos beneuolentiam conciliauerat. Et quoniam Minutianus dignitate præstabat, homo cùm primis ciuiũ nobilis, omnemq; laudem meritus, soliti etiam antea plurimũ illi deferre, in eo quoq; congressu postulabant ut ipse initium sermonũ faceret. Ille rogauit Chæream, quódnam signũ ea die ab imperatore accepisset: nulgatũ enim iam erat per urbem, quomodo ei soleret dandis signis illudere. Ibi Chærea cupide arrepta occasione, fretusq; Minuciani fide, At tu mihi, inquit, libertatẽ signum da, cui gratias habeo, quòd me ultro properantem excitas: neq; mihi ampliori adhortatione opus est, si quidẽ tibi quoq; idem placere uideo, & priusquam cõueniremus iam antè consensimus: gladius hic, quo accinctus sum, ambobus sufficiet: quare age aggrediamur opus te autore, equidem nolens ac libens sequar quocunq; iusseris, adiutus tua prudentia: nec te debet tardare ferri inopia, dum animus tanto facinore dignus supersit, à quo etiam ferrum solet efficaciam sumere. Ipse certè totus feror, in hoc negotium, securus quid mihi pòst eueniat: quãdoquidẽ nec libet nec uacat de me priuatim dispicere in publica seruitute patriæ, sublatis legibus, & omnibus imminente à Caio pernicie: & dignus

sum

ſum opinor nel te iudice cui credatur hoc miniſterium, quando & tibi eadem probari uideo. Tum Minucianus ſic animatum ſentiens, complexus hominẽ collaudatum hortatus eſt ut perageret, apprecatus ut ſuperi conatus eius ratos habeant: atq; ita mutuum confirmati diuerſi abeunt. Ferũt hoc conſilium quodã omine fuiſſe firmatũ. Nam ingrediente curiam Chærea, uox euiuſdam è turba audita eſt, iubens eum, dijs inuantibus, deſtinata perficere: & primò ſuſpicatus eſt rem ab aliquo è coniuratis proditam: deinde intellexit incitari ſe aut à quopiam cõſcio, aut uoce Dei, cui cura ſunt res mortaliũ: iamq; multi participes inſidiarum armati aderant & ſenatores & equites, ſimulq; militum quotquot erant conſcij: nemo enim erat qui non putaret necem Caij pertinere ad ſalutẽ publicã, & ideo pro ſe quiſq; dabant operã ne quis in hoc facinore ceteris uirtute cederet, cunctis tam uerbis quàm opere in exitium tyranni conſpirantibus. Nam & Calliſtus his ſe adiunxit Caij libertus, qui unus plurimum apud eum poterat, ſocius quodammodo tyrannidis, & formidatus omnibus, abundansq; pecunijs quas ex munerũ corruptelis parauerat: uebaturq; immodicè hac potentia, ſuſpectũ nihilominus habens principem, cuius ingenium norat implacabile, & in ſemel deſtinatis pertinax. Ipſi autem inter alias periculi cauſas hæc erat non poſtrema, quòd eſſet

pecun

pecunioſus nimium : quare ad Claudium clàm deſciſcebat, colens eum quòd ſperaret ſucceſſurum in imperiũ, & iam tum obſequijs captans eius gratiam, quò tandẽ apud illum quoq; eſſet in pretio. nam & iactauit apud eum, iuſſum ſe, ut ueneno ipſum tolleret, & hactenus ſemper commentũ differẽdi cauſas innumeras. Videtur autem mihi hoc finxiſſe in gratiam Claudij: nec enim ille ſi patruum necare uoluiſſet, tuliſſet excuſationes Calliſti: & liberto ceſſanti imperata facere mox repræſentatum fuiſſet meritum præmium. Claudius tamẽ qui diuino quodã fauore Caij furorem euaſit, gratiam Calliſto perſuaſus habuit pro nunquã accepto beneficio. Caterùm Charea conatus differebãtur indies conſciorum quorundam ſegnicie: nam ipſe inuitus cunctabatur, omne tẽpus patrando huic facinori oppor tunum iudicans: etenim aggrediendi aſcendentem in Capitolium ad mactandas pro filiæ ſalute uictimas ſæpe dabatur occaſio: uel præcipitandi in forũ è faſtigio baſilicæ, nummos inde aureos & argenteos ſpargentẽ populo: uel opprimendi celebrantem arcana ſacra, quæ ipſe inſtituerat: nam ipſe Caius incautus erat propter ſecuritatem, licet uerſaretur inter continuè præparatos ad inſidias. Itaq; inter ſuos iactabat Charea, ſi putarent illum a dijs ſeruari, ſibi uni & animum eſſe & facultatem, uel abſq; ferro conficiendi hominem: adeò infenſus erat coniuratis,

timens

timens ne elaberetur occaſio. At illi uidebant quidem eum pro communi libertate ſollicitum, poſtulabant tamen pauliſper differri negotium, ne ſi parum ſuccederet, turbaretur tota ciuitas, & factis inquiſitionibus præcluderetur uiris fortibus ad opprimendum tyrannum aditus: ſatius igitur eſſe dum ludi aguntur in palatio adoriri facinus: hi celebrantur in honorem Cæſaris, qui primus dominationem à populo in ſe tranſtulit: & exſtructa ante regiam ſcena, conueniunt eò ſpectatũ Romanorũ nobiles unà cum uxoribus ac liberis, præſente etiam principe: ibi concluſis tam multis millibus intra modicũ ſpatium, conatũ facile ſucceſſurum, non ualentibus etiamſi uelint ſuccurrere protectoribus domeſticis. Aſſenſit Chæreas, decretumq; eſt primo ludorũ die rem aggredi: ſed plus fortuna potuit quàm conſilium, ita ut uix tertio ſtatuta peregerint, qui fuit ludorũ dies ultimus: tum Chæreæ ſocijs cõuocatis, Multũ, inquit, elapſum eſt temporis, quod nobis ſegniciem exprobrat in honeſtis conſilijs, quæ uerendũ eſt ne prodita in nihilum recidãt, & Caius exaſperatus magis etiam ſæuiat. An non uidetis quòd ad hunc modum nihil aliud ſit quàm libertatis detrimentum, & tyrãnidis acceßio? cùm debeamus nobis primùm ſecuritatẽ parare, deinde alijs perpetuam felicitatem, unde ad nos & gloria maxima rediturа ſit. Illis uero tam honeſto propoſito non contradicen

dicentibus, cunctantibus tamen adhuc, & per ſtuporem ſilentibus: Quid, inquit, boni uiri, differimus? an neſcitis hunc eſſe ſpectaculorũ diem ultimum, poſt quæ peracta Caium eſſe nauigaturum? Decreuit enim nauigare Alexãdriam Ægypti uiſendæ gratia: pulchrũ uero fuerit, ſi emittamus è manibus hoc propudium hominis, terra mariq; triumphaturum de Romanorum ignauia. An non ignominioſum ſit, nos Ægyptio cuipiam libertatẽ oppreſſam non ferenti hanc gloriam cedere: ego certè deliberationes ueſtras nõ expectabo amplius, ſed periculum faciam hodie, ita ut fortẽ uirũ decet, quicquid fors ferat libẽtius perpeſſurus, quàm ut me uiuo alius laudẽ tyrannicidæ occupet. His dictis & ſeipſum accendit, & cæteris animũ addidit, ut omnes ſine dilatione rem aggredi cuperent: moxq; palatium armatus gladio petijt, quod ita mos ſit accinctos tribunos ſignũ ab imperatore petere: & fortè ea die uices petẽdi ad ipſum redierant. Et iam confluebat multitudo ad palatium, magno tumultu ſe inuicẽ prorrudẽdo, dum quiſq; locũ ſpectandi præcipere nititur, magna uoluptate hãc contentionẽ ſpectante Caio: quòd nec ſenatoribus aſſignata eſſent loca, nec equitibus, ſed promiſcuè ſedebãt uiri cum mulieribus, & ſerui confuſi cum ingenuis. Progreſſus deinde imperator rem diuinam fecit Auguſto Cæſari, ad cuius tum honorem ludi celebrabantur:

bantur: & cadente uictima contigit respergi cruore togam Asprenatis unius è senatorũ numero, quod ominosum ei fuit, licet tum risu exceptum à Cæsare: nam & ipse in eo tumultu occisus est. Fertur Caiũ ea die præter naturã suam fuisse affabilem, ita ut insueta comitate omnibus fuerit miraculo. Peracto sacro consedit inter amicos in theatro, quod cõpactile instaurabatur per singulos annos hoc modo: duas habebat ianuas, alterã uersus subdiualem aream, alteram uersus porticũ, per quam actores ingrediebãtur & egrediebantur, non turbato spectatorũ consessu: qua parte erat cella quædam tabulatis interseptа, ubi mimi uersabãtur, et musici. Cumq; iam & multitudo cætera sederet, et Charea cum reliquis tribunis nõ procul à Cæsare, qui dextrũ theatri cornu tenebat: Batibius uir prætorius submissa uoce rogauit assidentẽ sibi Cluuitum consularem, ecquid noui audisset: quo negante, Ergo, inquit, scito instare hodie certamẽ tyrannicidij. Tum Cluuitus, Tace, inquit, bone uir, ne quis hæc Achiuorũ exaudiat: alludens Homerico carmine. Sparsis deinde in spectatores missilibus, quæ pomis constabãt & auibus propter raritatem gratis, Caius delectabatur diripiente hæc certatim populo: moxq; duo quædã ominosa secuta sunt. Nam mimus inductus est in quo iudex deprehẽsus in crucẽ suffigit, & fabula acta est Cinyra, in qua & ipse & eius filia Myrra

occid

occiditur: multūq; ficticij cruoris fusum est tam circa crucifixū, q̄ circa Cinyrā. Quin & eundē diē fuisse aiunt, quo olim Philippus Amyntæ filius rex Macedonū ab amico Pausania cæsus est dū theatrū introgreditur. Ceterū Caio dubitante, permaneret ne usq; finem spectaculi, præsertim cum dies esset ultimus: an lotus & cibo sumpto reuerteretur, ut erat solitus: Minucianus supra Caiū assidens, ueritus ne periret occasio, iam enim Chareā egressum uiderat, surrexit iturus ad confirmandū hominē: eū imperator comiter apprehendens lacinia, Quōnam, inquit, bōe uir? Quē ille reueritus sedit denuo: sed mīcit timor, & paulō pòst rursum surrexit. Caio nō amplius retinēte, q̄ eū putaret abire ad aliquid necessariū. Tum Asprenas etiā hortatus est Cæsarem, ut more solito lotus & pransus tum dēmū reuerteretur: cupiebat enim ut constitum quod statutū erat peragi. Et iam Chareas coniuratos disposuerat, ut suo quisq; loco manaret operā: aggreq; moras ferebant, q̄ iam esset hora nona diei: & Chereas nolebat in theatrum reuerti, atq; in sedentē irruere: quānis enim intelligeret, id sine multis equitum qui aderant aut senatorū cædē nō posse fieri, existimabat tamen eam bene rependi libertate publica: iamq; tendebat in theatrū, cū subito strepitu significatur surrexisse Cæsarem. Tum coniurati turbam dimouent, quasi Caio hoc nolēte, re autē uera ca-

pantes ſolitudinem quo facilius poſſent eadem perficere: præcedebant autem eum Claudius parum, et M. Minutianus ſororis eius maritus, & Valerius Aſiaticus, quos dimouere metabat ſua dignitas, eos ipſe ſequebatur cũ Paulo Aruntio. Mox ubi regiã ingreſſi ſum, relicta recta uia per quã eum praſtolabantur ſeruorũ miniſteria, et quà Claudius cũ aliis præceſſerat, deflexit ad infrequentẽ quandam cryptam ducentem ad balineas, pueros etiã eo loco uiſurus qui uenerant ex Aſia, partim ad concinnandos hymnos ſacrorũ domeſticorum, partim ad ſaltandam pyrrichen in theatro: ibi occurrẽs ei Charea ſignum poſtulat, & illo probroſum quiddam dante, conuitio ſimul ac ferro eum adortus ſerit grauiter, non tamen letali uulnere: quod quidam data opera factum putant, ut multis ictibus conſaucitatus periret cruciabilius: mihi nõ ſit ueriſimile, quia tale facinus nõ admittit lenta conſilia: quòd ſi hoc animo id fecit Charea, uidetur mihi fuiſſe omniũ ſtultiſſimus, qui maluerit indulgere iracundiæ, quã celeriter ſe ac ſuos eximere periculo: maximè quando non deerant qui Caio poſſent ſuccurrere, niſi quamprimum exhalaret animã: aliquin uidebitur ſe & amicos potius quàm illum affligere uoluiſſe, cùm poſſet re bene geſta clam ſe ultoribus eius ſubducere, non perdẽdo temerè tẽpus, uel ſeipſum potius. Veru hæc quiſq;

ut libuerit æstimet. Caius porrò præ dolore vulneris, quod humerum inter & collum impactum ne vlterius procederet osse iugulj retemũ est, neq; exclamauit attonitus, neque inuocauit opem amici vllius, siue quòd nemini satis fideret, siue præ superbia: gemitu tantũ edito, fugà se proripiebat vlterius: quẽ paratus in hoc Cornelius Sabinus impulit, vt in genu procideret: moxq; circumsistentium una vox erat, repete, atq; ita confecerũt eum, illatis certatim crebris ictibus: extremũ autẽ inflixisse fertur Aquila, qui vltimum exitiũ illi attulit: author autẽ facinoris merito Chærea dicẽdus est, quãuis enim adhibuerit socios, omniũ tamẽ primus id cõcepit animo, et modũ perficiẽdi inuenit, primusq; ausus est consiliũ cõmunicare cũ alijs: quod vbi probari sensit, cõiuratos in vnum cõtraxit vsus eximia prudẽtia, & ad audendũ accendit crebris adhortationibus: cumq; res operã poscceret, hic quoq; primus in eũ irruit, & sua virtute cæ dẽ exorsus, trucidati cadauer proculcandũ alijs præbuit. quapropter meritò quicquid et à socijs perpetratũ est, ipsius prudentia, industria, atque virtuti, acceptũ ferendũ est. Sic Cãius finijt multis cõfossus vulneribus. Quo interfecto, Chærea cum socijs recipere se qua uenerat, videbat impossibile: siue attoniti magnitudine facinoris, quòd non leue esset periculum occidisse imperatorem gratiosum apud insanam multitu-

dinem, paratis ad ultionẽ militibus: siue quòd angusta erant uia ubi patrata est cades, & referta famulis ac custodibus, qui omnes ea die prælio erant ad officiũ. Proinde per aliam uiã contulerunt se ad ades Germanici, cuius filium Caiũ tum necauerãt: ha fuerũt contigua palatio: quod ita unũ erat, ut tamen excultum esset adificijs per partes: à singulis imperatoribus, quorũ appellationem retinebant: iamq; elapsi è turba satis tuti erant pro tẽpore, tantisper dum in occulto esset casus Cæsaris. Primi antẽ Germani senserunt eius interitũ, cohors satellitũ ex ea gente lectorũ ad principis custodiã: homines natura iracũdi, ut quinis alij barbari, & plerũq; quid fiat nõ intelligãt, robusti corpore & primos hostiũ impetus excipere soliti, & magnum ad uictoriã momentũ afferre in quãcunq; partẽ incubuerint. Hi cognita morte Caij uehemẽter indoluerunt, nõ ipsius uirtutibus rem metiẽtes, sed suis cõmodis, & gratiosus apud illos fuerat crebris largitionibus benevolentiã eorũ sibi cõparans: moxq; duce Sabino (is non sua aut maiorũ uirtute, ut qui gladiator fuerat, sed insigni robore ad tribunatũ prouectus est) strictis gladijs discurrebãt per domos feruabundi ubi nã latereẽt interfectores Cæsaris: & primum forte oblatum Asprenatẽ frustratim laceraverunt, eum cuius togam cruore uictima respersam diximus, infausto sanè auspicio. Post hunc Norbanum

banum nacti sunt eiusem nobilissimum, & genus ducentẽ à multis imperatoribus: qui nihili apud furentes fieri suã dignitatem uidẽs, homo nalidus extorsit gladium reluctanti ei qui primus se inuaserat: uidebatuŕq; non inultus moriturus, ni circumdatus multorũ simul obruerentur ictibus. Tertius è senatoribus Anteius cũ paucis mala fortuna sicut priores in Germanos incidit, pertractus eò cupidine uisendi Caij cadaueris, quẽ uehementer oderat: eius enim patrem eodẽ nomine appellatum non contentus egisse in exiliũ, occidit postremò missis illò militibus: pascebat igitur oculos gratissimo spectaculo: uerũ audito tumultu latebras quaritãs, nõ effugit Germanorũ diligẽtẽ perquisitionẽ, per iras sontes iuxta atq; insontes trucidãtiũ: et illi quidẽ tali fato absumpti sunt. cæterũ postquã in theatrum rumor de morte Caij perlatus est, plus demirationis inuenit q̃ fidei. Quidã enim etsi perlibenter interitum eius acciperent, quem iandudũ optauerant, præ timore tamen credere non audebãt. Alijs cõtrà ideo non libebat credere, quia uerũ esse nolebant, atq; etiam maius putabant quàm ut humana uirtute posset effici. Hi fere erant pueri ac fœmina atq; mancipia. tum nonnulli ex militibus: quòd eius stipendia merẽtes simul exercerẽt tyrannidẽ, ministri superbiæ, cõcutientes optimũ quemq; ciuium, & prædarũ participes. Mulieres autẽ & iuuentus

deliniri, ut solet vulgus, spectaculis, muneribus gladiatorij, uisceribus, oblectamentisq; id genus alijs: quarū prætextus erat voluptas populi, re autē vera seruiebant crudelitati & insaniæ principis. Apud seruos item gratiosus fuerat propter licentiā contēnendi dominos, cōtra quos in eo paratū habebant præsidiū. Facile enim erat fidē impetrare confictæ calumniæ, & indicata herili pecunia non libertatē solū assequi, sed & diuitias, q̄ delatoribus octana cōfiscatorū bonorū esset decreta. Nobiliū autē etiā quibus credibile fieret, uel q̄ aliquid præsenserant, uel q̄ uerū esse miserè cupiebant, adeo nō proferebant gaudiū, ut ne audiuisse quidē se fingerēt: alij ne spe frustrata prodita uoluntatis pœnas luerent: insidiarū alij conscij, & tanto magis præ se ferentes ignorantiā, ne forte suspecti his quibus expediebat tyrannū uincere, deposcerentur ad supplicium: nam & diuersus rumor sparsus est, esse quidē sauciū, non tamē occisum, uerū diligenter curari à medicis. Quo factū est, ut audientiū nemo declararet suum animū: aut enim amici eius erant, qui nuntiabant, & hoc ipso suspecti, quasi fautores tyrannidis: aut contrà infensi homini, & ideo nimis cupide etiam falsa pro ueris credita cōmunicare cū alijs properabant. Accessit & alius rumor, qui maximè nobilitatis obscuranit gaudiū: eū contempto uulnerū periculo, sic ut erat cruentatū procurrisse

riſſe in forũ, atq; ibi concionari apud populum: ita illi in diuerſos affectus diſtrahebãtur rumore ancipiti: non tamen loco ſe mouere auſi ſunt metu calũnie, ſcientes non tam referre quo ipſi animo id facerent, quã quo factũ interpretarẽtur delatores & iudices. Sed poſtquã Germani ſtrictis gladijs circumdedere theatrũ, nemo ſpectatorũ nõ putabat de ſe actum, & ad cuiuſuis ingreſſum expaueſcebant, quaſi iamiã contrucidãdi: hærebantq; inopes cõſilij, vt quibus nec manere tutũ eſſet, nec egredi. Tandẽ irrumpentibus militibus clamor toto theatro tollitur ſupplices de precantiũ, & excuſantiũ inſidiarum ignorantiam, ſiue inſidiæ illæ fuerint, ſiue quid aliud. addebant et plãctus, & lacrymas, deosq; innocentiæ teſtes inuocabant, & alia faciebant ac dicebant, quæ eos docebat præſentaneũ uitæ periculũ. His flexa eſt ira militũ, ne quid diuinæ in ſpectatores conſulerent: quandoquidem hoc ipſum quamuis furentibus immane uidebatur, circũlata eaſorũ cum aſperatæ capita, & in ara depoſita, quorũ aſpectu nihil miſerabilius uiſum eſt ſpectatoribus, dignitatẽ eorũ & infelicitatẽ reputantibus, & de ſe quoq; ſolicitis, & incertis eſſent etiãnũ an omnino periculũ euaſerint. Itaq; etiã qui iuſtiſſimis odijs Caiũ proſequebantur, non tamen ſincerũ capiebant gaudiũ, timentes ne auctoritatiũ eius cadis fieret, nulla certa ſpe oſtendente ſe miſeris. Tandẽ Arun-

tius homo gratiosus, qui uocalis erat utpote praeco rerũ uenaliũ, parauerat q; sibi ex eo quaestu diuitias ingentes. cũ pari potentia, theatrũ ingreditur habitu quã maximè ad luctũ cõposito: quãuis enim infensissimus esset Caio, tamen urgente praesenti discrimine ad dissimulandam laetitiam, praferẽs insignia moeroris omnia, quibus uti mos est in charissimorũ desiderio, nũtiat eius mortẽ, nõ passus multitudinẽ diutius ignorare quae acciderãt: deinde coepit reuocare Germanorũ impetũ, simulq; tribuni iubebãt gladios recondere, significantes imperatoris interitum: quae quidem certissima salus fuit constipata in theatro multitudinis, et eorũ qui quomodocũq; inciderent in Germanos: qui si aliquã spem incolumitatis illius habuissent, à nullo abstinuissent maleficio: adeo illũ diligebant, ut suarum animarũ iactura redẽptam salutẽ eius cuperẽt nullo respectu calamitatis reipublicae: itaq; tum demũ cognita eius morte cohibuerunt impetum quo in uindictam ruebant, uel q iam non amplius erat tempus declarandae benenolentiae, aut referendae gratiae: uel quia timebant nõ impunè sibi fore tantam uiolentiã, senatu in se animaduersuro si forte ad eũ rediret rerũ regimen. Sic tandem Germanorum rabies sedata est, per Caĩ caedẽ paulo antè excita. Caterũ Chaerea qui nalde timebat Minuciano, ne periret in furentes Germanos incidens, singulos militũ premebat.

de eo

de eo rogitans, precibusq; cõmendans eis saluẽ hominis: quo factũ est ut ille unà cum Clemente ad eum perductus collaudarit tam egregiũ facinus, testatus id esse è republica, eiq; senatus nomine gratias egerit, q̃ nec in deliberãdo cõsiliũ, nec in peragẽdo animus illi defuerit: dicẽs hanc esse naturã tyrãnidis, ut elata breui uoluptate ex impotẽtiis & iniquæ dominationis licentia, infeliciẽ sortiatur uitæ exitũ, ut inuisa bonis omnibus: quod & Caio tunc accidisse, qui iam tum ante cõspirationẽ initã legũ contẽptu, & non ferendis iniurijs etiam amicissimos à se alienauerit, à quibus nunc perẽptus uideatur, cũ reuera ipse sibi exitij causa fuerit. Iamq; & in theatro spectatores tumultuabundi consurrexerãt, huiusmodi occasione diffugiẽdi prabita. Arcyõ medicus correptus ut curaret quosdã saucios, prætextu parandorũ remediorũ dimisit proximos: re autẽ uera ut sese præsenti periculo eximerent. Interea senatus in curiã conuenit, populusq; in comitiũ confluens truxidatores Caij quærebat, & is quidem furio, senatus uerò tantũ in speciẽ. Cũq; Valerius Asiaticus uir consularis progressus esset ad tumultuantes & indignãtes latere interfectores Cæsaris, multis eum rogantibus quisnã esset eius cædis autor, Vtinã ego, inquit. Consules autẽ edictũ proposuerunt, in quo continebatur Caij accusatio, iubentes ut domũ redirent tam populus quàm

milites, populo quidem magnam relaxationem pollicẽdo, militibus uerò præmia, si modò nihil turbarent & abstinerent ab iniurijs: nam metus erat ne exasperati cladi aliqua ciuitatem afficerent, néue ad rapinas uerterentur & sacrilegia. Iam autem totus senatorum ordo conuenerat, præcipuè qui eadis erant conscij: andebantq; sperare aliquid, quasi ad se denoluto rerum moderandarum arbitrio.

Quo Claudius principatum adeptus sit. CAP. II.

IN hoc rerum statu repente Claudius domi arripitur. Conuenientes enim in unũ milites & collatis de rebus gerendis consilijs, uidebant populum non sufficturum tot urgẽtibus negotijs, si ad ipsum rediret rerum administratio: nec sibi utilem eam fore, si desinerent esse ministri principatus & quodammodo socij: optimũ igitur uisum est rebus adhuc turbatis principem eligere Claudiũ, defuncti patruum, nemini eorum qui tum in senatum conuerant non præferendum, siue natalium claritatis, siue liberalis eruditionis habenda esset ratio: qui constitutus in rerum fastigio præmia cuiq; pro meritis decernat: hæc sententia simul approbata est. & Claudius correptus à militibus: In senatu autẽ Cn. Sentius Saturninus, non nescius Claudium raptum, & instare uirtutis certamen, quasi profusus, nec tamẽ inuitus, intrepide oratione dignam ingenuis & generosis auditoribus

ribus exorsus est in hanc sententiam. Etsi incredibile uidetur, Quirites, quod praeter omnem spem nobis offertur post tam longum temporis spatium, tenemus tamen libertatem, incertum quidem quàm diu mansuram, & in potestate deorum situm quorum hoc munus est: sed quae in praesens certè exhilarare nos ualeat, quicunq; sequatur exitus: bonis enim uiris iucundum est uel unam horam liberos in libera patria uiuere, uteriscq; illius & florentis resp. aliquem gustum capere: equidem priscae illius libertatis non memini, ut post eam sublatam natus, praesentis sanè sum cupidissimus, & felices existimo quibus datum est in illa nasci atq; institui honestis studijs: proximumq; post deos immortales honorem his uiris habendum censeo, quorum uirtute uel sero tandem hac aetate nobis eam degustare contigit: qua felicitas utinam perpetua propagetur ad posteros: nam nobis uel hae dies sufficit, tam inimicis nostrum quàm senioribus: his quia no omnino ignari bonorum libertatis morientur libentius: illis quia uirtutis exemplum recens propositum est, quod emulari sit longe pulcherrimum, & non degenerare à claris maioribus. Quamobrem nihil nobis magis curandum est, quàm ut cum uirtute uiuamus, quae sola libertatem parit suis cultoribus. Mihi res ueterum anditu tantum sunt cognitae: ex his uerò quae ipsi uidere licuit, satis intellexi quantum malorum ciuitates innocuae tyrannidem

des, virtutẽ omnem de medio tollẽtes, & opprimentes ingenuos ſpiritus, metum conera atq; adulationem docentes, quando non iuxta legũ prudentiam, ſed ad arbitratum principum adminiſtrantur omnia. Ex quo enim Iulius Cæſar poteſtatẽ populi diminuit, & proculcatis legibus ſubuertit rempublicã, oppreſſo iure ſeruiẽs ſuis cupiditatibus, nullum malorũ genus eſt quo nõ attrita ſit ciuitas, dum inter ſucceſſores eius poſterior quiſq; præcedentẽ ſtudet uincere in abolendis patriæ moribus, & exhaurire urbem generoſis ciuibus: q̃ exiſtimarent hoc ad ſuam pertinere ſecuritatem, ſi rem habeant cũ depranatis hominibus, & optimorũ uirorũ non ſolũ magnanimitatem premant, ſed ipſos etiam perdant nõ uno mortis genere: idq; cùm multi iam deinceps in poteſtatis faſtigio collocati fuerint, & ſinguli non ferendis grauaminibus onerauerint rempublicã. Quorũ unus Caius qui hodie fato ſuo functus eſt, graniora patrauit quã cæteri, nõ in ciues ſolum, ſed & cognatos & amicos pariter immittens indomitã ſuam iracundiam, & iniuſtas pœnas eis infligẽs, inſenſus dijs ſimul & hominibus. Tyrannis enim nõ ſufficit uoluptatũ ſtudiũ & ſuperbia, neq; rapina & adulteria, ſed præcipuũ commodũ ducunt ſi inimicorũ totas exſcindant familias: pro inimicis autem habent omnes liberos, nec ad placãdos eos ulla iniuriarum patientia eſt efficax.

cax. etenim cõscij sibi quàm multis malis opplenerint homines subditos, etiamsi illi contẽptim ferant suum infortuniũ, ipsi tamẽ maleficentiæ suæ memores, ita demũ securitatem sibi pollicẽtur, si illos possint omnino tollere. His malis leuati, & nemini nisi uobis inuicem obnoxij, id quod & præsentis cõcordiæ et futuræ securitatis certissimũ pignus est, instaurate collapsum ciuitatis decus, & iusta cura rempub. in pristinam integritatẽ restituite. Liberũ est sententias proferre de his quæ displicent, quando nullus dominus ceruicibus imminet, cui potestas sit in earum autores animaduertere. Quid enim aliud nuper crescentẽ tyrannidẽ aluit, quã istorum segnities, qui nulli in re libidini eius reluctati sunt? quietis enim uoluptate uicti, & assueti mancipiorũ more uiuere, dum honesta morti turpem uitam præferunt, coniecerunt ciuitatẽ in calamitates nõ ferendas, quas partim audiuimus, partim uidimus. Ante omnia uerò tyrãni interfectoribus honores quàm maximos decernite, Charea præcipuè, qui uir dijs sanctis tum consilio tum manu nobis libertatẽ peperit: cuius rationem haberi decet, ut pro adito libertatis amore periculo, à liberatis digna præmia recipiat: honestissimũ enim est benefactoribus gratiam reponere, qualis & uir hic habendus est, Brutorũ ac Cassiorũ æmulus interfectorũ Iulij Cæsaris: & hac parte anteferendus

quòd

quòd illorum opera bellis ciuilibus perturbatũ
est totũ Romanũ imperiũ: hic uerò exso tyranno
omnibus malis ciuitatẽ eripuit. Haec Senius, se-
natu magna cum uoluptate audiente, & quot-
quot equitum aderant. Tum exsurgens Trebel-
lius Maximus, anulũ ei detrahit, in quo lapil-
lus erat inclusus insculptã habens Caij effigiẽ:
quod ille tum inctus aliò nõ animaduerterat:
statimq; ea confracta est. Et iam nox proceſſe-
rat, cùm Chærea signũ a consulibus petijt: atq;
illi libertatẽ dederunt. Adeò antẽ mutatas res
putabantur, ut ipsis sibi uix satis crederẽt: tunc
enim primùm ex quo reip. administratio popu-
lo est adempta, signi dandi mos ad consules re-
diit, penes quos ante Cæsares imperium fuit in
milites. Id acceptum Chærea militibus tradidit
his qui à senatu stabant, uidelicet quatuor co-
hortes amantiores imperij legitimi, quã tyrãni-
dis: hi mox abierunt cum suis tribunis, paulo-
q; post etiam populus lætus ac spei plenus, multum
sibi plausẽs ob reuersam in pristinũ statũ rempu
blicã, & Chærea nihil nõ tribuens. Is indignè
ferens superesse uxorẽ Caij et filiã, mittit unũ è
tribunis Iulium Lupũ, qui utrãq; interficiat:
ideo potissimùm illi demãdato negotio, q Cle-
mentis esset cognatus, et dignus ut in partẽ ue-
niret tyranicidy, quasi totius cõsilij a principio
conscius. Non deerãt tamen è coniuratis quidã,
quibus crudele uideretur sæuire in mulierem,

quando

quando Caius non ipsa incitãte, sed suopte morem gerens ingenio ciuitatẽ afflixerat, & florẽ nobilitatis extinxerat. Alij cõtrà illam potissimum malorũ omniũ causam asseuerabãt, à qua amatorio potionatus inciderat in insaniã, atq; ita unã ueneficam attuliſſe toti Romano orbi calamitates maximas: quorũ sententia postremò uicit, & Lupus properauit ad hoc ministeriũ, ne quid moraretur publicũ cõmodum. Cumq; uenisset in palatiũ offendit Cesoniam humi stratam iuxta mariti cadauer, inopẽ omniũ quæ solent exhiberi mortuis, et fœdatã cruore uulnerum, afflictantẽ se cũ iacẽte simul filia: nec alia nox eius audiebatur q̃ Caij accusatio, q̃ amantissima uxori non paruisset præmonenti toties: quod quidẽ tum ambiguũ usum est, sicut nunc quoq; duplicẽ interpretationẽ recipit: aliis sic intelligentibus, consuluisse eam ut rediret ad saniorẽ mentẽ, & in ciues sæuire desineret, moderatiũq; principẽ ageret, ne fortè prouocati eius crudelitate, pærẽ ei nicẽ reponerẽt: aliis cõtrà, instigasse eã maritũ ut sine mora coniuratos plecteret, & quãuis nihil comperti haberet quod animaduersione dignũ sit, sua tamen securitati prospiceret: idq; tum exprobratũ illi, q̃ etiã admonitus segnior fuerit: adeò in diuersum sensum trahebantur uerba mulieris. Quæ dum aduenientẽ Lupũ animaduerterent, ostẽso iacentis cadauere, cũ lacrymis & lamẽtis rogabat ut

propius

propius accederet: utq; ſenſit cadis cauſa eum uenisse, nõ magni pendentẽ uerba nihil ad ſuũ propoſitũ ſcientia, cõfeſtim nudatũ iugulum prabuit, miſerabiliter ſuã conditionẽ deplorãs, et urgẽs ne differret incepta à ſocijs fabula extremum actũ addere, atq; ita magno animo necem pertulit, cuius comitẽ habuit etiã filiã infantulam: quod mox ipſe factũ renuntiauit Chærea. Ita Caius quarto ſui principatus anno finijt, uir & ante principatũ maleficus, uoluptatibus deditus, & fautor delatorũ, periculorũq; metuens, atq; ea de cauſa ſanguinarius, unicũ fructũ potẽtia exiſtimans ſi abuteretur ea contra immeritos, & prædas ex iniuſtis cadibus ac rapinis ageret: attollens ſe ſupra humanũ faſtigium, et diuinitatis opinionẽ affectãs, populariq; aſſentatione deprauatiſſimus: legũ cancellos non ſecus quam uirtutis impedimenta abominans, & ne intimã quidem amicitiã pili faciens, quoties ira ſtimularetur ad uindictam ac ſupplicia: oſor bonorũ uirorũ omniũ, quicquid collibuiſſet citra omnẽ contradictionẽ licere ſibi poſtulans. Quare ne à ſororis quidẽ germanæ ſtupro abſtinuit, ex quo illi maxima apud ciues exorta eſt inuidia, propter incredibilem & multis retro ſeculis inauditã libidinis licentiã. Opus antẽ eius regale aut magnificũ nullũ eſt memorabile, aut excogitatũ ad utilitatem hominũ, præter receptacula exſtructa circa Rhe-

gium

gium & Siciliã nauibus frumentarijs ex Aegypto uenientibus: hoc enim citra controuersiã maximum opus est, & utilissimũ nauigãtibus. Ac ne id quidẽ absolutũ est, sed imperfectum mansit remissa contẽtione operantium. In causa fuit studium rerũ inutiliũ, & q̃ pecuniã in priuatas suas uoluptates insumere maluit, quã in publicã magnificentiã: alioquin orator facundus, & peritus utriusq; literaturæ tam Græcanicæ quam patriæ: facileq; intelligebat omnia, ad quorumuis orationes respondens ex tempore: & uel in maximis negotijs suadendi facultate præditus si quis alius, quã uel ingenij felicitate, uel diuturna exercitatione sibi parauerat. ad cuius laudis æmulationem magnos stimulos ei pater addiderat. Tiberij qui ante hũc imperauit ex fratre nepos, eximius in hoc studiorum genere, à quo degenerare in hac parte erubuit, qua cæteros ciues à tergo reliquerat. Nec tamen ei bona institutio profuit, quò minus licentiam adeptus perniciẽ sibi accerseret: intantũ ardua res est eos sapere, quibus adest quiduis facientibus impunitas. Vsus enim honestissimus amicis à principio, quo facilius bonã opinionẽ sibi pararet, tandẽ eos à se alienauit usurpãda immodica licentia, quorũ odijs indies glisscentibus postremò per insidias eorundẽ oppressus est. Cæterùm Claudius, ut suprà dixi, cognito Caij casu, & hac de causa perturbatione totius palatij, de

III.

ri, de ſua ſalute anxius latebat in quodã angulo, nullam periculi cauſam habens præter claritatem natalium: nam priuatã uitã agens permodeſtè ſe geſſerat, uel mediocri ſtatu contẽtus, literisq; ſe oblectabat Græcis maximè, omnẽ negotiorũ deuitãs ſtrepitũ. tum uero attonita multi multitudine, regia referta diſcurſantibus cũ furore ac conſternatione multitibus, plebe quaſi metu dominationis ſoluta ultro citroq; ruente temerè, prætoriani qui potiores habentur inter reliquos milites, cõſultare cœperunt quid agendum ſit, non tam ſoliciti de nece principis, quẽ iure eſſum exiſtimabant: q̃ quomodo rebus ſuis proſpicerẽt, Germanis in interfectores ſæuientibus, ſuimet reſpectu magis quã ciuitatis publicæ. quæ omnia magis augebant trepidationem Claudij, maximè cũ uideret circũferri aſpre natis & unà cũ eo cæſorũ capita: ſtabat enim in quodã loco gradibus aliquot acceſſibili, obſcuritate eius ſe occulens. ibi Gratus unus è pa latinis militibus, non ualens ſatis ullum eius diſcernere præ tenebris, hominẽ tamẽ eſſe uidẽs qui latere cupiat, propius acceſſit, licet rogatus ut diſcederet: & tandẽ protractũ agnouit inclamans alios ſequẽtes, profectò hunc eſſe Germanicũ, dignum qui nascantẽ imperatoris locũ occupet. Tum Claudius uidẽs eos paratos ut se rapiant, metuensq; ne inbente Caio plecterentur capite, rogabat ut ſibi parcerent, innocentiã ſuã

commẽ-

commemorans, & excusans se insciũ rerũ omniũ. Ad quã Gratus subridens dextra prehensum sic alloquitur: Desine de incolumitate esse solicitus, cùm potius debeas animũ ad principatum erigere, quẽ dij Caio sublato tuæ uirtuti offerunt, orbem terrarũ tandẽ respicientes fessum calamitatibus. Quare age maiorũ tuorũ soliũ recipe: moxq; attollũt eũ in humeros, non valentẽ præ metu simul ac gaudio pedibus insistere: iam enim cõplures prætoriani circa Gratum uersabãtur, ita ut quidã putantes Claudiũ rapi ad supplicium, miserarẽtur ut hominẽ innoxium, & qui totã ætatẽ exegisset in otio, ac sæpe sub Caio adductus esset in uitæ periculum: quidam etiam dictitarẽt, ad consules pertinere de eius causa iudiciũ. Verùm militibus magis ac magis affluẽtibus, & diffugiẽte inermi multitudine, Claudius nõ procedebat propter imbecillitatem corporis, quãdo etiã ipsius lecticarij fugerant, desperantes de salute domini quẽ raptum uiderãt. Itaq; cùm hi soli tenerent palatium, partẽ urbis ut ferũt antiquissimã, & iam attẽtarẽt curã reipublicæ, maior etiã fiebat cõfluxus cæterorũ militũ, Claudiũ libẽter uidentium, & magno studio conantiũ eum ad principatũ euehere, etiã ob Germanici fratris memoriam, cuius gloria hærebat adhuc in animis hominũ: ad hæc succurrebant præcipuorũ senatorũ cupiditates immodicæ, & quanũ per eas

peccatum ſit ante mutatũ ſtatũ reipublicæ. quẽ quia in priſtinũ reſtitui indicabant impoſſibile, rurſum non eſſe in rem ſuã uidebant, ſi unus quiſpiam citra ipſorũ operã poſſet imperiò, cùm liceat prouecto Claudio dignam ab eo pro meritis gratiam recipere. Has & alias inter ſe conferẽtes cõſultationes, cũ alijs quoq; aſſiſtẽtibus cõmunicabãt: eũq; idẽ omnib⁹ probaretur, armatis cinctũ ſublimem in caſtra perſtulerunt, ut ibi ſine impedimẽto reliqua peragerẽt. Diſſidium autẽ inter ſenatũ & plebẽ inciderat, dũ illi ad priſtinã redire dignitatẽ, & inuctã à tyrannis ſeruitutẽ effugere cupiunt: plebs cõtrà hanc felicitatẽ eis inuidens, & frenũ eorũ cupiditatibus imperatoriã poteſtatẽ eſſe exiſtimãs, ſibiq; aduerſus potẽtiorum iniurias præſidiũ, gaudet auditis quæ Claudio contigerunt, ſperãs huius opera caritura ſe bellis ciuilibus, & alijs malis quæ olim Pompeianis tẽporibus ciuitatẽ afflixerant. Senatus porrò cognito quòd milites Claudium in caſtra tranſportauerint, lectos ſui ordinis uiros illò miſerunt, qui eum docerent, non eſſe per uiolentiã aſſectandũ imperiũ: præſtare ut ſenatui permittat curã reipublicæ, & unus ſit è ſenatoribus, iuxta leges prouiſurus cum alijs quomodo res adminiſtrari debeant: memineritq; quã miſerè tractata ſit ciuitas uel à prioribus dominis, uel nuper Caio principe, ſub quo ipſe in communi fuiſſet periculo: neq;

decere

decere ut q̃ tyrannidẽ in alio deteſtatus ſit, nunc patriã ſponte intẽperijs eius ſubijciat. Quapropter ſi ſenatui pareat, & eũ laude ad priſtinum reuertatur otiũ ſolitã uirtutẽ retinens, fore ut maximis cumuletur honoribus à liberis ciuibus, & opinionẽ optimi uiri lucriſaciat, q̃ non grauetur ſub legibus p̃ uices nũc praeſſe alijs, nũc ſubijci. Quòd ſi nihil motus Caij exitu pergat in propoſitis, ſe certè obnixuros eius conatibus: nam & nõ contemnendã militũ manũ ſtare à ſuis partibus, & armorũ ſupereſſe copiam ſeruitiorumq̃; multitudinẽ, quorũ opera in prõptu ſit. Sed praecipuã ſpem eſſe in deorũ auxilio, q̃ pro recto & honeſto certãtes adiuuare ſoleãt: nihil autẽ honeſtius q̃ pugnare p̃ libertate patria. Haec legati Veranius et Boccchus, ambo trib. plebei: pcumbentesq̃; ad eius genua ſupplices orabãt, ne ciuitatẽ in bellũ ciuile conijceret. Et cùm uideret eum ſeptũ magna frequẽtia militũ, & nihil eſſe collatos ad hũc cõſules, rogabãt, ut ſi principatũ ambiret, mallet eum à ſenatu accipere: hoc enim aequius fore & felicius, ſi abſq; uiolẽtia, cũ bona offerentium gratia habenas imperij capeſſeret.

Diſſidium inter ſenatum & plebem. CAP. III.

PORRÒ Claudius ſciens ſenatus arrogãtiam, modeſtè legatis reſpõdit pro tempore: ſed parum tutum ratus ſe in eorũ fidem commutare, fretus hortatibus militum operam impigram pollicentium, incitante etiam Agrippa decreuit principatum ultrò oblatum non dimit-

tere è manibus. Is enim postquam sua dignitatis autorem Caium examinè collocasset in le-
¶ III. ctulo, & cõposuisset ut tum poterat, perfunctus hoc officio prodijt ad eius satellites, nũtians uinere quidẽ eum, sed quia crucietur uulneribus, nũc se medicos ea de causa petere. Cæterùm ubi cognouit raptum esse à militibus Claudiũ, agrè dimota turba ad eũ peruasit, & nactus eũ turbatum, pronumq; ad cedendã potestatẽ senatui, cõfirmauit, hortatus ut magno animo in retinẽdo principatu pergeret. Iamq; unus erat è fautoribus Claudij, cũ accersitus à senatu ignarum se omniũ simulans, & unguẽtatus tanquã à cõpotatione ueniens, ex senatoribus quæsiuit quid de Claudio factũ sit: quibus id quod uerũ erat respondentibus, & insuper ipsius sententiã de præsenti statu postulãtibus: se quidem aiebat pro senatus dignitate nullũ recusare periculum, suadere tamẽ ut magis spectẽt utilitatẽ reipublicæ, quàm quæ in præsens grata uideantur auribus: cõtendentibus enim de principatu opus esse armis et militibus, ne imperatis in certamen descendẽdibus aliquid aduersum accidat. Illis & arma sibi superesse dicentibus, & collaturos se pecuniã: nec deesse militẽ, et posse armari seruitia uocata ad pileũ: subiũxit rex, Vtinã P. C. conatus uester succedat, nõ dubitabo tamẽ quæ in rẽ uestrã puto promere: Scitis qui à Claudio stãt ueteranos esse, et rei militaris longo usu peritissimos: p nobis aũt erit mãcipiorũ

præter omnem opinionẽ liberatorũ colluuies intractabilis, quos ne gladium quidem ſatis ſcientes ſtringere, opponemus uiris exercitatiſſimis: quamobrẽ mihi placet mitti ad Claudium qui ei deponere principatũ ſuadeant, & ad eam legationẽ meipſum offero. Hac ubi perſuaſit cum aliis aliquot mittitur, & Claudio ſeorſum trepidationem ſenatus indicat: autorq; fuit, ut reſponderet ſicut decet ad ſummã poteſtatẽ euectum principem. Reſpondit igitur, mirũ non uideri qꝫ ſenatus agre ferat ſubeſſe unius arbitrio, expertus aliquot principũ ſeuitiam: nunc uerò deguſtaturũ eum etiam æquã ac moderatã dominationẽ, quæ nomen quidem principatus habeat, ſed reuera omnia gerat de cõmuni ſententia: quare nõ eſſe cur de eius fide dubitent, quem in uaria temporũ conditione nunquã ab honeſto diſceſſiſſe ſuis ipſi oculis uiderint. Cum his mandatis legati dimiſſi ſunt, moxq; concionẽ apud prætorianos habuit, ſacramẽto adactos ut in fide maneant, uiritimq; diuiſit quĩna drachmarum millia. Sub diluculum autem Coss. ſenatum uocauerunt in Capitolini Iouis ædem: quorum alij deliterũt in urbe, ne irent: alij rus maturè ſunt profecti, prouidentes quónam res euaſura eſſet, optantesq; tutã ſeruitutẽ cum otio potius quàm ancipitem aleam reparandæ dignitatis priſtinæ. Conuenerunt tamen centum non amplius, quibus conſulentibus de præſenti negotio, repente

clamor militum pro foribus ſtantium tolleret, unum imperatorẽ à ſenatu creari poſtulantium, ne quod detrimentum patiatur imperium communicatum pluribus: & ſuam quidem ſententiam proferebant de uni alicui cõmittendo imperio, in illorũ autem poteſtate ſinebãt delectum eius qui uideretur principatu dignior. Quod ſenatui ualde incõmodum accidit, in locum ſperatæ libertatis ſuccedente metu à Claudio: nec tamen deerant qui affectarent rerum faſtigium, propter nobilitatem generis, affinitatémue coniunctam cum Cæſaribus: nam M. Minucianum uir cum primis clarus, & in matrimonio habẽs ſororem Caïj Iuliam, ſeipſum offerebat, cum ſuſpicionibus aliam ex alia cauſationẽ nectentibus. Valerium etiam Aſiaticum alter Minucianus interfector Caïj cohibuit: fuiſſetq; cædes quanta nix unquam alibi edita, ſiquis permiſſus fuiſſet cum Claudio de principatu contendere: præſto enim erat gladiatorũ non contemnendus numerus, & cohortes uigilum, cum magna manu remigum ultro confluentium: quapropter multi metu ab ambiendo ſunt deterriti, quod uel ſibiipſis timerent, uel populo. Deinde appetẽte iam die Chærea cũ ſocijs aderant allocuturi milites: quos illi cùm uiderent manu ſilentium innuere, concionari nõ paſſi ſunt, omnibus unũ imperatorem, idq; ſine dilatione poſcentibus. Tum uerò minime ſenatus poterat expedire cõſtitutionem

Reip

Reipublicæ, militibus autoritatẽ eius cõtemnentibus, & interfectoribus Caij ampliſſimũ ordinem militari inſolentia cedere non patientibus. Tandem Chærea non cõtinens iram quòd imperatorem peterent, daturũ ſe ait, ſi quis ſignũ afferret ab Eutycho: is erat auriga Praſinus Caio dilectiſſimus, cuius equitio ſtabulis exſtruendis ille miles operas exegerat a militibus: idq; tum eo dicto exprobrabat eis Chærea, multaq; alia, allaturũ ſe Claudij caput minitans: indignum enim eſſe, ſi poſt inſanum ſtulto principatũ committant. At illi nerbis eius nihil moti, ſtrictis gladijs, & ſublatis ſignis tendebant ad Claudium, adiuũcturi ſe his qui iam ſacramẽto ipſius ſe obligauerant. ita ſenatus deſertus eſt a ſuis propugnatoribus, & conſules fermè in priuatorum redacti ordinẽ, mœſtitia ſtuporeq; occupatis omnibus, nec ſcientibus quid nam agendum poſt irritatũ in ſe Claudium: iamq; pœnitentes alius in alium iactabãt conuitia. Tum Sabinus è tyrãnicidis unus in medium progreſſus, citius ſe eos omnes contruciaturum ait, quam paſſurum ut ſe inſpectante imperium commutaretur Claudio, et aſciſcatur ultronea ſeruitus: ſimulq; Chæream obiurgabat, quòd cum primus cõtempſiſſet Caium, nũc metu mortis uideatur publicam libertatẽ prodere, quaſi nerò ſine hac ulla uoluptas uita poſſit eſſe uiris fortibus. Ille cõtrà hac amiſſa ſibi certũ ait mortis propoſitũ, uelle

tamen prius tentare mentem Claudij. Interim in castris multi senatorũ per confertos milites eniebantur ad officium exhibendum Claudio, & inter cæteros alter Consul Q. Pompeius, eo magis inuisus militibus, quòd senatũ ad libertatem hortatus fuerat. quamobrem strictis eum inuadentes gladijs perpetrassent eadem, nisi fuissent à Claudio cohibiti, qui ereptũ periculo assidere iussit suo lateri. Sed non idem honor habitus est reliquis senatoribus qui cum eo simul uenerãt: aliquot enim etiam plagas acceperunt, repulsi dum illum salutare properant: Aponius verò discessit saucius, & eorũ nemo non periclitatus est. Rex Agrippa etiam autor fuit Claudio, ut mitius se erga senatores gereret: his enim sublatis non habiturũ quibus imperet. Cui ille libẽter paruit, iussitq; eos conuenire in palatium, quò ipse per mediam urbẽ lectica delatus est, deducentibus multitudinis, è tyrãnicidis autẽ Chærea & Sabinus conspicui processerãt in publicum contra edictũ Pollionis, quẽ Claudius paulò ante Prætorianis præfecerat. Ipse perlatus in palatiũ conuocatis amicis capitalem sentẽtiam in Chæream protulit. Quamuis enim facinus per se nitebatur magnificũ, perfidiæ tamen crimen obiectum est, & exemplum erat statuendũ securitati futurorum principũ: ductus est igitur ad supplicium una cum Lupo aliisq; cõpluribus. Fertur Chæream

ream magno animo tuliſſe id infortunium, nihil
mutato unlu ad indecorũ habitum, atq; etiam
Lupo exprobrantẽ lacrymas: cumq; is detracta
ueſte quereretur de frigore, ille cauillatus eſt, lu-
pum nunquã offendi frigore. Et inſpectante co-
rona eorum qui deduxerant, roganit militem,
num exercitatus eſſet ad cades, & num acutum
haberet gladium: poſtulauitq; cum quo ipſe
Caium interfecerat: deniq; uno ictu feliciter
periit. Lupus autẽ deiecto animo parum fortiter
ceruicem prabens pluribus ictibus demũ confe-
ctus eſt. Paucis poſt diebus quando ſolenne pa-
rentandi tempus rediit, pop. Rom. dum ſuorum
quiſq; manes honoraret, eadẽ opera etiam Cha-
rea ſuam parẽ in ignem conijciebant, apprecati
ut propitius non iraſceretur ipſorum ingratitu-
dini. atq; hic fuit exitus Charea. Sabinus autem
non ſolum abſolutus à Claudio, uerũetiam per-
miſſus eandem quam antè præfecturam gerere,
iniquum ratus, ſi à fide coniuratis data deſci-
ſceret, in corpus adacto capulo tenus gladio
ſuamet manu optatum quæſiuit interitum.

Quomodo Claudius Agrippæ paternum regnum red-
didit, & edicta eius in Iudæorum gratiam. C. IIII.

CLaudius porrò ablegatis militibus qui- V.
cunq; ſuſpecti eſſe poterant, edictũ propo-
ſuit, quo Agrippã in regno per Caiũ antè con-
ceſſo cõfirmabat, collaudans ſimul eius operam
& induſtriã: addita inſuper Iudæa et Samaria,

quòd

quòd olim ad eius aui Herodis regnū pertinuiſſent. has igitur uelut familiæ debitas reſtituit. Abilam autē & finitimam eius ditionē in Libano, quæ Lyſaniæ fuerat, adiunxit de ſuo. Fœdus deinde regis cum Ro. pop. in æs inciſum eſt in urbis foro medio. Antiochū autē ſuo regno priuatū Comagena donauit & parte quadā Ciliciæ. Dimiſit etiam Alexandrū Lyſimachum Alabarchā ueterē amicum, & olim procuratorē ſuæ matris Antoniæ, quē Caius iratus uinxerat: eius filio Marco Berenice deſponſa fuit Agrippæ filiæ: quo defuncto ante nuptias, rex uirginē Herodi ſuo fratri eam collocauit, impetrato illi regno Chalcidis à Claudio. Per idē tempus apud Alexandriā inter Iudæos & Græcos exorta eſt ſeditio. Occiſo enim Caio gēs Iudæorū ſub eius imperio uehemēter oppreſſa, & multis iniurijs ab Alexandrinis affecta, cœpit animos reſumere: moxq; ad arma uentū eſt. Tum Claudius per epiſtolam mandat Ægypti præſidi, ut ſeditionē illam cōpeſcat: & ad preces Agrippæ ac Herodis regum edictū Alexādriam & Syriam mittit ſcripeū in hanc ſententiam. Tiberius Claudius Cæſ. Aug. Germanicus, trib. pot. edicit. Quoniam cognitū habemus Alexādrinos Iudæos iam inde ab initio ius eius ciuitatis ex æquo cū Alexandrinis cæteris conſecutos à regibus, ſicut patet ex inſtrumētis ſuper hoc confectis et cōſtitutionibus regijs, poſt adiectamq;

impe

imperio noſtro per Auguſtum Alexandriam mãſiſſe illis ſua iura integra cõſeruata per miſſos illò diuerſis tẽporibus præſides, nullamq; de eorũ iure cõtrouerſiam extitiſſe etiã cũ Aquila præfuit Alexãdriæ: permiſſumq; eis ab Auguſto, ut in defuncti ethnarchæ locũ alium ſuis ſuffragijs ſubſtituerẽt, utq; quiſq; in ſuis ritibus maneat, neq; eogatur religionẽ patriam deſerere: cæterùm Alexãdrinos concitatos cõtra conciues ſuos Iudæos C. Cæſaris temporibus, propter inſolentem illius inſaniam, dum cõtra patriam gentis religionẽ pro Deo coli ab eis poſtulat, & recuſantibus infenſus eſt: nolo incõcuſſa eſſe iura eorũ à Caij inſania: eusq; ius eſſe perſeuerandi in patrijs ritibus. iubeoq; utramq; partẽ quoad fieri poteſt dare operã ne quid turbarũ commoueat, idq; propoſito hoc edicto ita ſtatuo. Atq; hæc erãt quæ in illo edicto cõtinebantur. In reliquum autẽ orbem Romanũ tale miſſum eſt: Tiberius Claudius Caſ. Aug. Germanicus, Pontifex max. trib. pot. Cos. deſignatus II. edicit. Petentibus à me Agrippa & Herode regibus mihi amiciſſimis, ut permittere Iudæis in imperio noſtro degẽtibus uti ſuo iure quẽadmodum antea, ſicut & Alexãdriam habitãtibus conceſſimus: libenter precibus eorũ annuimus, non deprecatorũ tantum cauſa, ſed quia ipſos dignos iudicamus hoc noſtro beneficio, propter ſeruatam pop. Ro. fidẽ & amicitiam. Æquiſſimum igitur

igitur censeo, nullam ne Græcam quidē urbem negare illis ius suum, quandoquidem & sub D. Augusti principatu conseruatū eis fuit integrum: licebitq; in posterum Iudæis per totum nostrū imperium sparsim habitantibus uti maiorum suorum moribus, quos iam nunc moneo ut hac nostra gratia contenti modestius se gerant, neq; conspuant religiones externarum gentium: suis autem suo arbitratu uiuant legibus. atq; hoc meum edictum ciuitatibus, coloniis, & municipijs Italicis, ac prouincialibus per magistratus publicari uolo. ad reges quoq; atq; dynastas transmitti, non minus triginta continuis diebus ita proponendum, ut ab omnibus humi stantibus possit perlegi.

Agrippæ in Iudæam reditus. CAP. V.

His edictis Alexandriam & per totū imperium dimissis Claudius Cæsar declarauit quomodo in Iudæos animatus fuerit: moxq; Agrippā ad curam sui regni misit auctū maioribus honoribus, cōmendatumq; per literas presidibus prouinciarum simul & procuratoribus omnibus. At ille ut re bene gesta magna celeritate reuersus est: et quamprimū peruenit Hierosolyma, protinus sacrificia persoluit, nihil omittens eorū quæ lege præscripta sunt. unde et multos Nazaræos tondere mādauit, & catenā auream à Caio donatam pondere parem illi ferreæ quæ regias manus uinxerat, monumentum ad-

uersæ

uersæ fortunæ mutatæ in prosperam suspendit in sacrario supra gazophylacium: quæ doceret spectatores & sublimia posse corruere, & Deum ualere illa erigere denuo. omnes enim admonebantur per hanc consecratã catenam, q Agrippa leui de causa priuatus dignitate sit uinctus, pauloq; post compedibus solutus splendidiorem quàm ante principatũ adeptus sit: eam esse naturã rerũ humanarũ omniũ, ut celsissima quæq; prolabãtur facile, rursumq; inclinata restituantur in prisținũ fastigium. Ritè igitur uotis Deo redditis Agrippa Theophilum Ananifilium submouit à summo sacerdotio, & Boëthi filium Simonẽ cognomine Camharãin eius locũ substituit. Erant autẽ Simoni fratres duo, & Boëthus pater, cuius filiam Herodes rex uxorẽ duxerat, sicut diximus. Idem igitur quod fratres ex pater sacerdotiũ Simon adeptus est: quẽadmodum olim sub imperio Macedõnũ idem cõtigit tribus filijs Simonis pontificis, eius qui Onia patre prognatus est, ut suprà meminimus. Constituto deinde põtificatu rex Hierosolymitis benevolentiæ gratiam retulit, remisso eis tributo quod soliti erãt in singulas ædes pendere, decorum putans si nõ paceretur se uinci amore mutuo. Magistrum autem præfecit toti suæ militiæ Silam, quem multorũ & difficilium laborũ individuum socium habuerat. Paulò pòst Doritæ quidã iuuenes nauæ temerariæ religionis specie

posuit

posuerunt in Iudeorũ synagoga statuam Cæsari, quod Agrippam uehementer commouit ad iracundiam, quòd ea res perditum iret institutã patriæ. Quare sine mora ad Petronium Syriæ præsidem profectus questus est de Doritarum audacia: qui & ipse non minus ægrè ferens hoc facinus ut impium, nouatoribus illis asperius scripsit in hanc fermè sententiam.

Epistola Petronii ad Doritas pro Iudæis scripta.

CAPVT VI.

PVblius Petronius, legatus Tiberij Claudij Cæs. Aug. Germanici, magistratibus Doriensium. Quoniam tam audax est quorundam uestrũ insolentia, ut etiam contra edictũ Claudij Cæs. Aug. Germanici, quo Iudæi permittuntur suis legibus uiuere, synagogam eorũ profanauerint, illata Cæsaris statua, quod religioni ipsorũ non est licitum, atq; hoc facto non Iudeorũ tantum pietas læsa est, sed numen etiam Cæsaris, cui rectius in proprio templo statua poneretur quàm in alieno, maximè in synagoga, cùm institum sit, & imperatoris iudicio cõprobatum, ut sui quisq; loci sit dominus: ne mea decreta commemorem post contemptam autoritatẽ Cæsaris, qui Iudæis non religionẽ tantum permisit, uerumetiam æquũ ciuitatis ius cũ Græcis cohabitãtibus: his ergo de causis eos qui cõtra edictum Augusti ausi sunt talia, indignantibus etiam propriis magistratibus, hac furore populi, nõ suo

consen-

consensu facta asseuerantibus, iubeo per centurionem Vitellium Proculũ ad me adduci rationem reddituros. Magistratus autem hortor, ut si uideri uolunt his consensum suum non accessisse, Centurioni sontes indicent, denúq; operã ne quid turbæ aut rixæ oriatur, quã quidã captare uidẽtur: cũ cõtrà ego & mihi charissimus rex Agrippa nihil æquè curemus, quã ne ulla Iudæis detur occasiõ excitãdi tumultus defensionis prætextu. Quo autem melius cognoscatis, quæ nã sit super hoc negotio uoluntas Augusti, adiũximus eius edictũ apud Alexãdrinos propositũ: quod iam antè satis notũ omnibus, charissimus rex Agrippa mihi sedẽti pro tribunali recitauit, ius suum postulans, & ut suis beneficiũ Cæsaris maneat incolume. Quãobrem iubeo ut in posterũ nullã quarũis seditionũ materiã, & cælestè numen suis quisq; colat ritibus. Ita tum Petronius rem curauit, ut & admissum erratũ corrigeretur, et in posterũ caueretur, ne quis tale quippiã audeat. Rex autem Agrippa Simonẽ Cantharã põtificatu priuauit, quẽ Ionatha Anani filio reddere uoluit, digniorẽ hunc tali sacerdotio existimãs. Sed ille recipere noluit sic excusans: Equidẽ tuã rex beneficẽtiã libẽter amplector, cõtentus tua uoluntate qua mihi tantus honor oblãtus est, etsi me Deus indignum iudicauit summo põtificio. sed mihi sacrũ illũ amictũ semel sumpsisse satis est:

tunc enim ſanctius illum accepi quã nunc reciperem. Quòd ſi queris, oſtendã qui honore hoc ſit longe dignior. Eſt mihi frater & apud Deũ & apud te rex innocentior, ab omniq; peccati labe mundior, quem auſum tibi commendare ut idoneum officio pontificis. Qua hominis modeſtia delectatus rex, omiſſo Ionatha iuxta ipſius conſilium fratri eius Matthie ſacerdotiũ id detulit: nec ita multo poſt Petronio Maſſus in adminiſtranda prouincia Syria ſucceſſit.

Geſta Agrippæ uſq; ipſius obitum. CAP. VII.

VII. Sila autẽ magiſter militiæ regiæ, quia per omnem fortunã ei fidus, nullius unquã periculi ſocius eſſe detrectauerat, ſed uel difficillimos labores pro eo ſæpe ſuſceperat, fretus amicitia, poſtulabat etiam paris honoris eſſe particeps: quapropter grauabatur regi aliquo modo cedere: ſemperq; liceẽtius agebat cũ eo, & in familiaribus colloquijs moleſtus erat interdũ, excollẽs ſe immodicè, & ſæpe prioris fortunæ aduerſitates in memoriam reuocans, ut oſtentaret quã ſtudioſus ipſius cultor fuerit, nunquã non labores in eius gratiã exhauſtos memorãs. Quæ cũ ſine modo repeteret, opprobrare uidebatur, ita ut rex tandẽ offenderetur immodica libertate hominis. iniucunda enim eſt tẽporis ingloriè acti memoria, & ſtultũ eſt indeſinenter exprobrare debitũ. Poſtremò inſanũ exaſperatus eſt regis animus, ut ira plus quàm rationi tribuens,

bnens, non contentus ſit ademiſſe illi præfecturam, uerumetiã uinctũ in ipſius patriã ad ſeruandũ miſerit. Elapſo deinde aliquanto tẽpore lenita iram ira, & ratione deſecata in cõſilium adhibita, reputauit quantũ laborũ uir ille pro ſe pertuliſſet: eũq; natalẽ ſuũ celebraret, omnibus occupatis circa hilaritates ac epulas, accerſiuit Silam ut mox intereſſe uelit regio cõuiuio. Ille ut erat moribus ingenuis, non diſſimulauit indignationẽ cuius inſtã cauſam habere uidebatur, uocantibus ſe reſpondens, ad quẽ honorẽ me rex reuocat, paulo poſt eo priuaturus? neq; enim prius beneuolẽtiæ præmiũ mihi diuturnũ eſſe paſſus eſt, ſed ſpoliauit eo me affectũ contumelia, niſi forte putat linguã mihi poſthac fore minus liberã: imò fretus conſciẽtia nunquã clamare deſinã è quantis eum eripuerim calamitatibus, quantũ laborũ tulerim, ut illi incolumitatem & honores parerẽ: pro quibus officijs nunc præmiũ retuli uincula & obſcurum carcerẽ. Ego certe horum nunquam obliuiſcar. Sed etiã apud manes manebit mihi huius iniuriæ memoria. Hæc ille nociferabatur, iubens ut eadem regi referrent. Qui cũ uideret immedicabilem, reliquit eum in cuſtodia. Conuerſus autem ad Hieroſolymorũ curam muros nouæ quæ nocatur ciuitatis permuniit ſumptu publico, latioresq; & altiores quàm antè fuerant reddidit: & feciſſet aduerſus omnẽ humanã uim in-

expugnabiles, ni Marsus Syriæ præses Claudio Cæs. significasset eam rem per literas: qui suspicatus molituros aliquid noui, diligenter scripsit Agrippæ ut à munienda urbe desisteret: atq; ille mox paruit. Erat autẽ is rex adeò natus ad liberalitatẽ ac beneficijs demerẽdos populos, ut magnis sumptibus pararet sibi celebritatẽ nominis, pro magna uoluptate ducẽs quæsitã munificentiæ gloriã, longe alius quàm Herodes qui ante eũ regnauerat. Ille enim malitiosus erat ac proclinis ad sæuitiã: & propter mutuũ odium manifestè præferens erga Græcos maiorẽ quàm erga Iudæos benenolẽtiã: ut qui externas urbes ornaret pecuniarum largitionibus, aliàs balnea & theatra, aliàs tẽpla & porticus exstruens: Iudæorũ autem nullum oppidũ ornatu aliquo dignatus est memorabili, nec ulla liberalitate prosecutus est. Agrippa contrà maximo fuit ingenio, in exteros omnes ex æquo beneficus, liberalis & humanus: in suæ gentis homines benignus, & prõptus ad iuuandos præ cæteris in aduersitatibus; quapropter libẽter & continuè degebat Hierosolymis, institutorũ ac rituũ patriæ seruator religiosissimus: purus enim erat à contaminamẽtis omnibus, nec ullã dies ei præteribat absq; sacrificio. Accidit aliquando ut quidã Hierosolymita legisperitus, nomine Simon, aduocatæ cõcione per regis absentiã ageret cum Cæsarea, criminaretur illũ ne impurũ & are-

arcendũ templi aditu, quod non niſi dignis pateat. Id ubi præfectus urbis illi ſignificauit per literas, cõfeſtim accerſiuit hominẽ: à quo forte fortuna repertus in theatro, aßidere ſibi eũ iuſſit: moxq; ſedata uoce et placidè, Dic mihi, inquit, quid tibi nõ probatur ex his quæ facimus. Qui cũ nihil haberet quod diceret, precatus eſt ueniã. Tũ rex citius quàm quiſquã opinaretur recõciliatus eſt, clementiã magis quã irã decere reges exiſtimãs; & lenitatẽ animi magis quàm celſitudinẽ: itaq; illũ dimiſit non ſine munere. Inter alias autẽ multas eximijs ornamẽtis honorauit ciuitatẽ Berytiam, magnis ſumptibus exſtructo ibi theatro pulcherrimo, ſimulq; æquè magnifico amphitheatro, & ad hæc balineis ac porticibus, nullis parcẽs impẽdijs, modò abſolutã operibus pulchritudinẽ adderet: dedicatio quoq; horũ celebrata eſt ſplẽdidiſſimè, exhibitis in theatro ſpectaculis, & muſicorũ omne genus certaminibus, aliaq; uoluptatũ uarietate: in amphitheatrũ uerò ad oſtẽtandã magnificentiã inductis plurimis gladiatorũ paribus. Volẽs deinde ſpectatores oblectare etiã cæteruatim cõmißis pugnatoribus, ex maleficis in hoc deſtinatis duas cohortes fecit ſeptingẽtorũ quãq; hominũ, ut illis p imaginẽ belli decernẽtibus, pœna noxiorũ in pacis uoluptatẽ uerteret: atq; ita omnes mutuis abſumpti ſunt uulneribus. Poſt VIII. hæc apud Berytum peracta migrauit in urbem

Galilæa Tiberiada. Suſcipiatur autem ab alijs regibus: uenitq; ad eũ Antiochus Comagenæ rex, Emeſinorũ ſũpſigeranus, Cotys qui regnabat in minore Armenia, Polemonq; Põti regulus: et præter hos Herodes frater rex Chalcidis: hos oẽs ſumma hoſpitalitate excipiebat, oſtẽdẽs per hoc animi ſui magnitudinẽ, ne uideretur indignus qui expectaretur à tot regibus: quibus adhuc eũ morantibus, Marſus Syriæ præſes ſuperuenit, ſeruans igitur debitã Romanis reuerentiã, uſq; ad ſeptimũ lapidẽ illi obuiã proceſſit: quod quidẽ ſimulatis eũ Marſo initiis factũ eſt, dum eodẽ cũ hoſpitibus curru nectus, ſuſpectã præſidi redderet tantã regum cõcordiã: ratus enim id non eſſe è republica, per idoneos nuntios mãdauit ſingulis ut ſine mora diſcederent: qua re Agrippa uehementer offenſus eſt. Et Marſum quidẽ hac de cauſa exoſum habuit. Matthiæ uerò adempto põtificatu ſucceſſorẽ dedit Elioneũ Cinhæi filium. Iamq; tertiũ Iudææ totius regni annũ exegerat, cũ peruenit in urbẽ Cæſareã, quæ prius Stratonis turris dicta eſt: ubi ſolennes ludos celebrauit pro ſalute Cæſaris: ad quã feſtiuitatẽ magna multitudo nobiliũ ac procerũ conuenerat ex tota prouincia. Eius celebritatis die ſecunda proceſſit mane in theatrũ, amictus ueſte tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radijs exorientis ſolis perculſa & diuinũ quendã fulgorẽ emittẽs, uene-

ration

rationem cum honore incutiebat ſpectantibus. moxq; adulatores pernicioſi alius unde acclamantes Deũ conſalutabant, rogantes ut faueret propitius: hactenus enim ut hominẽ reueritos, nunc agnoſcere & fateri in eo quiddã mortali natura excellẽtius. Hanc impiã adulationẽ ille nec caſtigauit, nec repulit: pauloq; poſt ſuſpiciens uidit ſupra caput ſuum bubonẽ funi extento inſidentẽ: moxq; ut ſenſit hunc eſſe calamitatis nũtiũ qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordijs indoluit: ſecuta ſunt nẽtris tormina, ſtatim à principio uehementia. Conuerſis igitur in amicos oculis: En, inquit, ego ille ueſtra appellatione Deus uitã relinquere iubeor, fatali neceßitate coarguente neſtrũ mendaciũ: & quẽ immortalẽ ſaluatiſtis, ad mortẽ rapior. Sed ferenda eſt uoluntas cæleſtis numinis. neq; enim male uiximꝰ, imò tãta felicitate, ut omnes me beatũ prædicẽt. Hæc locutus ereſcẽte dolore diſcruciabatur. Propere igitur relato in regiam rumor ſparſus eſt brem eſſe morituru: quãobrẽ cõfeſtim totus populus una cũ uxoribus atq; liberis ſaccum indutus more patrio ſupplicabat Deo pro ſalute regis, omnia miſcens lamẽtis & eiulatibus. Rex autẽ in celſiore decũbẽs cubiculo, & in faciẽ ſtratos humi proſpicies, nõ tẽperabat ſibi à lacrymis. Cruciatu deinde per cõtinuos quinq; dies nihil ſe remittẽte confectus, uitam finit, annum natus quartũ ſupra quinqua-

geſimam, poſtquã regnaſſet per ſeptenniũ: quatuor enim annos ſub Caio Cæſare obtinuit regnũ, primũ in Philippi tetrarchia per triennĩ, cui quarto demũ anno acceßit & Herodis tetrarchia, tribus deinde annis ſub Claudio Cæſare præter iam dictam ditionẽ in Iudæa quoq; regnauit & Samaria, ſimulq; Cæſarea. Ex annuis autẽ reditibus percipiebat cum plurimum M C C. myriadas: nec his cõtentus, mutuũ accipiebat pecunias. Cũ enim eſſet munificus, impẽſis nõ ſufficiebãt reditus, q̃ liberalitatẽ exerceret ſine parſimonia. Caterũ priusq̃ euulgaretur regis obitus, Herodes dynaſta Chalcidis, et Chelcias magiſter regiæ militiæ conſpirantes ſimul Ariſtonẽ miſerũt, qui Silã cõmunẽ amborum inimicũ interficeret, quaſi hoc à rege mandatũ
IX. acceperit. Atq; hic fuit Agrippæ regis exitus. Superſtites autẽ ei fuerũt, filius quidẽ unus Agrippa annũ agens decimũ ſeptimũ: filiæ uerò tres. ex quibus Bernice nupta erat Herodi patruo, nata annos ſexdecim: reliquæ duæ tum etiã uirgines erant, Mariãme & Druſilla: hæc ſeptennis à patre deſponſata Iulio Archelao Chelciæ filio, illa decẽnis Epiphani filio Comagenorũ regis Antiochi. Poſtq̃ autẽ cognitum eſt exceßiſſe Agrippam, Cæſarienſes & Sebaſteni beneficiorũ eius obliti peßimã ei retulerũt gratiã, cõuitia non dicenda iactantes in defunctum: militũ quoq; uulgus qui tum forte aderant,

rant, protractas è palatio filiarũ ſtatuas unanimiter detulerint in lupanaria, eiſq; ut poterãt illudebant modis quos turpe ſit eloqui: inſtructiuq; per loca publica epulis conuiuia celebrabãt coronis redimiti & delibuti unguentis, libantes interim Charoni, & ſibi inuicem propinantes præ gaudio quod ex obitu regis cõceperant. Atq; hæc agẽtibus nec Agrippæ recẽtia merita ſuccurrebãt, nec auus eius Herodes urbiũ illarum conditor, quas portubus & tẽplis magnificẽtiſſimè ornauerat. Filiꝰ porrò defuncti Agrippa Romæ erat eo tempore, educabaturq; apud Claudiũ Cæſarẽ: q audito Agrippæ obitu, & contumelijs quibus eũ Cæſarienſes ac Sebaſteni poſt mortẽ affecerãt, illius quidẽ cauſa indoluit, ẽgratis autẽ populis uehemẽter iratus eſt. Cõfeſtim igitur uoluit ſucceſſorẽ paterni regni Agrippã iuniorẽ mittere, ſimul ut iureiurando ſatisfaceret. Sed liberti & amici qui multũ apud eũ poterãt diſſuaſerũt, negãtes tutũ admodũ adoleſcenti & uixdum egreſſo pueritiam tantum regnũ cõmittere, cui adminiſtrãdo ſit impar, quodq; etiã uiriles grauare poſſit humeros: cumq; niſi eſſent æquum dicere, Cæſar præſidem Iudææ totiusq; regni miſit Cuſpium Fadum, defuncto hoc honoris tribuens, ne Marſum inimicum in regnum eius induceret. Ante omnia autem Fado iniunxit, ut Cæſarienſes & Sebaſtenos acriter caſtigaret

propter inflictã mortuo iniuriam, cõtumeliaséq; illatas adhuc iuuenibus: alam uero Cæsariensium & Sebastenorum cum quinq; illis cohortibus ablegaret in Pomẽ illic militaturas: militesq; è Romanis legionibus Syriam tuentibus delectos in eorum locum substitueret. Nec tamen ei iussioni satisfactum est: missa enim legatione flexerunt Claudiũ ut manere eos in Iudæa permitteret: qui sequentibus temporibus maximarum calamitatum Iudeis fuerunt initiũ, & seminarium belli exorti Floro præside: quamobrem Vespasianus victor, ut paulo post dicetur, eos ex illa regione aliò transtulit.

FL. IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIB. XX.

Philadelphẽsium & Iudæorum dissidium, de hystola sacerdotali. CAP. I.

DEFVNCTO *rege Agrippa, sicut superiore uolumine diximus, Claudius Cæsar misit successorẽ Marso Cassiũ Longinũ, memoriæ regis amici hoc tribuẽs, cui quo minus adhuc per literas sæpe rogatus fuerat, ut Marsum amoueret ab administratiõe rerũ Syriæ. Fadus autẽ procurator Cæsaris in Iudeã uenit, offendit Iudeos trãs amnẽ Iordanem habitantes contendere cum Philadelphensibus de*

de Mia uici finibus, referti uiris bellicosissimis. Ceperant autẽ arma transamnẽses sine consensu primatũ & magistratuũ, multosq; Philadelphensium interfecerãt. His cognitis Fadus uehementer iratus est, q̃ non exspectassent suũ iudicium, si putabant sibi factã à Philadelphensibus iniuriã, sed ita temerè ad arma eõurrissent. Comprehensis igitur tribus præcipuis seditionis autoribus uinciri eos mãdauit: horũ unũ Annibam nomine affecit supplicio, reliquos duos Amaramum & Eleazarũ exilio puniit. Nec ita multo post capitis dãnauit Tholomæũ latronũ principẽ uinctũ ad se perductũ, qui plurima damna intulerat Idumæis et Arabibus: deditq; operam ut tota Iudæa purgaretur à latrocinijs. Acciris deinde pontificibus & Hierosolymitanorũ primatibus, mandatũ Cæsaris eis exposuit, ut talarẽ tunicã, & sacerdotalem stolam, quã solum summũ pontificẽ induere fas est, in castellũ Antoniã deponerẽt, ut esset in Romanorũ potestate quemadmodũ olim fuerat. Illi nõ audentes cõtradicere, rogabãt tamẽ Fadum & Longinũ (uenerat & ipse Hierosolyma cũ copijs, timẽs ne ad Fadi postulata Iudæi molirentur noui aliquid) primũ ut legatos sibi ad Cæsarẽ liceat mittere, qui ab eo petãt sacræ stolæ seruandæ ius: deinde ut exspectetur super ea postulatione rescriptũ illius. Respõsum est permissuros ut legati mittantur, si prius darentur obsides,

obſides. Quumq; prompte liberos ſuos dediſſent, legati profecti ſunt. Qui poſtquã Romam peruenerunt, Agrippa iunior deſuncti filius, qui tum forte apud Claudium agebat, ut diximus, cognito qua de cauſa uenissent, rogauit Cæſarẽ ut Iudæis ſacra ſtola cuſtodiam petẽtibus annuere dignetur, & Fado ſuper eo negotio ſcribere. Tum Cæſar uocatis ad ſe legatis, ait ſe hoc eis cõcedere, iubens ut Agrippæ gratiã habeãt, hoc enim ſe illius donare precibus: cui reſponſo talem epiſtolã addidit: Claudius Cæſar Germanicus trib. pot. V. Coſ. deſignatus IIII. imp. X. P. P. Hieroſolymitanorũ magiſtratibus, ſenatui & populo, totiq; Iudæorũ genti ſalutẽ. Quoniam Agrippa alumnus meus piiſſimus, quẽ ego domi educo, adduxit ad me ueſtros legatos, gratias agentes & ſedulo gẽti ueſtræ prouideam, rogãtesq; enixè ut pontificalẽ ſtolã & coronã uobis ſeruare liceat, concedo quod petitis, quẽadmodũ ante uir optimus & mihi chariſſimus Vitellius cõceſſerat: ueſtræq; uoluntati annuo, primùm motus pietate propria, & quia placet quemq; religioſum eſſe more ſuæ patriæ: deinde ut gratificer Herodi regi & iuniori Ariſtobulo, quos & mihi deuotiſſimos noui, & ueſtri ſtudioſiſſimos, meritoq; illorũ amicitiam plurimi facio. Scripſi autem de hac re & Cuſpio Fado procuratori meo per Cornelium Ceronis, Tryphonem Theudionis, Dorotheum

Nathan

Nathanaelis, & Ioannẽ Ioannis filium. Data quarto Calendas Iulias, Ruſo & Pompeio Syluano COSS. Eodẽ tempore & Herodes dynaſta Chalcidis, defuncti Agrippæ frater, petijt à Cæſare poteſtatẽ in templum & ſacrũ ærariũ, iusq; eligendorũ ſummorũ pontificũ: impetrauitq; hæc omnia, ita ut etiam poſteris eius idem ius manſerit uſq; ad belli Iudaici exitum. Ipſe Herodes Canthara in ordinem redacto, Ioſepho Canei ſummum pontificatum contulit.

Quomodo Helena Adiabenorum regina & eius filii religionem Iudaicam complexi ſint. CAP. II.

PEr idem tẽpus Adiabenorũ regina Helena, et Izates eius filius, ad religionẽ Iudæorum ſe transtulerũt propter cauſam talem: Monobazus Adiabenorũ rex, cognomine Bazeos, ſororis amore captus, in uxorẽ ductã grauidã reddidit. Accidit deinde ut unà cubans, & manũ reclinatã habens in uxoris uteri, uocem quandã ſibi uideretur audire, iubentem ut manũ à uẽtre tolleret, néue premeret fœtũ, qui ut non ſine diuina prouidẽtia inchoatus ſit, ita finem habiturus eſſet fortunatiſſimũ. Hac noce ille territus, mox ut excitatus eſt, rem uxori indicauit: & natũ eo partu filium Izatẽ nominauit: ſuſceperat autẽ iam ante Monobazus hoc ſeniorem ex Helena, & alios filios ex alijs uxoribus, manifeſtè tamen omnẽ charitatem in hunc unum contulit: unde exorta eſt germano-

rum inuidia, indies magis ac magis creſcentibus illorũ odijs, Izatẽ ſibi præferri dolentibus. Hæc pater licet intelligeret, ignoſcebat tamen filijs, q̃ is affectus nõ à malitia procederet, ſed quiſq; cupiebat patri eſſe quam chariſſimus. Izatẽ uero cui nalde timebat à fraternis odijs, cumulatũ magnis muneribus miſit ad Abemerigum, regnantem tunc apud caſtrũ quod Spaſini uocãt accolæ, cõmendans ei ſalutẽ filij. Is libẽter accepit adoleſcentẽ, quem cõplexus ſingulari benenolentia, filiã ei collocauit, cui nomẽ fuit Samacho: addita nomine dotis quadã regione, unde luculentos reditus percipiebat. Porrò Monobazus iam admodum ſenex, uidens ſibi ſupereſſe modicũ uitæ ſpatiũ, concupiuit uidere ante ſuã mortem filiũ. Accerſitum igitur filium magno affectu excepit, eiq; donauit regionẽ quæ dicitur Caron, amomi feraciſſimam: in ea ſeruãtur arcæ reliquiæ, qua Noë ſertur euaſiſſe diluuiũ, oſtenditurq; ibi hodie quoq; uidere uolentibus. In hac regione Izates uixit uſq; ad patris obitum. Qui poſtquã fato functus eſt, Helena regina accitis eadem die magnatibus ſuis & ſatrapis, ac præfectis militũ, Nõ ignoratis, inquit, q̃ maritus meus hæredẽ ſui regni Izatem optauit, eũq; hoc honore iudicauit digniſſimũ, attamen ueſtrum quoq; ſuper hac re iudicium expecto. Beatus enim eſt non qui ab uno, ſed qui pluriũ conſenſu principatum accipit. Hæc illa,

illa, ut experiretur uoluntatem cõcilij. Quibus auditis proceres primũ more ſuo reginã adorauerunt, deinde probari ſibi ſententiã regine dixerunt, libenterq; parituros Izate, quem ſcirẽt merito & ex cõmuni populariũ uoto, patris iudicio prælatum cæteris fratribus: offerebãtq; ſuam operam ut primũ fratres eius atq; cognatos occideret, quo ſecurius nouo regi pararetur imperium: ſic enim liberum fore à metu, in quo eſſe poſſet propter illorũ inuidiã & odia. Ad hæc Helena gratias egit pro tanta beneuolentia, differendam tamẽ fratrũ eius necem cenſuit in aduenæum filij, & exſpectandam ipſius ſententiam. Tum proceres conſuluerunt ut ſaltem uinctos aſſeruaret donec ille ueniat, quo magis in tuto ſit regnũ Izate: interim aliquem cui maxime regina fideret, procuratorẽ regni conſtituendum. Paruit his Helena, et proregem fecit grandiorẽ filiũ Monobazũ, impoſito ei diademate, & dato patris annulo ſignatorio, ſimulq; ſampſera ut ipſi uocant: iuſſitq; eũ adminiſtrare rempub. donec frater ueniat. Is autẽ celeriter uenit audito patris obitu, & ultro cedenti Monobazo fratri in principatũ ſucceſſit. Cæterùm eo tempore quo Izates apud Spaſini caſtrũ agebat, Iudæus quidam mercator Ananias nomine familiaritatẽ nactus regiarũ mulierũ, docebat eas ueri Dei cultũ ritu Iudaico: per has deinde cum Izate innotuiſſet, ipſum quoq; in

eandem

eandem opinionẽ traducit: accitumq; à patre in Adiabenam comitatus est magnis precibus pertractus. Forte autẽ acciderat ut etiam Helena ab alio quodam Iudæo institutas leges diuinitus traditas complecteretur. Izates porrò nouus rex postquã in Adiabenã reuersus offendit fratres & cognatos in uinculis, tulit id egerrimè: & cùm occidere hos aut uinctos seruare uetaret pietas, cõtrà affectos iniuria dimittere parum tutum uideretur, nequandò de sua dicta cogitarẽt: partẽ eorũ unà cũ propriis filijs Romam ad Claudium Cæsarẽ misit, partem ad Artabanũ Parthum, futuros utrobiq; obsides. Cognito deindè q̃ mater multũ delectaretur Iudaorũ moribus, dedit operam ut et ipse ad eam religionem transiret: cumq; existimaret se non esse perfectũ Iudæũ, nisi circũcideretur, paratus erat et hoc facere: quod postquã mater rescijt, conabatur impedire, periculosum esse dictitãs, multum enim eam rem à rege alienaturã subditorũ animos, si eum ad externos ritus desciscere cognoscerẽt, neq; ullo pacto laturos Iudæũ in regio solio: sic illa aliquãtisper cupiditatem eius retinuit. Rex autẽ cũ Anania contulit cõsilium, qui matris sententiã comprobans, minatus est se eum relicturum, nisi ab hoc proposito desisteret: timere enim se, ne si occulta proferrentur inuulgus, ipse arriperetur daturus pœnas. Mauult quisquam qui non docẽdi regẽ docuerit

rit. Licere autẽ ei etiã absq; circũcisione Deum piè colere, si Iudaorũ instituta placeant: in hoc enim magis sitam religionẽ quàm in circũcisione corporis: daturumq; Deũ ueniã, si necessitate coactus signaculũ id omitteret, metu neque exoriatur subditorum defectio. His uerbis tum regi persuasit quod uoluit. Aliquãto aũt pòst, nõdum enim omnino hæc cupiditas exciderat, alius quidam Iudæus è Galilea profectus, Eleazarus nomine, legis ualde peritus habitus, eum ad rem perficiendam impulit: ad salutandum enim regem admissus, cùm eũ offendisset legentem sacra Moysis uolumina: Neſcis, inquit, ô rex, quanta iniuriã legi et per hãc Deo facias: nec enim satis est decreta eius nosse, sed præstat imperata eius facere. Quàm diu manebis incircumcisus? si nondũ legisti legẽ circũcidi iubentem, nunc certè lege, ut scias quãta sit impietas hanc omittere. His auditis rex nõ distulit negotium, sed secedens in alium cubiculũ, accito chirurgo fecit quod iussus est: deinde accersita matre & præceptore Anania indicauit eis quid actum sit: quos continuò stupor ac metus non mediocris corripuit, ne si res perueniret ad uulgi notitiam, rex principatũ amitteret, nõ ferentibus populis imperiũ uiri alienis religionibus dediti: sibi quoq; uidebant imminere periculum, ut cõscijs & autoribus eius consilij. Sed Deus prouidit ne eueniret quod illi timuerãt:

nam ex multis periculis et ipsum Izatē eripuit, & eius liberos, in rebus dubijs & desperatis incolumitatē eis expediens, & ostendens q ad se respicientibus, sibiq; uni fidentibus, pietatis fructus integer maneat. Sed de his postea narrabimus. Helena porrò mater regis uidens res regni pacatas, et filiū opinione omniū tā domesticorū quā exterorū beatū, diuina fauēte prouidentia, desiderio capta est uisendi Hierosolyma, templumq; illud apud omnes mortales famosissimū, ut ibi Deū adoraret, uotumasq; uictimas redderet. Et quia facile cōmeatū impetrauit à filio, postquā magnos apparatus in eā profectionem fecisset, instructa copioso uiatico descendit in Hierosolymitanā urbē, deducente filio dierū aliquot itinere: accidit autē peropportune eius aduētus ciuibus. Cùm enim per id tempus ciuitas graui fame premeretur, et multi perirent alimentorum inopia, regina Helena ex suis alios misit Alexandriā cōparaturos uim magnā tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum passarum inde adueherēt: quibus omnibus breui reuersis, cibos egenis distribuit, atq; hoc beneficio memoriā immortalem sibi apud nostram gentem peperit. Filius quoq; eius Izates comperto quanta fame laboret ille populus, multum pecuniæ misit Hierosolymitanorū primatibus. Sed horum regum beneficia quibus nostram ciuitatem iuuerunt, dicentur postea.

Cæte

Caterùm Parthorũ rex Artabanus, cùm sen III.
fisset structas sibi insidias à satrapis, nec puta-
ret tutum manere in suo regno diutius, decre-
uit ad Izatem se cõferre, eius cõsilio quaesiturus
salutẽ, & si fieri posset etiã reditũ in patriam.
Assumptis igitur cognatis et familiaribus cir
citer mille numero, incidit in Izatem in itine-
re, ex regio strepitu sibi cognitũ, ipse non notus
ei de facie. Ad quẽ propius accedens primùm
adorauit more patrio, deinde in haec uerba eru-
pit: Ne despicias me rex tuum supplicem, néue
contẽnas opis indigum. Deiectus enim in pri-
uatã fortunã è regio fastigio, ad tuũ auxilium
confugi. Quamobrem ad instabilitatẽ humanae
felicitatis respiciens, tuis quoq; rebus prospice,
cùm intelligas quibus omnes simus obnoxij ca-
sibus. Si enim me inultũ sinueris, animabitur in
cateros quoq; reges audacia incondita muleti-
tudinis. Haec ille demisso uultu lacrymans. Iza-
tes autẽ audito eius nomine, uidẽsq; astare sup
plicem Artabanũ, ab equo desilijt, &, Bono,
inquit, animo esto rex, nec turberis praesenti ca-
lamitate quasi immedicabili, breui enim finem
habebit tua moestitia: inuenies q; amicum &
socium meliorẽ, quàm fortè speraßi hactenus:
aut enim te in Parthorũ regnũ restituam, aut
meum tibi cedam. Haec loquutus impoßito in
equum Artabano, ipse eum comitabatur pe-
dibus, ut maiori regi hunc honorem exhiben-

Id Parthus rex tulit permoleſtè, inrauitq; per futuram ſuam fortunã ac dignitatẽ, deſcenſurũ ſe, niſi ille rurſum aſcenderet, & præcederet. Tum alter morẽ ei geſturus in equũ inſiliit, & perductò in ſuam regiam omnẽ honorẽ habuit, in conceſſibus ac cõuiuijs honoratiorem locũ ei cedens, habita ratione nõ præſentis eius ſtatus, ſed dignitatis priſtinæ, reputansq; eadem poſſe cuiuis mortalium accidere. Scripſit etiam ad Parthos ſuadens ut ſuum regẽ reciperent, fidẽ ſuam interponens non fore eum iniuriarũ memorem: paratus & iureiurando omnẽ illis dubitationẽ eximere. Parthi uerò non recuſabant eum recipere, ſed poſſe ſe negabant, quòd iam principatũ dediſſent alteri, nomine Cinnamo: periculum enim eſſe, ne altero reuocato omnia flagrarent bellis ciuilibus. Cinnamus autem uoluntate procerum cognita, cùm eſſe alumnus Artabani, & alioqui honeſto ingenio præditus, ſcribit ei ut acceptã à ſe fide reuerteretur, recepturus amiſſum dignitatis faſtigiũ: à quo ille perſuaſus redijt. Cinnamus autem obuiam profectus, adorato & regis appellatione ſalutato diadema ſuo capiti detractũ impoſuit. Sic Artabanus Izatæ opera in regnũ ſuum reſtitutus eſt, unde eiectus fuerat à magnatibus. Nec fuit beneficiorũ immemor, ſed affecit Izatẽ maximis qui apud ipſos habentur honoribus: nam & tiaram rectam ei geſtare permiſit, &

in aur

in aureo lecto cubare, quæ honoris insignia concessa sunt solis Parthorum regibus: donauitq; ei regionẽ magnam ac bonam, adempta ditioni regum Armeniæ, cui nomen est Nisibis: in ea olim Macedones condiderant urbem Antiochiam, Mygdoniam cognomine: atq; hos honores Izates accepit à Parthorũ rege præmium. Non multo pòst Artabanus moriẽs regnũ reliquit Vardani suo filio: hic ad Izatem profectus, suasit ei ut nellet sibi belli aduersus Romanos gerẽdi esse socius, quod tamẽ impetrare non potuit. Adiabenus enim nõ ignorãs quãta esset Romanorũ fortuna ac potentia, cẽsebat illũ tentare impossibilia. Ad hæc quia quinq; adolescentes filios miserat ut linguam nostram & disciplinas diligenter discerent, simulq; matrem adoraturam in templo, sicut diximus, senior erat, & Vardanem quoq; conabatur deducere à proposito, continenter denarrans ei Romanorum gesta & potentiam, ratus se hoc modo abstterriturum eum à lacessendi eos cupidine. Parthus autem his offensus continuò bellum indixit Izatæ, ex quo tamen nullũ retulit operæ præmium, Deo frustrate spes eius nanissimas. Parthi enim postquam cognouerunt mentẽ Vardanis, & quòd Romanis bellum inferre statuerit, illo casu principatum eius fratri Gotarzæ commiserunt: huic quoq; paulò post sublato per insidias, Vologesus frater successit.

qui duobus germanis eodem ſecum patre genitis regna diſtribuit, Pacoro grādiori Mediam, Tiridati minori Armeniam. Porro Monobazus regis frater & cognati cæteri uidētes Izatæ propter eximiam erga Deum pietatē res proſpere ſuccedere, prædicariq; eum paſſim tāta felicitatis nomine, cœperunt & ipſi cogitare de relinquenda religione patria, & aſſumēdis Iudaicis ritibus. Id ubi obſecerunt eius regni magnates, egrè ferentes diſſimulauerūt tamen indignationem, opportunitatē expectantes per quam ab eis pœnas repeterent. Scribunt igitur Abiæ regi Arabū, magnā pecuniam ei pollicentes, ſi expeditionē contra ſuum regē ſuſciperet: promittebantq; primo ſtatim conflictu ſe eum deſerturos. Eſſe enim ſibi animū pœnas de eo ſumere propter contemptū ritus patrij: ictoq; cum Arabe fœdere, hortabātur ne differret negotiū. Paruit ille, & cum magno exercitu cōtra Izatē uenit. Cumq; iam hoſtes in cōſpectu eſſent inituri prælium, priuſquam ad manus uenirentur omnes ſui ex cōpoſito eum deſerunt: tergaq; uertentes hoſtibus, tanquā panico terrore percitis fugam celeriter ineunt. Nec tamen Izatæ animus concidit, ſed ſentiens ſe à magnatibus prodituū, ipſe quoq; intra caſtra ſeſe recipit, ubi inquiſitione facta in autores ignominiæ, poſtquā deprehendit quoſdam de fuga pactos cum Arabe, his ſupplicio deditis, poſtera die cum hoſte conflixit: cæſiſq;

pluri

plurimis, reliquos ueram fugam coëgit capeſſere: ipſum regem acriter perſecutus in caſtrum Arſamum compulit, impetuq; facto in mœnia, ni illud cepit: eo direpto ingenti præda potius in Adiabenam triumphabundus reuerſus eſt, quamuis Abiam uiuum in ſuam poteſtatẽ redigere non ualuerit, quia captiuitatẽ uoluntaria morte præuenerat. Proceres autem Adiabenorum primo conatu fruſtrati, & à Deo in manus ſui regis traditi, ne ſic quidem quieſcebant: ſed denuò ſcribunt Vologeſo regi Parthorũ, rogantes ut Izatem interficiat, & dynaſtã alium quempiam genere Parthũ ſibi præficiat: exoſum enim ſuum regẽ aiebãt, eo quòd patriæ religioni externã prætulerit. His auditis Parthus ad bellandum excitus, cùm nullam haberet iuſtam occaſionem, honores quos ipſius pater ei conceſſerat, repetijt: bellum interminatus, ſi imperatis contradiceret. Quo nuntio Izates ſupra modum eſt territus, turpe ducens honoris gratia ſibi conceſſus per metum cedere: ſciensq; quòd etiamſi ipſe imperata faceret, Parthus tamen non quieſceret, decreuit totam rem Deo committere, iacturus extremam de capite aleam: fretuq; huius auxilio liberos & uxores in munitiſſimum quoddam caſtellum depoſuit, frumentum autem in arces: quo facto fœnum omne flammis corrupit & pabulum, atq; ita præparatus expectabat aduentum hoſtium. Cumq; Parthus

numeroſus equitũ atq; peditum ſecum properẽ trahens copias opinione citius uenisſet, poſuiſſetq; caſtra ad fluuium qui Adiabenã a Media dirimit: Izates quoq; non longe in caſtra metatus eſt, habens circa ſe equituum ſex millia. In ea caſtra Vologeſus premiſit nuntium, qui hoſti indicaret quãtis ipſe ſtiparetur copijs, contractis è toto imperio quam late patet Bactra inter & Euphratẽ fluuium: minabaturq; daturũ eum pœnas ingratitudinis erga dominos, ac ne Deum quidem quem coleret, poſſe eum è ſuis manibus eripere. Hac referente nũtio, Izates reſpondit, ſcire quidẽ ſe nullo modo eõferendum eſſe Parthorũ uiribus, nec tamẽ ignorare Deum eſſe longe potentiorẽ uniuerſis mortalibus: atq; ita dimiſſo nuntio ſupplex humi ante Deũ proeidit, cinere caput turpauit, & indicto ſibi una cũ uxore ac liberis ieiunio, his precibus Deum inuocans: Si non fruſtra me dominator domine tua bonitati dedidi, teq; meritò ſolũ & primum habeo dominũ, meni in auxiliũ, non tam me defenſurus ab hoſtibus, quàm illorum repreſſurus audaciã, qui nefaria lingua immanes uoces non horruerũt iactare cõtra tuam potẽtiam. Sic implorantẽ & lamentantẽ exaudiuit Deus, illaq; ipſa nocte Vologeſus receptis literis, ſignificantibus Daharũ & Sacarũ nalidam manum contempta regis abſentia populari regionẽ Parthicam, infecto negotio retrorſum cum exercitu

abijt:

abijt: ita ut euidenter appareret Izatē tum ſeruatū diuina prouidentia. Non multò autē pòſt, exacto ætatis anno quinto ſupra quinquageſimum, regni uigeſimoquarto, ſuperſtitibus quatuor liberis maſculis, ſucceſſionē tamē regni reliquit fratri Monobazo, referens ei gratiā bona fide ſeruati ſibi abſenti principatus olim poſt cōmunis patris obitū. Mater porrò Helena mortem eius cōpertam tulit grauiter, ut par erat orbatam amantiſſimo filio: magnā tamen conſolationē habuit, cùm audiret ſucceſſiſſe ſuum maiorē natu filium, ad quē conueniendū ſine mora profecta eſt: reuerſaq; in Adiabenā, non multo tēpore Izate ſuperuixit. Monobazus autē oſſa eius & fratris ſui miſit Hieroſolyma, condenda in exſtructis ab ipſa pyramidibus tribus numero, tertio ab urbe Hieroſolymitana ſtadio diſſitis. Sed que Monobazus regni ſui tēpore geſſerit, dicemus poſtea. Fado porrò procuratore apud Iudeā præſtigiator quidā nomine Theudas perſuaſit magnæ uulgi multitudini, ut aſſumptis ſuis facultatibus ſequerentur ſe ad Iordanē fluuium: propheta enim ſe iactabat, polliceens ſciſſurū ſe uerbo fluuiū, & facilem præbiturum tranſitū, taliq; promiſſione permultis impoſuit. At Fadus effecit ut nihil lucrifacerent ex ſua inſipiētia, immiſſis in eos turmis equitū, qui ex improuiſo irruentes ex his multos interemerūt, multos uiuos ceperunt, & in his ipſum IIII.

Theudem, cuius caput abscissum reportarunt Hierosolyma: atq; hæc sunt quæ Iudæis contigerunt administrationis Cuspij Fadi tempore.

Quomodo Tiberius Alexander procurator filios Iudæ Galilæi puniit. CAP. III.

V. FAdo autẽ successit Tiberius Alexander, eius Alexandri filius qui Alabarchiæ magistratũ gessit Alexandriæ, omnium in ea urbe suo tẽpore ditissimi, qui etiam erga Deum pietate superauit filium, desertorẽ religionis patriæ. Horum tempore magna illa fames Iudeam tenuit, quando regina Helena frumentũ ingenti sumptu ex Ægypto comparatũ in egenos distribuit, ut iam dictum est. Eodem tẽpore etiam filij Galilæi Iudæ Iacobus et Simon sublati sunt de medio, eius qui agente Syriæ censum Quirinio Iudæos solicitabat ad defectionẽ à Romano populo: hos enim Alexander cruci affecit supplicio. Herodes autem rex Chalcidis Ioſephum Camydæ filium priuauit summo pontificio, eiq; succedere iussit Ananiam Nebedæi filium. Tiberio Alexandro successit Cumanus, quo tempore idem Herodes Agrippæ magni frater aliis excessit octauo anno principatus Claudij, superstitibus tribus filijs: quorum Aristobulus ex priore uxore natus est, è Bernyce verò fratris filia Bernycianus & Hyrcanus: eius principatum Claudius Cæsar Agrippæ iuniori donauit.

VI. Sub eodem Cumano exorta seditione Hierosolymis

ſolymis multi Iudaorum deſiderati ſunt, cuius cauſam primum explicabimus.

Quomodo plurimi Iudæorum circa templum oppreſſi ſunt. CAP. IIII.

INſtante Paſcha feſto per quod noſtris hominibus ueſci panibus infermẽtatis mos eſt, concurrentibus undiq; ad ſolennitatẽ turbis plurimis, ueritus Cumanus ne inde naſceretur motus aliquis, iußit cohortem unam armatam ſtare ſupra templi porticus, cohibituram tumultũ ſiquis fortè exiſteret: nam idem & alij ante illum præſides facilitauerunt feſtiuitatũ temporibus. Eius feſti die quarta miles quidam oſtendit populo nudata genitalia: qua contumelia furentes uociferabantur non ſe affectos, ſed ipſum Deum quem honoraret ea celebritas: & quidam audaciores in Cumanũ iactabant conuitia, dicentes ab illo ſubmiſſum petulantẽ illum militem. His auditis Cumanus & ipſe non mediocriter irritatus eſt, rogabat tamẽ ut deſinerent mouere ſeditionẽ feſto tempore: cumq; illi adeò non parerent, ut maioribus etiam impeterent eum conuitijs, iubet totum exercitum cum armis conuenire in Antoniam caſtellum tẽplo imminens, ut ſuprà docuimus. Vulgaris autem multitudo uiſo aduentu militum territa, cœpit magno impetu fugere: & cùm eſſent anguſti uiarũ exitus, rati à tergo hoſtem inſequi, comprimebant ſe inuicem inter fugiendum, & conculcabant in

angu-

angustijs, ita ut perirent plurimi: viginti enim millia extinctorum illo tumulo numerata sunt: uersaq; in luctum festa letitia, omnes sacrificiorum & precationum obliti, dediderunt se lamentis ac eiulatibus: tantã eladem intulit unius militis impudentia. Fix hic luctus desierat, cùm aliud malum accidit. Quidam enim qui ex illa turba fugientes euaserant, in publica uia ceruicosimo ab urbe stadio Stephanum Cæsaris seruum iter facientem aggressi sunt latrocinio, omnesq; eius diripuerũt supellectas. Quo audito Cumanus confestim eò misit milites, iussos ut uicos loco propinquos diriperent. In hac populatione miles quidam libros Mosaicos in quodam uico inuentos protulit, eosq; laceranit in cõspectu omnium, multis debacchatus & in legem & in gentem uetam conuitijs. Hoc ubi ad Iudæos perlatum est, facto concursu agmine magno petunt Cæsaream, in qua tum Cumanus agebat, supplicantes ut non suam, sed læsi numinis ulciscerentur iniuriam. Tum præses ueritus defectionem populi, de amicorum consilio militem illum uiolatorem legis securi ferijt, atq; hoc modo tumultum iam repullulantem sedauit.

Seditio Samaritas inter & Iudæos orta. CAP. VII.

POst hæc inter Samaritas & Iudæos oritur dissidiũ initijs talibus. Mos erat Galilæis per dies festos Hierosolyma petẽtibus iter facere per Samariã. Aliquando igitur eùm transirent

ad eum

ni cum Samaritarũ ditionis, qui Nais dicitur, in Magno campo ſitus, cõmiſſa inter uiatores & uicanos pugna multi Galilæorũ deſiderati ſunt. Id indigne ferentes eorũ primates Iudæos ad arma cõciuerunt, hortantes ut ſe in libertatẽ aſſererent: Seruitutẽ enim etiam per ſe moleſtã, tum uerò fieri intolerabilem, ſi cum ſubditorũ iniurijs coniuncta ſit. Cumq; magiſtratus lenire eos conarẽtur, pollicerenturq; ſe Cumano perſuaſuros, ut pœnas de cædis auctoribus ſumeret: uulgus contemptis pacificatoribus, arma corripit, aſcito in auxilium Eleazaro Dinei filio. Is ex profeſſo latro multis iam annis in montibus errans uicos Samaritanorum incendijs & rapinis naſtauerat. At Cumanus cognitis quæ geſta fuerant, aſſumit Sebaſtenorũ alam, & quatuor cohortes peditũ armatisq; etiã Samaritanis contra Iudæos proficiſcitur: quos aſſecutus multos perimit, plures uiuos captos abducit. Tum uerò Hieroſolymitanorũ primi genere atq; honoribus, ut uiderunt ad quantã calamitatẽ uentum ſit, induti ſaccos, & capita ſparſi cinere, modis omnibus conabantur flectere multitudinem, præ oculis ei ponẽtes diruendam patriam, & templi incẽdium, liberosq; cum uxoribus captiuos abducendos ut profanis nationibus ſeruiant: rogabantq; ut mutato conſilio, & abiectis armis quieſcerent in poſterũ, & ſuas quiſq; domos repeterent. His uerbis tandẽ perſuaſi dilapſi ſunt.

latro

latrones uerò ad loca munita reuersi sunt denuo. Atq; ex eo tẽpore uniuersa Iudæa repleta
VIII. est latronũ receptaculis. Porrò Samaritanorum primates Numidiũ Quadratũ Syriæ præsidem tũc Tyri degentẽ conueniunt, & Iudæos accusant, quòd uicos eorũ diripuerint ac incenderint: addentes, nõ tam se ægrè ferre propriam iniuriam, quàm cõtemptam Romanorũ potestatem, ad quorum cognitionẽ spectaret de iniurijs prouincialium decernere: nunc istos quasi nulli usquã essent Romanorũ magistratus, uicinos infestasse excursionibus: quamobrẽ nunc se uenisse, ut uindictã impetrarent à præside. Hæ fuerũt querelæ gentis Samaritica. Iudæi contrà & seditionis & pugnæ causam in Samaritas referebant, sed maximè in Cumanũ, qui muneribus illorum corruptus tamẽ eadem dißimulanter tulerit. His auditis Quadratus iudicium distulit, dicens se prolaturũ sententiam, postquã præsens apud Iudæam rei ueritatẽ exactius cognouerit. Ita tum infecto negotio discessum est. Paulo uerò post Quadratus uenit in Samariã, ubi quum iußisset reos causam suam dicere, cõperit Samaritanorũ culpa tumultum illum excitatum. Cognito deinde quòd & Iudæorũ quidam res nouas moliti sint, in crucẽ egit quos Cumanus uiuos ceperat. Inde profectus in uicum Lyddam instar urbis amplum, sedens pro tribunali, & iteruam Samaritanorũ causam audiens, didicit è

quodam

quodam Samarita, Dortum Iudeorũ primatem cum alijs quatuor ſocijs Iudæos ad deſectionem ſolicitaſſe: quos præſes affecit ſupplicio. Ananiam uerò ſummũ ponificem, & Ananũ ducem uinctos Romã miſit, ut apud Claudium Cæſarẽ facti ſui rationẽ redderent. Primores etiam Samaritanorũ atq; Iudæorum, ſimulq; Cumanum procuratorẽ, & tribunum Celerem ire in Italiam iuſſit ad imperatorem, ut ſub eo iudice decerneretur de his quas inter ſe habebant controuerſijs. Ipſe ueritus ne nouum aliquid Iudæi molirentur adijt Hieroſolyma: ubi pacata inuenit omnia, populumq; occupatũ patrio feſto, & operantem ſacrificijs. Credens igitur nihil nouaturos, reliquit agẽtes feſta, & Antiochiam repetijt. Cumanus porrò & Samaritæ Romã miſſi ſtatuta die iubentur cauſam ſuam dicere. Comparauerant autẽ ſibi fauorem libertorũ & amicorũ Cæſaris, quorũ opera uicijſſent aduerſarios Iudæos, niſi Agrippa iunior tũ Romæ degens, & Iudæorũ primores premi fauore potentũ uidens, multis precibus obtinuiſſet ab Agrippina uxore Claudij, ut marito perſuaderet legitimã cauſam cognoſcere, & in deprehenſos tumultus autores iuſtã proferre ſententiã. Claudius igitur his precibus præmollitus, auditis partibus ut cõperit à Samaritanis factũ tumultus principium, eos qui tum ad iudicium uenerant ſupplicio tradidit, Cumanũ uerò mulctauit exilio. Celerẽ uerò

tribu-

tribunum iussit perductum Hierosolymã inspectante toto populo raptari per uias, atq; ita ene-
IX. cari hominẽ. Procuratorẽ deinde in Iudeam misit Claudium Felicem, fratrẽ Pallantis. Post hec anno imperij sui duodecimo Agrippã donauit Philippi tetrarchia & Batanea, adiuncta hiis Trachonitide cũ Abila, quæ tetrarchiæ Lysiæ fuerat. Chalcidẽ uero ei abstulit, cùm iam dynastia illius fuisset quadriẽnio. His donationibus ornatus à Cæsare iuuenis collocauit Azizo Emesenorũ regi circumciso sororẽ Drusillam. Epiphanes enim Antiochi regis filius recusauit eius nuptias, q̃ mutata sentẽtia Iudæorũ religionẽ amplecti nollet, ut erat pollicitus puellæ parẽtibus. Mariammen quoq; matrimonio coniunxit Archelao Cheleia filio, cui ab Agrippa patre iam ante desponsata fuerat: ex q̃bus nata est filia Bernice nomine. Drusilla autẽ nõ multo post dimissa est ab Azizo ex causa huiusmodi: Felix cùm esset Iudæa procurator, uisa hac fœminarũ omniũ pulcherrima amore eius captus, Simonẽ amicũ suum, Iudæũ genere Cyprium, pro mago se gerentẽ ad eam misit, qui mulierẽ solicitaret ut relicto priore marito ipsi nuberet, beatam fore pollicens si nõ fastidiret hominem. Illa male consulta nolens euadere molestationes sororis Bernices, inuidentis sibi formæ præcellentiam, cõsensit calcata religione patria Felici nubere: natoq; ex hoc marito filio nomẽ Agrippa

impo

imposuit: qui iam adultus quomodo cum uxore perierit Vesuuiani clade incendij tempore Titi Caesaris, dicemus postea. Porrò Bernice post Herodis obitū, qui idem maritus eius & patruus fuerat, aliquanto tēpore in uiduitate acta, cùm spargeretur rumor cū fratre eā congredi, suasit Polemoni regi Cilicię, ut circūciſus prius se duceret, rata sic se coarguturā mendaciū. Nec recusauit Polemon inductus maximè mulieris diuitijs: id tamen coniugium diuturnū non fuit, propter intēperantiā ut fertur discedente ab eo Bernice: qui mox desertus ab uxore, & ipse Iudaicę religionis desertor factus est. Eodēq; tēpore etiā Mariamme dedignata Archelaum migrauit in thalamum Demetrij, primi inter Alexādrinos Iudaeos tam opibus q̄ genere, & tū Alabarchię magistratū gerentis, ex quo filiū nomine Agrippinū genuit. Sed de horum singulis pòst dicemus diligentius. Caterū Clau- X.
dius Caesar exactis in imperio tredecim annis, & octo mēsibus, diebusq; uiginti fato functus est, assenerantibus quibusdā sublatū esse uxoris ueneficio: huius mulieris pater fuit Germanicus imperatoris frater, maritus uerò Domitius Aenobarbus unus ex Romanis illustrioribus: post cuius mortē diu uiduā tandē Claudius duxit, adducentē in familiā filiū patri cognominē Domitiū: priorē autē uxorē Messalinā ob zelotypiā occiderat, matrē cōmuniū filiorū Britā-

nici & Octauij: nam Octauiã omniũ ſuorũ liberorũ natu maximam ex Petina prima uxore ſuſceperat, quã Neroni collocauit: ſic enim nomẽ prinigno adoptato mutauerat. Agrippina autẽ ueritа ne Britãnicus adultus à patre acciperet ſucceſſionẽ imperij, uolẽsq; principatum ſuo filio quærere, procurata ut fertur morte Claudij, cõfeſtim ad prætorianos milites miſit præfectũ eorũ Burrũ cum tribunis & libertorũ potẽtiſſimis, qui Neronẽ ad eos perductũ imperatorẽ cõſalutarent. At Nero principatũ ſic adeptus Britãnicũ clam ueneno ſuſtulit, nec multo pòſt Agrippinã matrẽ ſuã ferro, ppalã, hanc illi gratiã nõ pro natiuitate ſolũ referẽs, uerũ etiã ꝙ eius artibus ad imperium proiectus ſit. Occidit & uxorẽ Octauiã, multosq; uiros illuſtriſſimos, quaſi cõiuratos in ſuã perniciem. Sed de his rebꝰ ſcribere ſuperſedeo, nõ deſunt enim qui res Neronis ſcripſerunt: quorum aliqui in gratiã eius ut bene de ſe meriti, ueritatẽ neglexerunt: alij indulgentes ſuis odijs, tam impudẽtibus mẽdacijs in eius fimã debacchati ſunt, ut merito dãnandi ſint in hiſtoria: quos equidẽ nõ miror de Nerone mẽtitos, quando ne ſuperiorũ quidẽ imperatorum geſta ſcribentes rationem ueritatis habuerunt, quos tanto pòſt nati nulla iuſta de cauſa odiſſe poterãt. Sed iſtis ueritatis contemptoribus liceat ut libet ſcribere, quando delectari uidentur hac licentia. Nos uerò quibus

bus propositum est à ueritate nusquã discedere. quæ à nostro argumento aliena sunt paucis attingimus: quæ uerò nobis Iudeis acciderunt, ea non tanquã obiter tractamus, ne calamitatũ quidẽ ac erratorũ cõmemoratione uitata. Ergo ad res nostras narrãdas reuertamur. Primo Neronis principis anno, regi Emesorũ Azizo defuncto frater in principatu successit: minoris autẽ Armeniæ dominiũ Aristobulus Herodis regis Chalcidis filius à Nerone accepit. Agrippæ quoq; idem princeps partẽ Galilææ donauit, iubens Tiberiada & Tarichæas parêre eius imperio: addita his & Iuliade trans Iordanem sita, agroq; eius habitato uicis XIIII. XI.

Gesta Felicis Iudææ præsidis. CAP. VI.

CÆterũ Iudæa res prolabebãtur usq; in deterius: tota enim referta erat latronum receptaculis, & magicis præstigiatoribus imperitiq; uulgi seductoribus: quorũ multos, sicut & latrones, Felix quotidie cõprehensos afficiebat supplicijs: & in his Eleazarũ Dinæi filiũ, qui nõ mediocrẽ latronum globum circa se habebat, dolo uinum in potestatẽ suã redegit: data enim ei fide q nihil mali esset passurus, persuasit ut ad se ueniret, moxq; uinctum Romam transmisit. Cumq; odio pro sequeretur Ionathã summum pontificẽ, ut admonitus ab eo sæpe de administrãdis melius rebus Iudaicis, ne omniũ erratorum inuidia publica in ipsum recideret.

ad cuius preces Cæſar hunc procuratorem miſerat, rationem excogitauit qua liberaretur ab eius moleſtis interpellationibus. Graue enim eſt nocendi cupidis ſi admoneantur crebrius. Qua de cauſa Felix amicũ Ionathæ fidiſſimũ Doſã Hieroſolymitam genere induxit promiſſa pecunia, ut ſicarios ipſi põtifici immitteret, quod ille in gratiã præſidis perfecit his artibus: Quidam quaſi religionis ergò in urbẽ aſcenderunt ſicis clàm ſuccincti ſub veſtibus, qui permixti Ionathæ famulicio peremerũt hominẽ: cuius facinoris quia nemo ultor extitit, imitati hac licentia ſicarij per ſingula feſta uentitantes, & tela celantes pari modo immuxti turbis, alios cõfodiebant propter priuatas inimicitias, alios cõducti pecunia: idq; non modò in reliquis urbis partibus, ſed in ipſo templo etiam: nam & ibi interdum auſi ſunt cædes patrare, ac ſi nihil hoc modo pietatem læderent: unde fas eſt credere, Deũ tãta impietate offenſum auerſatum eſſe Hieroſolyma, temploq; ut non amplius puro domicilio Romanos induxiſſe, purificaturos id flammis luſtralibus, gẽtiq; cũ liberis ſimul & uxoribus ſeruitutis iugum impoſuiſſe, quo caſtigatiores redderẽtur hoc infortunio. Et urbs quidem talibus inceſtabatur latrocinijs. Impoſtores autem & magi turbas illectas poſt ſe trahebant in ſolitudines, pollicentes ſe diuinitus oſtẽſuros eis clariſſima ſigna & prodigia: perſuaſ

ſuaſaq; multitudo mox pœnas luit dementiæ, retractos enim eos Felix neci dedidit. Eodem tempore quidã ex Aegypto uenit Hieroſolyma uatem ſe eſſe profitens & plebi ſuadens ut ſecuta ſe in montẽ Oliueti aſcenderet, qui è regione urbis ad quintũ abeſt ſtadium: illic enim uiſuros ſuo iuſſu cadere Hieroſolymorum mœnia, ita ut per eorum ruinas aditus in ciuitatẽ pateat. Quo cognito Felix iubet milites arma ſumere, ſtipatusq; multis equitibus ac peditibus erumpens inuadit turbã ſeductã ab Aegyptio: quorum quadringentis occiſis, ducentos uiuos cepit: Aegyptius ipſe pugna elapſus diſparuit. Poſt hæc latrones rurſum ad rebellandum Romanis incitabant populum, dictitantes excutiendum illorum imperium, & nõ aſſentientium uicos direptos abſumebant incendijs. XII.

Apud Cæſaream quoq; inter Iudæos habitatores & Syros de pari iure ciuitatis rixa exorta eſt: nam Iudæi potiore conditione nolebant eſſe, quòd urbis eius conditor Herodes rex fuerit Iudæus genere: id Syri non inficiabantur quidem, ſed aiebant urbem turrim Stratonis dictam à principio, quo tẽpore nullum Iudæum habitaſſe inibi. Quæ res pòſt peruenit ad cognitionem præſidum, correptiq; ex utraq; parte tumultus autoribus aſſecerint eos uerberibus, atq; hoc modo ſeditionem compreſſerunt aliquandiu: rurſum enim oppidani Iudæi freti XIII.

diuitijs per contumeliam Syros lacessebant cõ-
uitio: qui tametsi inferiores quod ad facultates
attinet, ferocientes tamen eo q plurimi Roma-
nis per ea loca militantium Cæsarienses essent
& Sabasteni patria, aliquantisper & ipsi re-
gerebant in Iudæos conuitia: deinde ad lapides
ventum est, ita ut multi utrinq; uel sauciaren-
tur uel caderent: penes Iudæos tamen fuit vi-
ctoria. Felix autem ut uidit contentionem pro-
gressam usq; ad belli speciem, prosiliens rogabat
Iudæos ut desinerent: quibus nõ parentibus im-
misit armatos milites, multisq; cæsis, plures ca-
ptiuos fecit: & multas eorũ domos diuitijs re-
fertas in prædam concessit militibus. Iudæorum
verò honoratiores ac modestiores sibijpsis timẽ-
tes rogauerũt Felicem ut militibus receptui ca-
neret, parceretq; iam, & resipiscendi facultatẽ
concederet: id quod præses indulsit eorũ preci-
bus. Per idem tempus Agrippa rex summum
sacerdotium Ismaëli contulit Phabei filio: &
ipsi summi pontifices, dissidere cœperunt à sa-
cerdotibus & primatibus Hierosolymitanorũ
ciuium, singuliq; incedebant stipati manu au-
dacissimorum & seditiosorum hominum, con
flictantesq; inter se mutuis certabant conuitijs
& lapidationibus: nec erat qui compesceret,
quasi uacante urbe magistratibus. Intantum
autem exarsit summorum pontificum impu-
dentia, ut auderẽt seruos suos in areas mittere,

qui

qui auferrẽt debitas ſacerdotibus decimas, aliquotq; pauperiores è ſacerdotum ordine alimentorum inopia fame deficerent. Tanto plus tum pollebat uiolentia ſeditioſorũ quã iuſtitia.

De procuratore Porcio Feſto, & de ſicariis. C. VII.

CAeterũ poſtquã Felici ſucceſſor Porcius Feſtus à Nerone miſſus eſt, primores Iudeorum Cæſaream incolentiũ Romam profecti ſunt Felicem accuſaturi: dediſſetq; omnino pœnas iniuriarũ quibus Iudæos affecerat, niſi Nero eum donaſſet Pallantis fratris precibus, qui tum in pretio erat apud principem. Cæſarienſium etiam Syrorum duo præcipui, Beryllum qui pædagogus Neronis fuerat, tunc uerò Græcis epiſtolis ſcribendis præerat, magna pecunia corruperunt, ut impetraret ab imperatore literas, quibus abrogaretur Iudæis eius ciuitatis ius, hactenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facile obtinuit. Ex his literis poſtea calamitatũ noſtrarum omniũ cauſa orta ſunt. Iudæi enim Cæſarienſes ubi cognouerunt quæ ſcripta ſunt, magis etiam perſtabant in ſeditionibus, donec initium belli cõflatum eſt. Cùm autem uenisſet in Iudæam Feſtus, offendit totam afflictam à latronibus uicos paſſim populantibus, quorum ferociſſimi appellati ſicarij, tunc ad maximum numerum excreuerant, utentes gladiolis inſtar acinacis Perſici, incurui, quales ſicas Romani nominãt, XIIII.

unde latronibus ipſis cognomen eſt inditum, multorum cæde infamibus: qui, ut iam dictum eſt, feſtis diebus admixti turbæ undiq; in urbem confluenti religionis gratia, nullo negotio quotquot collibuiſſet tollebant de medio: aliquando etiam armati inuadebant inimicorũ uicos, direptosq; tradebant incendio. Feſtus autẽ equeſtres & pedeſtres copias miſit contra quendam impoſtorem magum, qui homines poſt ſe trahebat in ſolitudinem, deceptos uanis promiſſis, quaſi ope eius incolumes euaſuri eſſent à malis omnibus: hi uniuerſi unà cũ ſeductore ab im-

XV. *miſſis militibus oppreſſi ſunt. Eodẽ tempore Agrippa rex exſtruxit inſigni amplitudine domũ prope porticum in regia Hieroſolymitana, quæ Aſſamonæorum fuerat, ſitam in edito loco unde amœniſſimus proſpectus patebat cõtemplari urbẽ uolentibus, cuius uoluptatis rex cupidus è cubiculo ſpectabat quicquid circa templũ fieret. Id ubi uiderunt Hieroſolymitani proceres, tulerunt indigniſſimè: neq; enim leges noſtræ cõcedunt ſpectari quid agatur in tẽplo, præſertim ſacrificia: quamobrẽ altum parietem excitauerunt ſupra exhedram, quæ erat in interiore templo uerſa ad ſolem occiduũ: hæc non ſolùm regij triclinij proſpectũ arcebat oppoſita, uerumetiã occidentalis extra templum ſitæ porticus, ubi feſtis diebus Romani ſtationes habebant ad templi cuſtodiam. Quo facto tam rex*

offenſus

offensus est quàm Festus præses prouinciæ, qui etiam iussit parietem dirui. Ciues autem rogauerunt ut liceret sibi legatos ea de re ad Neronem mittere, negãtes se posse uiuere, si quid demoliretur de templi ædificijs. Quo impetrato miserunt ad imperatorẽ decem ciues eximios, & Ismaëlem summũ pontificem, & Chelciam custodem sacri erarij. Qui audita legatione non solùm ignouit, sed permisit etiã sic manere parietẽ, gratificatus in hoc uxori sue Poppeæ piæ fœminæ, quæ pro Iudæis deprecatrix fuerat: quæ decem illos uiros redire permisit, Chelciam uerò & Ismaëlem apud se detinuit tanquam obsides. Id postquam Agrippa resciuit, pontificatum detulit Iosepho cognomine Cabi, Simonis quondam summi pontificis filio.

De procuratore Albino. CAP. VIII.

CAesar autẽ de Festi morte accepto nuntio, Albinum in Iudæam misit præsidẽ. Rex uerò Iosepho iusso priuatam uitam agere, sacerdotium eius dedit Anani filio, & ipsi uocato Anano eodẽ quo pater nomine. Seniorẽ istum Ananum aiunt fuisse omnium felicissimum, ut qui filios habuerit quinq;, omnes positos summi Dei pontificio, cum prius ipse ad satietatem hac dignitate esset perfunctus: quod ad eam ætatem nulli antè summorũ pontificum contigerat. Iunior autem Ananus, is quẽ nunc summum pontificatum accepisse diximus, au-

dax erat & ferox ingenio, secta Sadducæus, quod hominum genus apud Iudæos in iudicando est sæuerissima, ut antè docuimus. Talis igitur cum esset, tempus opportunum se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, concilium iudicũ aduocat: statuitq; coram eo fratrem Iesu Christi Iacobũ nomine, & unà quosdã alios, reos impietatis peractos, lapidandos tradidit: quod factũ omnibus in ea ciuitate bonis & legũ studiosis uehementer displicuit: missisq; ad regẽ clàm nuntijs rogauerunt mandaret Ananο, ne quid iale posthac ageret, nam ne nunc quidẽ rectè egisse. Quidã etiam Albino occurrentes uenienti ab Alexandria, docuerunt eum non licuisse Ananο sine ipsius cõsensu aduocare concilium: horũ uerbis ille persuasus iracundè scripsit pontifici, daturum sibi pœnas minitans: & Agrippa rex eam ob causam post tertium mensem ablatum ab eo pontificatum Iesu Damnei filio concessit. Albinus porrò ut uenit Hierosolyma, omnem curam & diligentiã adhibuit, ut pacaret prouinciã, interfectis multis sicarijs. Ananias autem pontifex indies apud populũ celebrior fiebat & charior, honorabaturq; ob liberalitatẽ ab omnibus: quotidieq; Albinũ donis ueneraba-

XVI. tur & summũ pontificẽ. Sed habebat seruos pessimos, qui adiuncto sibi audacissimo quoq; obeuntes areas mi auferebãt sacerdotũ decimas,

pul-

pulsantes eos qui eũctarẽtur reddere; alij quoq; pontifices faciebant similia, nemine valente cõpescere: multiq; sacerdotũ quibus antè ex decimis alimenta fuerant, tunc absumebantur inedia. At sicarij die festo qui tum superuenerat noctu urbẽ ingressi unum ceperunt scribã ducis Eleazari, is erat Ananiæ pontificis filius: hunc uinctum abduxerũt, ac deinde miserunt Ananiã, qui eorũ nomine promitteret scribã dimittendũ, si pater Albino persuaderet, ut ex eorũ numero decẽ captiuos solueret: tũ Ananias urgente necessitate ab Albino impetrauit quæ latrones illi postulauerant, id quod maiorũ calamitatũ fuit initiũ. Latrones enim semp aliq; artẽ cõminiscebantur, qua ex Ananiæ cognatis quempiã interciperẽt, nec prius dimittebant q; è suis aliquot reciperẽt: auctiq; denuo magno numero, & receptа audacia, totã eam regionẽ uastabant. Hoc tempore Agrippa rex prolatis pomœrijs Cæsarea, quæ Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis honorẽ uocauit eam Neroniadã: & theatrũ apud Berytios impendijs magnis exædificatum ornauit spectaculis annuis, assignata in eum usum ingenti ui pecuniæ. Frumentum enim donauit ei populo, & oleum uiritim distribuit: totamq; eam urbẽ ornauit, statuis passim dispositis, atq; expressis ad antiqua clarorum artificum archetypa imaginibus: & omnia pẽnè sui regni ornamẽta in eam

ciuitatẽ transtulit: unde magnã sibi apud subditos paranit inuidiã, ꝙ suos spolians externã urbẽ excoleret. Eodẽ rege iubẽte Iesus Gamalielis filius in summo pontificatu successit Iesu Dannei filio nõ libenter sibi cedẽti, unde natũ est inter utrũq; dissidiũ: asciris enim globis audaciũm iuuenũ sepe à cõnitijs prorũpebant ad lapides. Sed inter alios eminebat Ananias ex amplis facultatibus largitione plurimos sibi cõcilians. Costobarus quoq; & Saulus suã quisq; circa se manũ habebat sceleratorũ hominũ, orti genere regio, & propter Agrippe cognationẽ fauorabiles, alioquĩ uiolẽti & ad spoliandos infirmiores promptissimi: atq; ex illo maximè rẽpore labare cœpit nostra respub. & indies in

XVII. *deterius ruere. Porrò Albinus audito Gessiũm Florum sibi successurũ uenire, uideri uolens gratificatus Hierosolymitanis ciuib', productis uinctis, quotquot erant in manifestè capitali culpa inssit interimi: reliquos qui leuioribus de causis conjecti erant in uincula, reductos in carcerem pecunijs mulctatos dimittebat aliũ post aliũ: atq; in hũc modũ uacuato uinctis carcere Iudea repleta est latronib'. Interea Leuitica trib' homines, quorũ erat sacros hymnos in tẽplo canere, adito rege induxerũt eũ precibus, ut aduocato cõcilio decerneret eis usum sto Le linea, quatum solis erat concessa sacerdotibus, hãc enim nouationẽ pertinere ad perpetuã*

ipsius

ipſius regni memoriam. Neq; fruſtra fuit eorũ poſtulatio: Rex enim de cõcilij ſententia permiſit hymnorũ cantoribus, ut depoſito priore habitu, lineum ut uoluerunt ſumerẽt. Aliã etiã eiuſdem tribus partẽ addictã templi miniſterijs, ipſorũ precibus motus permiſit ſacros hymnos canendos ediſcere: quæ omnia fiebãt contra inſtituta legis patriæ, nũquã uiolata abſq; piaculo. Iam abſolutũ erat & tẽpli ædificiũ. Populus igitur cùm uideret eſſe in otio circiter octodecim opificũ millia, ſolitorũ hactenus in tẽplo ex operarũ mercedibus uictũ quærere, nolensq; ſacrã pecuniã repoſitã habere nequando præda Romanis fieret, ſimulq; opificibus inde prouiſum cupiens: q uel una hora operato ſtatim merces repræſentaretur: ſuaſit regi ut orientalẽ inſtauraret porticũ. Ea tẽpli exima claudebat profunda ualli & anguſta imminẽs, ac proinde ſubnixa muro quadringentos alto cubitos, ſaxis cõſtructo quadratis ualde candidis: eraq; cuiuſq; ſaxi longitudo cubitorũ uiginti, ſex uerò altitudo, opus Solomonis regis, qui primus integrũ templũ condidit. Rex autem cuius curæ Claudius Cæſ. fabricã tẽpli cõmiſerat, reputans quodcũq; opus demoliri facile, reparari difficile, maximè talem porticũ egentẽ & tẽpore longo & pecunijs plurimis, nõ annuit populi precibus: ſed urbẽ candido ſaxo conſternere ſi liberet non retinuit. Poſt hæc Iſu Gamalielis filio

pontifi

pontificatū abrogatū concedit Matthiæ Theophili filio, quo pontifice Iudaicū bellum habuit
XVIII. initium. Cōueniens uidetur præsenti historiæ narrare de pontificibus quæ origo eorū, & qui ad hunc honorē admittantur, & quot usq; ad finē eius belli fuerint. Primus igitur omniū hoc Dei sacerdotiū geßisse fertur Moysis germanus Aaron pontifex: quo defuncto succeßisse mox filios, ac deinde illorū posteritati mansisse hunc honorē perpetuū: unde consuetudo obtinuit accepta à maioribus, neminē Dei pōtificē fieri nisi descēdentē ab Aaronis sanguine, nec eam dignitatē cōcedi uel regibus oriundis alio genere. Fuerunt igitur uniuersi à primo Aarone usq; Phanaßum, quē belli tēpore seditioßi declarauerūt pontificē, LXXXIII. numero: horū XIII. præfuerūt sacris ab eo tēpore quo primū in deserto Moyses erexit Deo tabernaculum, usq; dum in Iudæam uentū est, ubi Deo templum ædificauit rex Solomon: nam à principio pōtificibus nō succedebatur niſi mortuis: deinde uiuentibus etiā subrogari cœperūt alij. Itaq; hi XIII. cùm essent duorū Aaronis filiorum posteri, per continuatas succeßiones hoc honore potiti sunt: sub his primò penes optimates administratio fuit reipublicæ, post ad monarchas, postremò ad reges trāsijt. Ex quo autē die patres nostri ductu Moysis Ægyptum sunt egreßi, usq; ad templum à Solomone rege condi-

conditũ, elapsi sunt anni DCXII. post XIII. illos pontifices alij XVIII. secuti sunt, à tẽpore Solomonis regis sibi succedentes usq; dum Nabuchodonosor Babyloniorũ rex contra nostram urbem expeditione facta templũ incẽdit, & trãslata tota gẽte Babylonẽ, Iosedecũ quoq; pontificẽ illò abduxit: horũ pontificatus tempus CCCCLXVI. annorũ fuit, mensiũ sex, dierũ decem, rempub. Iudeorũ gubernãtibus regibus. Post septuagesimũ autẽ Babylonicæ captiuitatis annũ Cyrus Persarũ rex dimissis Babylone Iudæis, & reuersis in antiquã patriã, permisit templũ denuo cõdere, quãdo Iesus Iosedeci filius assumpsit summũ sacerdotiũ. Hic & eius posteri quindecim uniuersi usq; ad regẽ Antiochum Eupatora statũ reipub. popularẽ rexerunt per annos CCCCXIII. Caterùm iam dictus Antiochus cum suo duce Lysia primus Oniam cognomẽto Menelaum apud Berytum uita simul priuauit, & sacerdotio, repulsoq; à successione eius filio, Iactmũ cõstituit summum pontificẽ, natũ quidẽ ex Aaronis progenie, sed non ex eadem familia: quamobrẽ Onias defuncti Oniæ pontificis filius nomine patrẽ referens, in Aegyptum profectus & insinuatus in Ptolemæi Philometoris ac Cleopatræ eius coniugis amicitiã, persuasit eis ut in Heliopolitica præfectura Deo templum instar Hierosolymitani extruerent, seq; illic pontificẽ constituerent: de

quo

quo templo ſæpe aliàs diximus. Iacimus autem triennio in pontificatu exacto mortuus neminẽ ſucceſſorẽ habuit, ſed per ſeptenniũ ſine pontifice manſit ciuitas. Deinpoſtquã Aſſamonæorum familiæ principatus noſtræ gentis eſt creditus, rebellantes Macedonibus Ionathã creauerunt ſummũ pontificẽ, qui ſeptẽnio toto præfuit: quo per inſidias Typhonis ſublato è niuis, frater eius Simon obtinuit id ſacerdotiũ, cui dolo generi oppreſſo inter epulas, filius Hyrcanus in honore ſucceſsit. Eum cùm per unũ & triginta annos geſsiſſet, iam decrepitus ſucceſſori Iudæ reliquit ſuo filio, qui alio nomine Ariſtobulus eſt dictus: huic frater hæres fuit tã regni quã ſacerdotij, poſtquã ille ſumpto tum primum diademate unũ annũ utraq; dignitate potitus eſt. Is nomine Alexãder & ipſe regnum coniungens pontificatui cũ nigintiſeptẽ annis præfuiſſet rebus Iudaicis moriens Alexandræ uxori permiſit deligẽdi pontificis arbitriũ. Illa Hyrcano id addixit, exactoq; in regia poteſtate nouẽnio è niuis exceſsit: quo toto tẽpore Hyrcanus eiuſ filius pontificatũ tenuit: nam poſt matris obitũ Ariſtobulus frater moto bello victũ pontificẽ ad priuatã uitam redegit, & ſibũpſe regnũ ſimul uſurpauit ac ſacerdotiũ: exactusq; in utraq; dignitate tribus annis, & totidẽ menſibus, cũ ſuperueniens Põpeius ui cepiſſet Hieroſolyma, à victore uinctus Romam miſſus eſt

cum

eum liberis: et Hyrcanus restitutus in pontificatum, principatū quoq; suæ gētis accepit, sed absq; diademate: præterq; priores illos nouē, per alios XXIII. annos summū sacerdotiū obtinuit. Post quos cōpletos Barzaphārnes & Pacorus dynastæ Parthorū traiecto Euphrate bellum Hyrcano inferūt, eoq; uiuo abducto Aristobuli filiū Antigonū regē constituūt: qui post tres annos & totidē mēses expugnatus ab Herode et Sosio, apud Antiochiā iussu Antonij dedit supplicium. Herodes autē accepto à Romanis regno non amplius ex Asamonæo genere creauit pōtifices, sed eum honorē quibusuis ex sacerdotū ordine concessit etiam obscuris, absq; uno Aristobulo. hūc enim Hyrcani à Parthis capti nepotē, et Mariammes suæ uxoris fratrē, ob fauorem populi, & Hyrcani aui memoriam summo sacerdotio dignatus est: deinde ueritus ne omnes in illū essent propēsiores, apud Hierichunte arte necauit natātē in piscina, ut suprà diximus: neq; postea ulli ex Asamonæorū posteritate hoc sacerdotiū cōmittere uoluit. Idē fecit in ordinandis pontificibus Archelaus eius filius, & Romani qui post illum cum potestate præfuerūt prouincia. Sunt igitur qui ab Herodis principatu usq; in diē qua templū & urbs incēdente Tito conflagrauit, pontificatum gessērunt, in uniuersum numero uiginti octo: tempusq; eorum sacerdotij centū anni, & septem,

insuper: quorum aliqui sub Herode fuerãt, & Archelao eius filio: defunctis autem his penes optimates fuit respublica, collocatis in eius fastigio põtificib⁹: de q̃bus hactenus dixisse sufficit.

Quomodo Florus Albini successor tantas Iudæos affecerit iniurijs, ut coacti sint arma sumere. C. I X.

GEßius autem Florus Albino successor à Nerone missus plurimis Iudæos replevit calamitatibus: is Clazomenius erat genere, adduxitq; secũ Cleopatrã coniugem non minus improbã, per quã ut Poppea Augustæ amicã, Iudæa administrationẽ impetrauerat: adeò uerò potestate uiolenter abusus est, ut Albinum Iudæi desiderarẽt quasi beneficũ, nam ille quantum poterat clam (nec malus & nocẽs: Florus contrà quasi ad ostentandam missus malitiam, publicè traducebat nostræ gẽtis iniurias, nihil sibi ad summã in rapinis & supplicijs iniquitatem reliquum faciens: erat enim inflexibilis ad misericordiam, nullis unquã lucris satiabilis, undecunq; parua æquè captans ac magna, ut etiam latronum esset particeps. multi enim illum quæstũ exercebant de incolumitate, quã ab eo redimebant decisis prædarum partibus: adeoq; nullus erat iniuriarũ uel modus uel finis, ut miseri Iudæi non ferentes rapacẽ latronũ insolentiã cogerentur laribus relictis & patrijs cæremonijs, ad exteros fugere, indicantes ubinam etiam apud Barbaros se uiuere posse cõmodius.

Et quid

Et quid multis uerbis opus est? Bellum contra Romanos suscipere solus Florus nos cõpulit, malens semel uniuersos quàm paulatim perdere. Itaq; secundo anno postquã is uenit procurator in prouinciã, duodecimo uerò Neronis imperij, bellum id cœptum est: quo tempore quanta uel coacti fecimus, uel perpessi sustinuimus, exactè cognoscere poterunt qui dignabuntur legere libros à nobis cõscriptos de bello Iudaico. Atq; hic dicendi finem faciã de antiquitatibus, quas belli argumentum sequitur. Præsentis autem operis textus continet totum illud tempus inter primam creationem hominis & annum Neronis principis duodecimũ: quæq; per tot secula Iudæis uel in Ægypto obuenerunt, uel in Palestina cæteraq; Syria, tũ quas clades ab Assyrijs & Babylonijs accepimus, quo'ue modo tractati simus à Persis & Macedonibus, & postremò à Romano populo. His enim omnibus accuratè descriptis, etiam pontificum successiones recensuimus continuatas per annorum duo millia. pari diligentia regum quoq; res ordine tradidimus, & status reipublicæ monarchiarumq; potentiam, per omnia secuti autoritatẽ sacrorum uoluminũ, ita ut à principio summa polliciti. Ausimq; addere, quòd nemo alius scriptor Iudæus externúsue potuisset hoc argumentum tanta fide Græcis hominibus prodere. Ego enim tribulium meorũ confessione disci-

plinas patrias egregie calleo, Græcanica quoq; literatura non ſine profectu dedi operam, quā-uis exquiſitam pronuntiandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinem non licuit. Noſtri enim homines non ſuſpiciunt eos qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudium profanum apud eos habetur, & ſeruis commune cum ingenuis: ſolos autem ſapientes ſuo ſuffragio pronuntiant, qui legis & ſacrarum literarum tam tam aſſecuti ſunt peritiam, ut eas etiam interpretari ualeant. Qua in re cùm multi collocarint operam, uix uni ſuceeßit atq; alteri, quibus mox dignum præmium contigit. Foreaßis autem nulla inuidia prohibet etiam de meo genere, geſtisq; per totam uitam rebus panca exponere, dum adhuc ſuperſunt qui uel atteſtari poßunt, uel coarguere: atq; ita concludetur harum antiquitatum tractatio comprehenſa uiginti uoluminibus, uerſuum uerò ſexaginta millibus. Quòd ſi Deus conceſſerit, compendio rurſum referam belli caſus, & qua nobis in præſentem uſq; diem euenerunt, qua incidit in decimumtertium annum principatus Domitiani Cæſaris, ætatis uerò meæ ſextum & quinquageſimum. Promiſi etiam ſcripturum me quatuor libros de Iudæorum opinionibus, & quas de Deo eiusq; eſſentia, & de legibus, quare per eas liceat nobis facere, alia non liceat.

FLAV